


25

del collegio de la compaña de S. de gran.

B. 1498



In hoc opere cōtenta


In Canticum cāticorum
Homilia quindecim.

In aliquot Psalmos Da-
uidicos oratiunculæ siue
breues Homiliae octo &
quadraginta.

In supersanctā dei geni-
tricē MARIAM pane-
gyrici siue laudatiui ser-
mones quinque.

H. S.

Venale habetur Parisijs in officina Henrici Stephani chalcographi e regione scholæ Decretorum.

visto el Beneficiado


REVERENDO IN CHRISTO PATRI
D. Antonio de Stagno Engolismensis ecclesie Præsuli cum sapientissimo tum vigilantissimo Alanus Varenus Montalbanus. S P D.



Vm passim in sanctorum eloquiorum diuina
lectione / diuinus spiritus / ille quidem rectus
principalis & sanctus mire mentem afficiat:
tum in canticis canticorum vel maxime. Vbiq;
in sancto illo epithalamio / eloquiū dñi igni-
tum vehementer experitur celestes & puri
animi. Id quod sacer Gregorius Nazianzenus
in hac verba confirmat. καὶ ἐνδοθὶ γράμματος ἐσθλοῦ,
πνεύματος ἀστράπτουσα χάρις καὶ κρυπτοῦ ὄνειρα
δοιοῖσι καθαροῖσι. φαινόμενον μερόπεςσι. Id est. & in-
tra litteram bonā / spiritus fulgurans gratia & celata utilitas so-
lis puris apparens hominibus. Ut diuino tum flammatus spiri-
tu dicere possit / quicumq; domini seruus. Eloquium tuū ignitū
vehementer: & seruus tuus dilexit illud: & tanta illorum impe-
netrabiliū sensuū raptus dulcedine. Quā dulcīa faucibus meis
eloquia tua / super mel ori meo. Et incredibili quadā virtute &
diuiniore efficacīa inter umbras: & quos vel statim in primo li-
mine p̄tendit littera carnales fumos: ab illis tamen secedēs / et
in mystica & spiritalia aduolās: eloquia dñi eloquia casta / argē-
tum igne examinatum / purgatum septuplū / apertissime intelli-
git / videt / experitur: & diuiniore affectus & secretiore illo cōta-
ctu / tanto afflatus spiritu / & deū in illis sentiens / tali alios omnis
cohortat eloquio. Gustate & videte (inquit) quoniam suauis est
dominus: beatus v̄r qui sperat ī eo. Tali tāq; spiritali & pror-
sus admirabili correptus amore / vnum querit / possidet res-
bus omnibus / falsis reiectis imaginibus / amoribus & umbris:
vnum expetit quē diligit anima sua: vnum illum efflagitat: in
illo moratur: in eam intendens coelestem Hierusalem / vbi om-
nis & purissimus amor. Illo vno afficitur / illo vno prorsus admi-
rabilī / ineffabilī / incomparabilī / superdiuino / tantum saucius
est. Langueo (inquit) nec quisq; siue homo ille sit siue angelus
nostro succurrit amorī. Diuina istiusmodi & alia cantici verba /
spūalis anima submurmurat. Ego dilecto meo: & dilectus meus

Epistola prima

michi / qui pascitur inter lilia / donec aspiret dies & inclinatur
umbra. At ex parte illum solum contuetur habetq; amo-
rem: nondum plenis se proluit illius purissimi & sanctissimi vn-
dis. Et ob eam causam moerens euulansq; ait. Heu me quia
Incolatus meus prolongatus est: habitauit cū habitantibus Ce-
dar: multum incola fuit anima mea. Et in illam suspirās domū
dei / vbi clarissimus & genuinus amor / cernens vel sub velami-
ne quodam illius admirandę ciuitatis: quę amore viuit / amore
subsistit / omnis in amore est / scilicet / decus & pulchritu-
dinem / ait. Quę dilecta tabernacula tua domine virtutum: concu-
piscit & deficit anima mea / In atria domini. Et. Beati qui habi-
tant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.
Amor / IHESVS dominus & deus noster est. Deus (inquit Io-
annes) charitas est. Illum laudat / In illius amoris (qui & omnis
virtus & incredibilis mentis exultatio est) totus insistit lau-
dibus: frequentius illud ingeminans. Tenui eum: nec dimittam.
Leua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabitur
me: eternūq; ingenti charitate stringet. Qui & dilectus est: cu-
lus amor / omni gladio ancipiti penetrabilior est: pertingēs vsq;
ad diuisionem spiritus / compagum quoq; & medullarum. Atq;
iterum iterūq; illius / vel in medijs sinibus suis sentiens dulcedi-
nes / In tales & similes iubilos effertur. Fasciculus myrrhę dile-
ctus meus michi: inter vbera mea commorabitur. Is amor / ille
quidem infinitus / immensus / æternus / iugiter ardens / hoc tam
ineffabile numen seruo cuiusq; domini imprimis venerandum
est: iuxta vetus illud adagiū *πρὸ πάντων σεβῶν τὸ θεῖον*
id est. In primis venerare numen. At quod aliud tam venera-
bile & omni cultu dignissimū numen / q̄ amor / q̄ charitas / q̄ de-
us ipse qui charitas & amor est: Hic miris impulsibus suapte for-
te vnumquęq; (nisi oblectis obicibus) facile rapit: sua pulchritu-
dine trahit: vtm pene infert mortalibus / quo immortales fiāt.
Hic vnus speciali nomine / amor dei & charitas (vt aiunt) nūcu-
patur. Qui diuini numinis ac nominis vicinitate / sorte diuinā
et proinde omnem virtutem facile induit. Facile omnia pro ip-
sius dei optimi maximi natura & conditione suscipit / trahit / fo-
uet: in oīa & p̄cipue in diuina fert: & quocūq; it spūs / illuc eū-
te spiritu / & currus & rotę stupēdi illius amoris / simul feruntur.
Quia spiritus vitę in his rotis: illis incūbit / In illis residet / con-
quiescitq;. Has agit ille diuinus spiritus / volubiles rotas: illas
in omnes sanctas & selectas immittit animas: tam igneam

et cœlestem passim largitur & infundit amorē. Hic vnus excelsus
superatq; / omni venerabilior & proinde celsior timore. Id
quod omnibus ferme eruditis pro confesso est: tametsi nōnulli
existiment hunc interno illo timore / longe esse inferiorem. Tā-
tus tamq; catholicus amor in cœlesti Hierusalē p̄cipue eminet.
Totus ibi clarus feruensq; est: et in supremos ordines proxime
a fonte eternitatis immenso deriuatum / ex illis in omnes medi-
os infimosq; / liberalissime defertur: plenissime decurrit. A sum-
mo quippe cœlo / instar verbī diuini egressio eius: & occurfus
eius vsq; ad summū eius. A cœlo nimirū / quod cœlū cœlorum
est: & sacrosanctę *τριάδος καὶ μονάδος*. Id est trinitatis &
vnitatis: stupendū penitus reuerendūq; cœlū. Vniuersa per-
currit / penetrat / fecundat: simul cum tanto amore / similia spar-
sim pulchritudine / bonitate / benignitate / luce / fauore / sacratio-
ribus amoris affectis: nec mundanos p̄termittit ordines / vni-
uersa peragrans. Olim alis timoris in vetustiore lege circuncin-
gi visus est: hoc vero gratię & omnis fauoris tempore / vete-
res illas exiit alas & nouas de euangelio: de domino IHESV
CHRISTO incōparabilis suauitatis & clementię / induit. Quo
pulchre disceremus / q̄ mitis & humilis corde dñs esset: & ac-
ciperemus requiem animabus nostris. Amor hic melioribus re-
sumptis viribus / ōnes in vnū immensum passim incendit amo-
rem. Et in hęc diuinitora cantici & admirandi epithalamij con-
cinnenda dramata / vniuersos agminatim impellit. Vt ex choris
istis in diuinas laudes effusis / proximus sit in diuinos & ultra-
mundanos ordines (vbi meliore concinnunt cœlestes animi ple-
tro) ascensus. Talis hic & tam multiplex tamq; efficacissimus
amor. Nec solum opera virtuti coniungit: sed in omnia ope-
rum opera / & quęcunq; meliora sunt: agit / prouocat / vrget. Hic
vnus te sapientissimū & reuerētissimū patrem / vnice distinxit /
in omnem virtutē / & reipublicę Christianę amorem impulit: in
ardētissimum quendā zelum: qui proximus amor est. Quo / vni-
veritati consentiēs / facile reliqua omnia contēneres: atq; domi-
ni IHESV imitatione dicere posses. Zelus domus tuę come-
dit me. Huic tuo zelo locupletissime attestantur antea cta proxi-
me concilia. Atq; vtinam in tuam publicam & prope diuinam
fuisse sententiam. Non tam periclitata & fere pessundata
fuisse respublica nostra. Nō illa discrimina fortunarū & vitę &
cuiusdam fortasse deterioris rei / nō miserandas prope diuisio-
nes / contradictiones / & tātum vndiq; flagrans incendium vi-
dissent oculi nostri. Omnes qui te norunt: qui rebus agendis

Epistola

præerant aut præsentés erant/hoc vnũ ferunt de te iudicũ/hæc
sententiã. Statueras magno quodã & præstati animo rē publicã
præferre priuatã/honorẽ publicũ toti Gallicanæ ecclesię/imo
vero toti catholicæ ecclesię/pprijs cõmodis. Non sint mode-
stia tuallatius in tuas laudes p̄gredi. Perge igit sapiētissime p̄s-
sul vnice pacis seruator/ ipsius patriæ/ ipsius religionis & sub-
ditæ plebis ardens amator obseruatorq;/ perge inq̄ dñi vineam
quæ tãtis eget ligonib⁹ vnice excolere/fouere/augere: demũ ce-
liformiter et omni ratione locupletare: quo pleriq; tuo trahan-
tur exemplo. Bona omnes egregia hæc facinora ament/prose-
quatur: sanctissima fœdera e republica in ecclesię deformationẽ
et quãdam quasi labem & tanta monstra tecũ ineant: foue spi-
ritualibus & melioribus incrementis/ecclesiam tuam: auge san-
ctis virtutibus & diuiniore quadam imitatione/clerũ cui pro ma-
xima parte præes Lugdunensem. Nosti artes quibus ista non
sine domini gratia perfici possint. Nostrum erit ipso spectatore
domino/& absq; vlla assentatiõẽ/tua (quæ maxie efferẽda sunt)
non tacere officia & præclaras virtutis actiões. Trahentur for-
tasse pleriq; isto tuo coram proposito exemplo: trahemur annu-
ente domino & nos: qui has tantillas & qualescũq; vigilas no-
stras in Salomonis epithalamũ/& quatuor Dauidicos psalmos
tibi. R. Pater dicamus deuouemusq;. Scimus rem tua dignitate
et publica lectiõne indignam. Sed his tantillis œstris nos ipsos
in domini laudes & salutaria quædam & pia studia vtcũq; co-
hortamur. Impulit nos in hæc/ex magna Cartusia vir religiosissi-
mus quidam sanctissimusq;/ alioquin harum celestiu cõmenta-
tionum inexpertos/& qui in maiora auderemus ineptos. Sed
iuuãtib⁹ suis illius precib⁹ vtcũq; rem nobis difficilem tenta-
uimus: atq; vtinam pro illorum qui legent & nostra vtilitate et
salute. Dabũt veniam eruditissimi viri & deo sacrati theologi/
si nõ absoluta/ si non perfecta hæc nostra qualiacũq; fuerit: emẽ
dabũt qua beniuolẽtia & charitate præditi sunt/ si quẽdã aliter q̄
vellemus et sentiendum esset/ excidissent. Non enim quicq; de
nobis qui nichil sumus: præsumere aut polliceri audem⁹: & ho-
miliaticum quoddã siue exhortatoriũ dicendi genus sumus ma-
gis amplexi: quibus haud dubie secretiora illa nisi oculis de co-
lũba nactis/ penetrare non dabatur. Hic ferme supra q̄ in alijs
veteris testamenti voluminibus/sacra mirifice reconduntur. et
diuina de celesti amore cantica/ velamẽtis quibusdã veluti cor-
poreis obteguntur. Illis nonnũq̄ integumẽtis tanq̄ nobis conge-

prima.

neis in supremos apices secretior faciliorq; præstatur ascẽsus et
apta q̄dã veluti manu ductio. Et sit nescio quo pacto (si Hieroni-
mo credim⁹) vt res diuinę nobis apertiores illa rerũ cõparatiõẽ
fiãt. Concesso mirabili in vltamundana ascẽsu/patefactis ce-
lestium rerum arcanis/aperto rerũ ingenti volumine. Antistites
sacra in arcanis habent mysteria: & prodita statim recondunt
quo celebriora & reuerenda magis sint. Paulus artis diuinæ et
celestium secretorum mire cõsci⁹/nos plerũq; in penetralia di-
uina & celestis Hierusalem ingentia palatia introducit: ipsos
thesauros veluti obrectos veluti ex parte prominentes/nequaq̄
aperta rerum facie ostendens. Id quod multo pluribus tentat
aditibus: atq; subinde ex alijs deducit in alios: vt vix dignosce-
re queas/in quos primũ fueris intromissus. Accedũt nos ista in illa
et diuina & ineffabilia & admiranda pariũt desideria. At nõ plenissi-
me hos p̄pe imẽsos appetit⁹ explere possũt. Si qdẽ ex pte vides-
mus: & ex pte cognoscim⁹. Videm⁹ nũc p̄ speculũ i enigmate tũ
educta de carcere anima nostra: videbimus facie ad faciem: et
cognoscemus sicut & cogniti sumus: quando in lumine æterni
filij/æternum videbimus patris lumen: & in spiritu sancto/pa-
trem & filium: coram nobis exhibita illa super sancta & ineffabi-
li trinitate: vno domino & deo nostro. Illis tam admirandis spe-
taculis præsentés erimus/non sine veste candida & nuptiali
et meliore sorte & ampliore foelicitate/hoc sanctum cõcinemus
canticum/præclarum et amabile effecti deo atq; angelis specta-
culum. Vale clariss. pater. aa. iij.

¶ Ad eūdem. R. patrem: Alanus Varenius.



Xristimant eruditi & sacra confirmāt eloquia:
iter esse laudis ad æternā laudem sine fine
māsurā. Sacrificiū (inquit) laudis honorifica-
uit me: & illic iter quo ostēdā illi salutare dei.
Similitudinibus conscēditur / non dissimilitu-
dinibus: & ascensioēs nostræ in candorē æter-
num sunt / pro gradib⁹ eburneis: & in purpu-
rata æternæ iustitiæ fastigia alcēsu itur de cātico purpureo. De-
ducit pari ratiōe ī pulchritudinē pulchritudo: in p̄bitatē quēdā
probitas. In laudē igitur pleniorib⁹ venit currib⁹ laudis. Pro-
pterea in ps. cij. ait. Bñdicaia mea dño. Subdit. Cōfessionem &
decorē īduisti. Quasi cōfessio & laus p̄ indumēto dñi sint / & ī ps
30. Accedite ad eū & illuāmini & facies vestre nō cōfūdēt. Sed
q̄s magis oī ē laude dign⁹: q̄ q̄ nostra ē laudatio. nec tā laudatio
q̄ ppiciatio p̄ pctis nostris. Quo p̄sēte veluti ipsa laudatio: toti
in laudes / cant⁹ et diuinas odas soluimur: toti tā pulchris estib⁹
in diuina flāmamur incēdia: Nūq̄ igitur cessandū a laudib⁹ rati-
cōditoris: qui semp & vbiq; p̄sens est: q̄ nos p̄senti salute & ratis
munerib⁹ donat. Propter qd̄ spū s̄cto plen⁹ dicebat Propheta.
Benedicā dñm in oī tēpore: semp laus ei⁹ in ore meo. Qui cōti-
nēter dñm habebat p̄sente: nō poterat nō semp laudare: & diui-
nis ip̄so p̄sēte dño munerib⁹ fungi. Atq; ob eā rē sine ītermissiōe
orandū esse cōmonebat Apostolus i. ad tessa. Sine intermissio-
ne (inquit) orate: & quacūq; ī nomine dñi nostri IHESV Christi
ducebat faciēda. Id vero matutino tēpore vel maxime tētandū:
in quo misericordia domini præcipue illuxit. Secundū quod di-
cīt. Repleti sumus mane misericordia tua: atq; tum sibi maxie
exurgendū hortante ecclesia pollicetur dominus vt in ps. lvi.
scriptū est. Exurge gloria exurge psalteriū & cithara. exurgam
diluculo. & pctā a domino in roseo aureoq; matutino delētur et
passim p̄scribūt. In matutino (inquit) īterficiebā oēs pctōres ter-
ræ: et tēpestiue id facit Dauid veluti matore plenus gratia. Me-
dia nocte surgebā ad confitendū nomini tuo dñe. Et in psal. v.
Mane astabo tibi & videbo: quoniā nō deus volēs iniquitatē tu-
es. Alijs illo maxime tēpore sopitis ego in dominicas laudes as-
surgebā. vt nullis impediētib⁹ libertor / in illos fulgores & domi-
nica fastigia cōsurgerē: & cōsiderarē mirabilia de lege domini.
Et tum in vnū maxime nullo dissipāte collect⁹ / vnam peterē / vt
inhabitarē in domo domini / oībus diebus vitæ meæ. Et illū ori-
entem solē expectarē: qui timētibus dominū / maxime exoritur:
et sanitas sub pēnis eius / illa admirāda de domino IHESV cō-

cinerē mysteria / nequaq̄ in velaminib⁹ hærēs: sed pulchrā & cā-
didā patefaciēs veritatē & tā ingētia clarissime monstrās myste-
ria. Exurgamus igitur pientissime pater in laudes dñicas: suā
eius etiā laudaturi matrē: quę super omnem laudem instar filij
est / quæ nobis principium & incitamentū omnis est laudis / om-
nis honoris & exultantis animi letitiæ. Ipsa est quę manens vir-
go genuit deum & hominem: & nos in adoptionis filios coti-
die parturire dicitur quousq; (iuxta Apostolū) CHRISTVS for-
metur in nobis. Quę super choros omnium angelorū exaltata /
ad deiferi celi peruenit thalamū. In pares quoquo pacto cū filio
recepta sedes / in cœquales honores & tantarū virtutum meri-
ta: in cuius præcipue laudes post domini IHESV supersantā
humanitatē hoc ep̄thalamū canit: illi vni tāta illa et pulcherri-
ma sub typo sp̄sæ cōueniūt mysteria. Verissimi amātis est am-
icos etiā ipsi⁹ amici venerari / simulachra / signa & q̄cūq; dilecti
sunt. Tātos igit / nos diuina dignatiōe amici & domestici dei ve-
neremur sanctos: cœlestes & deiferos animos / qui in sortem do-
mini electi: ipsius hēditatē & regnū sortiti sunt: purissimi con-
fessores illi / testes quoq; & greges tōsarū / quę ascēderūt de lina-
cro: omnes gemellis foetibus & sterilib⁹ non est in eis / foecundi
pulcherrimo partu virtutum / candore multiplicis gratiæ & sin-
gularis innocētæ niueo nitentes: diuiniore spiritus sancti flam-
ma coruscantes / & vsq; adeo sublimati: vt in sedes & thronos
domini asciti sint: omni decore circūamicti & fulgentibus de di-
uinitate armis. Illi post diuinam dei matrē nobis porta & hos-
tium facti sunt cœli: & lanua omnipotentis dei. Per eos namq;
vnicus nobis ad patrem accessus est veluti præcipuos duces.
Dignum quippe est vt qui iam foelicitate potantur: portas foe-
licitatis diuinis cultoribus pandant: & suarum virtutum emu-
lis cœli patefaciant palatiū. Tales igitur post deū omni venera-
tione dignemur / mane & vesp̄ri iuges hostias & matutina &
vespertina laudis sacrificia offerētes: nostris deiferis litantes pa-
tronis: & cœlestium domorum incolis / cœlestes (qua fas est) de-
feramus honores: diuinam misericordiā isto præcipue mane di-
uinæ miserationis & misericordiæ inuenturi. semper illud diui-
num eloquium in ore sit. præciosa in conspectu domini / mors
sanctorum eius. Si tam vberes fructus ab illis adhuc mortali-
bus / mortales consequēbantur: quid non consequemur ab im-
mortalibus & omni sanctitate et gloria conspicuis: Nūq̄ igitur
cessandū a laudib⁹ quousq; ad cœli peruenerimus palatium vbi
cōsumatis tū perfruemur laudibus. Vale.

Epistola

REVERENDO IN CHRISTO PATRI
D. Antonio de Stagno Engolismēsi aīstīti vigilāti-
fimo optioq; Alanus Varenus mōtalbanus. S P D.



Mira est Reuerēde in CHRISTO pater et in-
cōparabilis benignitas domini & dei nostri
in nos: qui nichil prētermisit/ quod ad salutē
nostram prēstare posset. Omnia (inquit) para-
ta sunt. Venite ad nuptias. Sunt inenarrabi-
les illę nuptię: quibus dñs spōdet suum vnt-
cuiq; spiritali animę vnigenitū filium/ candi-
dum & rubicundum & electū ex milibus. illud diuinum archety-
pon & exemplar eternū/ ineffabiliter fauorabilem & plausibile
omnibus/ vestes quoq; candidiores & pulchriores simul & om-
nia cū illo exhibēs/ cādidas fortasse vestes illas et albicantes: &
proinde foelicissimę immortalitatis designatrices. Pulchre ait
quidā. Serta dabūt capti: radīs illustris & auro/ Ibit ad extre-
mos candida lena pedes. Data simul stola incōparabilī de tan-
to immortalitatis lumine. Subarrās illas supersanctas animas
fidel aureo quodam anulo: quod mīrifice exornant/ sanctissime
charitatis & omnū virtutum gēmę. Sunt in eodem tam ele-
ganti cōfessu & symposio dñico/ misericordia & veritas/ iustitia
et pax. Duę illę quidē quę iam olim obulauerāt sibi/ sorores: &
postremę alię quę in sancta etiānum conuenerant oscula & sa-
cratiores amplexus. Id quod in psal. lxxxiii/ canitur. Misericor-
dia & veritas obulauerūt sibi: iustitia & pax osculate sunt. Nūc
vero in eo perpetuo conuulo eternū se stringunt: & singulos
sibi admouent/ in sinus paternos illos cogētes. Vitulus sagina-
tus/ omni virtutū & charismatum gratia effluens/ pro tāti sym-
posij celebritate interficitur: atq; pro roū σωποū .i. crucis tor-
mento/ ferali cruciatu/ in omnium salutem immolatur. Quo
plusq; adipe frumenti: plusq; fructu vini & olei multiplicemur/
saginemurq;. Lucundissime atq; plenissime ille satiat: qui totius
mundi catholica & vniuersalis sufficientia est. Miscet sapiētia
velut architriclina mirabilis ōnes agēs cœlestū agmīnū cho-
ros/ vinū: vinū nimirū mysticorū & impenetrabiliū sensuū sed
in domo quā sibi edificauit/ excisis in ingētia & admirāda mūe-
ra & gratias/ colūnis septē/ at neq; in ceteriore & vmbra illi
tabernaculo. Nephas quippe est/ de altari quicq; cōtingere: eos
qui tabernaculo deserunt. Vinū (vt repetam) letificās cor ho-
minis: nec hoīes modo/ sed deū ipsum letificare potens: vinū

tertia.

noui & veteris testamenti/ dulcissima reconditi a seculis sacra-
menti/ mysteria cōtinens/ vel ipsorū sacratioorū dogmatū sensu-
sa. Parra iamā plentore quadam immortalitatis securitate & in-
credibili exhibita omnū bonorum vbertate/ admirabili & quę
excidet nunq; foelicitate. Qua tanta data beatitate: nō erit am-
plius neq; luctus/ neq; clamor: sed necvllus dolor quoniam pri-
ora transferint: & noua fecerit dñs omnia: renouata penitus mē-
te: renouatis animis/ & omni pene vitę instituto. Vt in nouitate
vitę pulcherrimę ambulemus/ renouati (iuxta Apostolū) spiri-
tu mentis nostrę. Tū admissis nobis ī illa p̄q̄ sancta triclina/ cu-
biculum quoq; spōsi & cellam vinariam cum secretiorē tum re-
glam: audiet tūc canticū laudis & tum cernemus iter quo itur
in salutare dei: quod vna illa laude emēsis plurimis spaciis/ cō-
fecim⁹. Alter alterū ī diuina puocabit cārica/ in mysticas & in-
effabiles odas/ in laudes/ in iubilos. Ecce nūc bñdicitē dñm (in-
quientes) omnes serui dñi: qui statis ī domo dñi/ in atrijs dom⁹
dei nostri. Cātemus dño/ gloriose enim honorificatus est: equū
et ascensorē p̄lecit in mare. Tū illū currū laudabimus de ange-
licis numinibus insignē/ siue dñi currus ille est: de quo dicit scri-
ptura. Currus dei decē milibus multiplex: dñs in eis/ in sinai/
in sācto. Reuelata faciē tum gloriā domini cōtēplabimur/ post-
habitis vmbis & symbolis. Et quę in mysterio hic velabantur:
tū aprissima erūt: & cognoscemus sicut & cogniti sumus. Hic
nobis vmbra opus erat cōtra negātis illi⁹ & iniqui solis: q̄ tāq;
fulgur cadebat de celo nimos estus/ imo exurētes/ teterrimas
et ferales flāmas: sed vmbra illius: sub quo desiderabar spon-
sa cōquiescere. Sub vmbra illius quem desiderabā (inquit) sedi: &
fructus eius dulcis gutturi meo. Et ī Trenorū volumine. Spūs
oris nostri CHRISTVS domin⁹/ cui diximus: in vmbra tua vi-
uemus in gentibus. Quorsū hęc clarissime pater: vt nobis plua-
deamus in sapientia (q̄ dñs noster est) tum abscondita in myste-
rio: omnē beatitatē nostrā consistere. Olim reuelata facie illum
palam & facie ad faciē/ nō amplius in enigmate cōtuehimur.
Hic cum sacratissima spōsa/ sub sua illius vmbra agim⁹. Sed q̄-
nā talis tāq; incōparabilis vmbra: vbi tāta ges? Lex illa nimirū
quę scripta est in cordibus nostris per spiritum sanctum. Lex a-
moris/ lex gratię siue veteris & noui testamenti & reconditi o-
lim & inenarrabilis sacramenti sacrosancta institutio. qua mī-
rum in modū recreamur/ reficimur/ restauramur. In eadem do-
minus est nobiscum: perpetuum etiamnum & vsq; ad consum-
mationem sæculi/ nedum in sanctę synaxeos mysterio agens.

et de dño IHESV talem vmbra nacti admirabili imitatione & celestiu reru in comune exhibitione in arbores sacras / ipsi celestes effecti arbores pficimus: vt nobisipsis & aliis / diuiniore qdam vmbra efficiamur. Id quod ppheta in psal. explicat. Beatus vir (inquit) qui non abiit in concilio impiorum. Et subdit. Sed in lege domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanq lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quia fructum suu dabit in tempore suo. Et folium eius no defluet: et omnia quecunq faciet prosperabuntur. In follis vmbra / sed que perpetua sit: in fructu suauitas. Vt instar sponse / possint dicere adolefcetule / minores anime / & quecuq earum. Sub vmbra illius que desiderabam sedt: & fructus eius dulcis gutturi meo. Nec miru. si quidem delferi sint & celestes huiusmodi viri: qui dominu & deum suum portant in pectore suo: quemadmodu vnus eoru dicebat. An experimentu eius queritis / qui in me loquitur CHRISTVS? Et alio loco. Puto autem: qd & ego spiritum dei habeam. Ego (iterum inquit) stigmata domini IHESV in corpore meo porto: qui etiam sensum CHRISTI se habere plane fatebatur. Et ob eam causam flumina gratie in alios effluere poterat: in omnes tam sanctis manare vndis. Gratia (inquit) dñi nostri IHESV CHRISTI cu omnibus vobis amen. Et frequenter huiuscemodi gratia Apostolica auctoritate ecclesijs & sanctis omnibus dicit. Gratia (inquit) vobis & pax a deo patre nostro & domio IHESV CHRISTO. Principia omnium ferme epistolaru in huc modum exorsus: & ones eodem sine claudes. Gratia (ait) cum omnibus / qui diligunt dominum nostru IHESVM CHRISTVM in incorruptione. Et in calce epistole ad Thessalonicenses. Gratia domini nostri IHESV CHRISTI vobiscu. Ad Ephesios quoq Gratia domini nostri IHESV CHRISTI cu spiritu vestro. ad Romanos. ad Corinthios. ad Galatas. ad Titum. ad Timotheu / atq; ad Hebreos epistolas / ones deniq; / hoc sine concludit. Si in flumina quedam gratie redundat / pficimus / sicut dicit scriptura Qui credit in me / flumina de ventre eius / fluent aque viue: qd miru si in arbores quasdam diuinores & de domino IHESV puriorem vmbra habetes euehamur? Quobrem dicebat Apostolus. Estote imitatores mei: sicut ego CHRISTI. Vna arbor vite / dominus IHESVS est: de qua meminit Ioanes in apocalypsi. Vincenti dabo edere de ligno vite quod est in paradiso dei mei. Typu illius / illa arbor vite gessit: qua plantauerat dñs ab initio in medio paradisi. Lignum etia vite (inquit) in medio

Epistola tertia

paradisi. Nos fortasse si iusti / si pii / si sancti sumus: plures ille arbores quas in fine describit Ezechiel. Et super torrente orietur in ripis eius ex vtraq; parte omne lignum pomiferum: no deficiet folium ex eo & no deficiet fructus eius. Et idem Ioanes in reuelatione explicat. In medio platee eius & ex vtraq; pte fluminis / lignum vite afferes fructus duodecim: per menses singulos / reddens fructum suum. Et folia ligni ad sanitatem gentium. Multiplex illud lignu est. Quippe quod ex vtraq; parte fluminis consistat. Et sua eius folia ad sanitatem gentium / cum propter folioru proprietatem tum ob singularem quam ex sese prestat de domini IHESV imitatione / vmbra. Sub illis adhuc erant: nec in dominum IHESVM adhuc profecerant: qui in salicibus vtcunq; conuiescentes / suspenderat organa sua. vt in ps. cxxxvi. scribitur. Nec enim perfectas possunt resonare laudes / imperfecte anime: que non eoulsq; profecerunt: vt in arbores diuina imitatione / eueherentur: nec tam sub vna q sub pluribus arboribus residebant. Contra vero Apostolus: cedrus quedam mirifice exaltata in dominica arbor creuerat: qui iugiter psalles & cantas in corde suo erat: & clamans Abba pater: siue succederent prospera: siue deprimerent aduersa. A dextris (inquit) & a sinistris per infamiam & bonam famam. Quis autem (inquit) nos separabit a charitate dei? Agamus igitur diuinas ascensiones in cordibus nostris: assidua recentioris & antiquae legis meditatione ex aula in secretiora penetrata et cellam vniuersam (vbi non tam vinum miscetur / q pulcherrima ordinatur charitas) comeantes. Ex fulgoribus multigenis / in vnam veram lucem promoueamur / quo ex instituto diuino / lux mundi simus: vt ipse lux mundi est / mundi quidem cum citissimi tum extimi & sensibilis & celestis: & pluribus dimissis vmbis in vna domini IHESV verissimam lucem salutaris simul condonantem vmbra / contedamus: immo vero ex illa tametsi admirabili & foelicio: in diuinam lucem / eandem inaccessibilem: quam dominus habitare dicitur. Et posteriora relinquentes / nos in anteriora de more Apostolico extedamus: in meliora semper commeantes charismata & excellentiorem illam / quam tanta verborum perihodo et maioris luminis maiestate / ostendit Apostolus. Adhuc (inquit) excellentiorem viam nobis demonstro. Non erunt frustra isti conatus: & que nobis impossibilia factu sunt / ille cui nomen omnipotens est / facile in nobis efficiet: facile impetrabit / immo vero condonabit / immitteret: omni succinctus potentia: preparans montes / hoc est celestes homines / in virtute. Et quodcuq; petierimus patrem in no-

Epistola

mine suo: fiet nobis. Nemo utroque & parente et filio liberalior / nemo munificentior. Spiritus quoque ille diuinus munus est: donatum & incomparabile conglarium: simul & ipse donans, qui suapte nomenclatura et attributa (ut aiunt) proprietate in sanctas sese transfert auras. Vterque & filius & spiritus sanctus / pacletus, i. consolator et aduocatus: uterque pro nobis exorat. Quid igitur verendum: quid formidandum / quominus pro gradibus eburneis & purpureis de diuinis scripturis / in coelestem omni conatu & egregia meditatione contedamus Hierusalem: & ibi satiemur ab ubertate illius diuinæ domus. Ut ea interim meditemur: quæ in nobis expletum iri quandoque speramus. Non alia hic in hoc peregrinationis seculo / maior quam in diuinis scripturis felicitas. Omnis vita beata et virtutis laus / in actione consistit: maxime vero in maxima: quam sapientiam (quæ charitati iuncta omnium altarum dux est: nec sine illis in claros parentis obtutus procedit) vno omnium consensu arbitrantur. Ista nos fatemur in hæc tantilla meditanda coegere: indigna profecto quæ ex sese in publicum prodeant: sed tuis felicibus auspicijs, R. in CHRISTO pater, cui benignitas quædam genuina & omnium bonarum litterarum amor pene insitus / immo vero inmissus a domino est / non sine veniæ præfatione et quanta maxima humilitate possumus reuerenter & adoperte (ut ita dicam) prodibunt. Quo in meliora / istis veluti æstris urgeamur, et in coelestem contendamus Hierusalem. Volebamus publice vtilitati studere: & in domini tabernaculum siue templum non nichil conferre muneris: sed nostri habitata & diligentius pensitataratione / fatendum sane est: nos funditus nichil esse qui vel pillos caprarum / aut postrema peripsamata præstare possimus. Vt cumque est. Ego te. R. pater amabo / colam / venerabor: omnium studiosorum amatorum / virum haud dubie plurimi zeli & amoris in dominum in proximumque: maxime vero in dominicam: quam suo preciosissimo dominus redemit sanguine plebem: denique in omnes qui vel in meliora tantillos conatus habent. Inter quos vtinam connumerari possemus: essemus haud dubie ea vna re felictores. Nolim in tuis laudibus diutius immorari quæ in omnium hominum ore sunt: quæ publice & priuatim prædicantur: quod sciam te istis nullatenus oblectari / sed incomparabili modestia quæcumque in dominum referre abs quo omne donum optimum et omne datum perfectum est. Vale Sapientissime præsul.

Index in hoc libro contentorum.

De eo quod scriptum est in cantico canticorum. Fulcite me floribus: stipate me malis / quia amore langueo / Homilia prima. fo. 1.

De eo quod scriptum est. Egredimini filia sion: & videte regem Salomonem / in diademate: quo coronauit illum mater sua: in die desponsationis illius: & in die lætitiæ cordis eius. homilia ij. fo. 10.

De eodem / homilia iij. fo. 27.

De eo quod scriptum est. Adiuro / vos filia Hierusalem. Si inueneritis dilectum meum: ut nuncietis ei / quia amore langueo. Qualis est dilectus tuus ex dilecto / o pulcherrima mulierum. Qualis est dilectus tuus: ex dilecto: quia sic adiurasti nos. homilia iiii. fo. 31.

De eo quod scribitur. Qualis est dilectus tuus ex dilecto / o pulcherrima mulierum. homilia v. fo. 42.

De eo quod scribitur. Dilectus meus candidus & rubicundus electus ex milibus: caput eius aurum optimum. homilia vi. fo. 44.

De eo quod scribitur. Comæ eius sicut elatæ palmarum / nigra quasi coruus. homilia vii. fo. 47.

De eo quod scribitur. Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum / quæ lacte sunt lotæ & resident iuxta fluentia plenissima. homilia viii. fo. 51.

De eo quod scribitur. Genæ illius sicut areolæ aromatum confitæ a pigmentarijs. homilia ix. fo. 61.

De eo quod scribitur. Manus illius tornatiles / aureæ / plenæ hyacinthis. homilia x. fo. 67.

Index.

De eo quod scribitur. Species eius vt libani: electus vt cedri. homilia xi. fo. 72.

De eo quod scribitur. Guttur illius suauissimū et totus desiderabilis. homilia xij. fo. 73.

De eo quod scribitur. Quis michi det te fratrem meū sugentē vbera matris meæ: vt inueniā te solū foris: et deo sculer & iā me nemo despiciat. homilia xiiij. fo. 77.

De eodē maxime in eo loco. Vt inueniā te solum foris: & iam me nemo despiciat. homilia xiiij. fo. 88.

De eodem: homilia. xv. fo. 93.

In psalmum decimum quintum. Conserua me domine. Oratiunculæ siue breues homilia: iuxta numerum tituli & versuum: duodecim. fo. 98.

In psalmum quinquagesimum tertium. Deus in nomine tuo saluum me fac. secundum numerum tituli & versuum: breues homilia octo. fo. 117.

In psalmum octogesimum tertium. Quia dilecta tabernacula tua dñe virtutū. homilia quatuordecim. fo. 127.

In psalmum octogesimum quartum. Benedixisti domine terrā tuam. homilia quatuordecim. fo. 160.


In laudes super sanctæ dei genitricis **MARIAE** pænegyrici id est laudatiui sermones quinque: in quibus pleraque loca cantici canticorum enarrata sunt. fo. 189.

Recognita & ex officina emendata pleraque in calce quæ leges si placet: si quippiam anceps occurrerit.

F I N I S


Omelia. I

De eo quod scriptū est in cantico canticorum
Fulcite me floribus: stipate me malis: quia amore languo. Omelia vna.



ETVS æditio iuxta Origenem et Hieronymū habet. Cōfirmate me in vnguentis: stipate me in malis: quia vulneratæ charitatis ego sum. In græco iuxta Hieronymū habet. Cōfirmate me in amyris. Amyrim (vt ipse ait) gen⁹ quoddā arboris nomināt. quod latini putātes mirrham dictū: vnguēta interpretati sunt. Sponsa oībus naturæ & plurimis gratiæ munerib⁹ ornatior: & magis verbo & sapiētia & eius eloquijs insignis: posteaq̄ ingressa est cubiculum regis & triclinia spōsi: adiuit domum sapiētiæ & loca cōiuij. Contuita est in mystico cratere reuerēda sacramenta: ordinē charitatis & miram dispositionē persentiens: mirata vmbas noui & recōditi a sæculis sacramēti/ omnes veteris legis superare vmbas: & illius tantæ arboris non solū recreata vmbra/ sed gustans fructuū dulcedinē incōparabilem: cernēs lius domus in qua perpetua erit dies & nullæ noctes pulchritudinem & magnificētiā. cum rerum apta facie symbola & vmbre secedent: tantarū rerū stupore affecta/ pene deficiens: & moræ tum forte ob absentia sponsi longioris/ impatiens: petit a sodalibus sponsi: vt deficiens sustentetur. Nec solū vmbas quibus interim ab ardoribus negātis solis defendatur: sed solatia querit odoratarum & fructib⁹ suis recreantiū arborum. Vt in omnib⁹ cernens sponsi vestigia & compressas similitudines: ex oībus in ipsum confurgat. & nondū sacris vultibus & reuclata facie persfruens: tñ imaginib⁹ recreet. sustētata interim & fulta amyre vel meliē roboribus. Quiescere nescit impatiens amor: vulneribus suis vndiq; remedia conquirēs. Et cū in amato sit: in illo viuat: illū absentem recogitet: illi tota sponsa intēta sit: per noctē nedū interdū illū sollicitior querit. Idq; vel maxime cū vacua curis & solitudinib⁹ sibi intēta sibi maxime vacat. In lectulo meo (inquit) per noctem quesiui quem diligit anima mea: quesiui illum & non inueni. Surgam & circuibo ciuitatē per vicos & plateas/ querā quē diligit anima mea: quesiui illum & non inueni. Inueniunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem. Num quem diligit

2. j.



anima mea vidistis: Paululū cum ptransissem eos: inueni quem diligit anima mea. Tenui eum nec dimittā. Incōparabilis vbiq; amantis sponsæ sollicitudo: quo tandem inueniat quem diligit anima sua. Et in dramate nostro, non ab re solatia vndiq; & siluarū & arborū: earū maxime quib; antea cōparauerat spōsū/ q̄rit. Fulcite me florib; stipate me malis: quia amore languo. Amyra (si Hieronymo credim;) odorem solum habet suauem: nullū tamen affert fructum. Melia siue malus/ nō solū affert fructum: sed dulcissimū suauissimūq;. Gratia spiritus sancti opus est in diuinis enarrandis quę vbiq; latent mysterijs. Nec proprio cuiusq; sensu sed pro maiorum traditione/ qui illo spiritu pleni erant interpretāda sunt. Homines/ bonæ vel malę arbores sunt: Vt domin; in euāgelio explicat. Aut facite arborem bonā & fructum eius bonū: aut facite arborem malā/ & fructum eius malū. Et omnis arbor quę non facit fructum bonum excidetur/ & in ignē mittetur. Et vt Ioānes dicit. Securis ad radicē posita est. Etiā angeli dici arbores possunt. Secū dū quod pleriq; paradisi illius q̄ in edē esse dicta est: arbores angelos mystice interpretantur. Et in Ezechiele legim;. Et sciēt omnia ligna regionis quia ego domin; humiliavi lignū sublime: & exaltaui lignū humile. Nō solum igitur faucia sponsa hominū sed etiam angelorū q̄rit solatia, & minores maiorū cōparatione/ in floribus aut odoratis tantū arborib; enumerat, maiores vero in fructu/ aut frugiferis arboribus. Nec iniuria tantorū numinū solatia quærit: cū sint administratorij spirit; in ministerium missi. Eulcite me (inquit) floribus: stipate me malis. hoc est secundū hanc intelligentiam, maiorum minorūq; qui inter vos sunt/ angelorū agminibus: & sacris fulcimētis. Scriptū est enim. Quia angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnib; vijs tuis. Et in euāgelio ait dominus. Quod angeli quorūcūq; vel minorū in ecclesia: sepe vident faciem patris qui in cœlis est. Templi quod vidit Ezechiel ambitū: pleriq; angelicā p̄tectionē interpretātur. Et in eo loco. Et mōtes in circuitu eius: domin; in circuitu populi sui. Mōtes angelos existimant. Hi tales & tanti/ qui continēter vident faciē patris/ & diuinos nutus & voluntatē p̄scrutātur: flores nobis pro tanti amoris solatijs/ & mala impartiri possunt. In florib;: purgationem & sanctas teletas theurgiasue siue purificatiōes/ possumus intelligere. In malis siue frugiferis arborib;/ angelicas cum illuminationes tum perfectiōes. Nec illis sufficere/ in melioribus nos purificare vndis: nisi sacris splendoribus illuminent: & sanctis perficiāt munerib;. Fulcite/ dicit amore faucia spōsa/ me floribus, illo tanto cœlestium odore, illis sacris virtutibus: quæ

vniuersę in florib; sunt. Cōfirmate amyris vel solū odoratis maiorū cōparatione arborib;. Nec desint meliorū fulcimēta. Propter quod statim subdit. Stipate me malis siue melijs. Meliorib; me protegite muneribus. diuiniorib; illustrate luminib;. fructib; os animūq; recreate sacris. Vt internis refocilata sensib;: iterea dū maiores obtutus spectans specto/ solatia qualiacūq; habeā. Vires deficiunt p̄ amoris incēdijs & nimio excessu. tali languore pene emarcui. hoc michi p̄ omni fulcimēto erit vt cū sancto Iacob p̄ diuiniorē scala/ cui dñs innixus sit: videā angelos ascendentes & descēdentes. Et q̄q; natura & glorię participatu longe positi sint: tamen nō penitus genus hominū indignātur. immo illos murenulis donare vermiculatis argento cupiunt, siue similitudinibus auri cum distinctionibus argēti. Tantillis munerib; interim recreabimur dū maiora speram;. Talib; quidem instar spōsi/ lilij; passemur: donec asp̄ret dies & inclinent vmbrae. Et vide pulchrū ordinē. ex vmbra in symbola & signa q̄dam p̄ ma futurorū venim;. interim illis/ omni vetere velamēto potioribus oblectati: tandem aspirātem dominū expectam;. quando reuelata facie gloriā domini contēplabimur. Iuxta recentiorē interpretatiōē. Beatissima numina fulciūt nos florib;: oēm virtutū iuxta ordinē suū materiā nobis suppeditāt. tales p̄curant nobis infundī & immitti diuinorū participat;. quibus nimirum q̄diu hic agim;/ fulcimur refocilamurq;: sentiētes virtutū sponsi incōparabilē fragrantia. Et fortasse secundū mirā angelorū varietatē/ varię nobis imittūtur virtutes. Vt iuxta ordinē seraphicum: toti sim; amoris incendijs ardētes, & secū dū cherubicos splēdores/ fulgore sciētiae & intellect; renitētes. ex thronis: vt in sedes domini eorū quadā imitatione asciscamur. Ex dominationibus/ principatib; atq; potestatib;: similitudines aliquas illarū. celsiorū potestatū/ principatū & dominationū nacti. Vt si nus alijs siue internis affectionibus/ siue externis quibuscūq; rebus animi quadā p̄stantia & interna virtute dñantes. Virtutib; nos mira etiā & incredibili & supra mūdanū captū cōstituta virtute & sacratione energia afficientib;. Vt vndiq; sim; & virtute secretiore & sacris etiā fulgorib; cōspicui. Nunc plurib; & maiorib; rebus instar archāgelorū p̄fecti. nūc vni aut mediocrib;/ nō sine angelorū participatu incubentes. Quę si futura speram; in illis olim mansiomibus: quid vetat/ horū interim nobis donari aliquos participatus & quēdā veluti p̄libamenta? Propterea dicūt. Similitudines auri faciē tibi cum distinctionibus argēti. Cōtra vero ecclesia/ & tropicos q̄cūq; diuinior aīa illorū desiderijs incēsa ait. Fulcite me floribus: stipate me malis: quia amore

In canticū canticorum.

languero. Nec satis est sacris illis & angelicis fulgoribus / ut luce imitant splendidiore: nisi actionum nos etiā diuinarum participes esse curent. id ipsiſ preſtantibus aut ut ab optimo maximo preſtetur curantibus, quaſi virtutes & interni habitus ſint in fulgoribus: & actiones in quibus maior & viuacior participatus eſt in fructu. Id quod in virga Aaron que fronduit floruit & fructus protulit nobis ſignificatum eſt. quaſi poſt flores maiori profectu fructus ſequatur. Vide quo pacto / nō antea fructus quā flores enūerat. quod ſatis in eo etiā loco ſpōſa explicare videtur. Ego flos campi & lilium cōuallium. quaſi nō ante etiā inter ſaxoſas conualles lilium effici mereatur: quā flos vel generaliter & ſuperficietenus extiterit. Nō contēta igitur florigeris / melias & frugiferas quibus innitatur pene imperas efflagitat. Poſteſt & in eccleſie ſubditos totum iſtud referri. Ut qui maioris meriti ſūt: inter melias & plurimo graues fructu enumerētur. qui vero ſacris tantū imitiati: amyre ſint: ſolū ex vite iſtituto / & tantillis coeptis odorem referentes. Sunt in eccleſia cathecumini & neophiti vix dum in eccleſie horto plantati. ſunt & cellioris meriti viri: qui ſacris vndis perfuſi / dominico diluti ſanguine in maioribus recēſentur cū arboribus tum fructibus. His oībus / ſacra haud indignatur imo expoſcit & cōtinenter efflagitat inniti ſponſa. Sunt incipientes / ſunt proficientes / & conſummati: in quibus etiā fulcitur atque ſtipatur eccleſia. eſt & ſancta ruſticitas que vite merito ſibi & alijs predeſſe contēdit. ſunt alij qui doctrine fulgoribus in maiores aſcendunt profectus. de quibus ait Daniel. qui autem docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: et qui ad iuſtitiam erudiūt multos quaſi ſtellę in perpetuas eternitates. Viden ut graduū differentiā manifeſte in eccleſia dicit. Niſi forte iuxta hebraicū vtrūque ad doctos referatur: id quod ipſa littera pretendere videtur. Aſpice & aliam multiplicem graduū & ordinū differentiā. ut de ipſa eccleſia / & myſtice ſpiritali quacūque etiā anima merito dicatur. Pulchra ut luna: electa ut ſol: terribilis ut caſtrorum acies ordinata. Propter que etiā incōparabilem ordinem malis etiā punicis cōparata eſt. Ad quā ſpōſus. Sicut fragmen mali punicum ita gene tuę: abſque eo quod intrinſecus latet. quod ad interiora mali punicum referri poſteſt: propter ſingularē que in illo eſt / diſpoſitionē & ordinem. in quo dominice eccleſie decor etiā & pulchritudo vnice conſiſtit. Nec eccleſiam modo que vna & perfecta in plurimis eſt: ſed plures / quę per vniuerſum diſperſę ſunt / iſtis etiā malis cōparat. Mane inquit ſurgamus ad vineas. videamus ſi floruit vinea: ſi flores fructus parturiūt: ſi floruerint mala punicum. Diuerſę ſunt eccleſie ſecū dum quod dicit Apoſtolus eccleſijs

Omelia. I

3

Galatię: gratiā ſcilicet & pacem dicēs. Et Ioānes in apocalypſi ſeptem ſcribit eccleſijs. Non immerito igitur plurima diſpoſitione inſignes ſint: in pluribus etiā malis punicis erunt. Sed dū ſingula preſequimur: paulū a ppoſito exceſſiſſe videmur. Sed explicandū fuerat: quo pacto incōparabilis eſt in eccleſia ordo. Cui tota interim p omni ſolatio ſuo intenta & inixa eſt eccleſia. Subdit. Quia amore languero. Cōtuta ſum myſteria: intellexi myſteriorum grauiffima ſenſa: eloquiorū non ipſam quā preſeferūt intelligentiā: ſed myſticos puriores & impenetrabiles intellectus: admiratione pene attonita eram / in recenſendis veterum typis. & paranymphorū gloriā & decus cernēs: ipſum ſpectabā attentior ſponſum: cuius in multiplici forma & ſplēdore cōtuebar pminētes radios: qui plurimū micantes. tametſi faciem nō viderē: minis & incōparabilibus me efficiebāt incēdijs. Nec hūanas modo mētes & diuinas i illis ſpōſi pminētibus radijs pluſtrabā. ſed angelicos etiā animos / qui ſuapte ſūt natura ſplēdiores. ſingula cōquiſitione diligētia indagans. At imagines erant: haud quidē ſpecioſiffimi ſponſi vultus. Tamē mirata imaginū & tantorum fulgorū pulchritudinē ardebā in ſpōſi ſpecioſiffimi forma preſiſſijs hoīm venire cōplexus. In tā ſpendidos tāque fulgētes venire cōſpectus. & ibi ſatiari ab vbertate illius diuine lucis: illius ſupradmirabilis ſplēdoris. Tota ardebam illā corā videre & plane cōtueri pulchritudinē / illum tantū percipere amoris qui me talibus affecerat incēdijs / eſtum. Qua longa expectatione macerata & pene deſiciēs: amore languēbā. deſiderijs incredibilibus eſtuabā: in tales & ſimiles ſępius erumpēs voces. Heu me / quia incolatus meus plongatus eſt: habitauim cum habitantibus cedar: multū incola ſuit anima mea. Et iterum. Quis det te fratrem meū ſuggentem vbera matris meę / ut inueniā te ſolū foris: ſeorſum quidē ab oībus velamentis imaginū. nec enim vlla te creatura p dignitate cōtingere poſteſt. Et deo ſculer inquit. Et iam me nemo deſpiciat. Nullis interiectis velaminibus tota inherēā incubamque tuis diuinis obtutibus nullo impediēte: nemine qui adhuc mortalis ſit / hos amplexus hęc tā diua oſcula deſpiciēte. Quia amore languero. Vulnerata charitate ego ſum. Tantis cauterijs / tātis incendijs tota ſaucia / & vni meo vulnere ſum intēdens. tantum hoc vulnere diuini amoris predicās. Et p vrbem mūdā vniuerſā pene vaga / nichil aliud memoria & mēte repeto. Vulnere (ait quidā) alit venis nec illo quidē cęco ſed plurimū vigili & admirādo carpi igni. Illa quidē flāma cōtinenter iu maiora feſtinat: quouſque tandē in diuina deducat tabernacula. vbi ſatietur mēs ab vbertate domus dei. Poſteſt & illud quā antea dixit. Eulcite me floribus /

stipate me malis: ad adolescentulas referri. In quib⁹ interim dum suos subtrahit vult⁹ spōsus/solatia habet spōsa. Nec in illis modo: sed in carū magis virtutib⁹: & egregijs p̄ omnē virtutē efficiētis. Propter quod ad illas cōuersa dicit. Fulcite me florib⁹: stipate me malis. Vos gaudiū meum (vt dicebat in p̄sona ecclesie apostolus) & corona mea. & in alio loco. Ep̄la nostra vos estis: scripta in cordib⁹ nostris: q̄ scitur & legit ab oībus hoībus. Et nimia exiliens ap̄ls letitia addit p̄pter maiores semp suarū (vt sic dicā) adolescentularū p̄fectus. Ep̄la estis CHRISTI: ministrata a nobis & scripta: non atramento sed spiritu dei viui. Et in eadē ij. ad Corinthios ep̄stola. Quia mecū/gaudiū omniū vestrū. Et ad eodē. Gaudeo quod in oībus/cōfido in vobis. Desiderabat nimio amore estuans ille vir admirabilis/ dissolui & esse cum CHRISTO. Tamen p̄pter eos quos in CHRISTO genuerat: nō recusabat adhuc in carne esse. Coartor autē (ait) e duob⁹ desiderii habēs dissolui: & esse cū CHRISTO. Multo magis/melior p̄manere ī carne necessariū p̄pter vos. Et hoc cōfidēs scio/ quia manebo & p̄manebo oībus vobis: ad p̄fectū vestrū/ & gaudium fidei. Vt gratulatio vestra abūdet in CHRISTO IHESV ī me. subdit. Tātū digne euāgelio CHRISTI cōuersamini: vt audiā de vobis: quia statis in vno spiritu vnanimēs/ collaborātes fidei euāgelij. ac si diceret. Fulcite me florib⁹: stipate me malis. recreate fide/ refocilate spū. Vt cū amore lingueā desiderii habens dissolui & esse cū CHRISTO: tñ in vobis ip̄s quos iterū parturior/ donec CHRISTVS formet in vobis/ solatiū habeā. Interea dū amore lāgueo: desiderii habēs dissolui & eē cū CHRISTO. Et vide quomō lucis opa ab ip̄s exigat: qui filij lucis sūt. In prima ad Thessalonicēses ep̄la ait. Omnes enī vos filij lucis estis. Subdit. Igit̄ nō dormiam⁹/ sicut & ceteri: sed vigilem⁹ & sobrijs simus. Et magis ad p̄positi cōsequētiā/ se etiā & alios iter odorata enumerat. In ij. ad Corin. ep̄la. Deo autē gratias: qui semp̄ triumphat nos in CHRISTO IHESV: & odorē notitiæ suę manifestat p̄ nos in oī loco. Quia CHRISTI bon⁹ odor sum⁹/ ī his qui salui sūt: & in his qui pereūt. alijs quidē odor mortis ī mortem: alijs autē odor vitæ in vitā. Totū in hoc erat apostoli desiderium: vt suę adolescentulæ & fideles animæ quas genuerat in CHRISTO/ essent p̄fectæ in eodē sensu & in eadē sciētia: & suos & CHRISTI imitatores plurimū cupiebat. Et vide quos fruct⁹ desiderabat Apostol⁹: quib⁹ vel maxime stiparet. Fruct⁹ autē spiritus est charitas/ gaudiū/ benignitas/ bonitas/ longanimitas/ mansuetudo/ fides/ modestia/ continentia/ castitas. Tales fructus spirit⁹: volebat apostol⁹ ab oībus seminari: quib⁹ ecclesia fulci-

retur. Vt quicūq; seminarēt in spiritu/ de spiritu meterent vitam æternā. Sunt & alijs fructus lucis: de quib⁹ idē ait. Fructus enim lucis est in oī bonitate & iustitia & veritate. Et nolite (inquit) cōmunicare opib⁹ ī fructuosis tenebrarū. Sūt & amyris siue flores/ quas interim dum ecclesia vulnerata charitate est/ exigit apostolus. De cætero fratres: quęcunq; sunt vera/ quęcunq; pudica/ quęcunq; iusta/ quęcunq; sancta/ quęcunq; amabilia/ quęcūq; bonæ famæ/ si qua virtus/ si qua laus disciplinæ. Hęc cogitate quę & didicistis & accepistis/ & audistis/ & vidistis in me. Hęc agite. Talibus me fulcite/ & stipate. & deus pacis erit vobiscū. Et vis nosse quomō hęc in floribus enumeret. statim subdit. Gaudis autē in domino vehementer: quoniam tandem aliquādo resloruistis/ pro me sentire/ sicut & sentiebatis. Talibus enī amyris & virtutū arborib⁹ reslorebāt. Et q̄q̄ p̄fectus apostol⁹ sit: & veluti colūna ecclesie firmissima: talib⁹ tamē & cōicationibus: & sanctarū animarū synaxi: se nō parum iuuari/ dicit. Non quasi p̄pter penuriā dico. Ego enī didici in quib⁹ sum sufficiens esse. Scio & humiliari/ scio & abūdere. vbiq; in oībus institutus sum. & satiari/ & esurire/ & abūdere/ & penuriā pati. Oīa possū in eo qui me cōfortat. Verū tamen bene fecistis cōmunicātes tribulationi meæ. Possēt ne explicatius drama nostrū referre. Oīa poterat p̄fecta ecclesia in eo cui solum erat innixa: tamen p̄pter subditorū p̄fectū/ eorū etiā querit adiuuēta. Quid enim egebat amyris aut melijs siue floribus aut malis: ad quam dictum erat. Tota pulchra es amica mea: & macula nō est in te. Ad quā spiritus sanct⁹. Quæ est ista/ q̄ ascendit dealbata siue delicijs affluēs: innixa super dilectū suum. Tamen amyrarū & meliarū solatia querit: vt adolescentularū gloriā & coronā/ suam esse existimet. et cum apostolo dicat. Verū tamen bene fecistis cōmunicantes tribulationi meæ. Hoc diuinæ imitationis signaculum est. qui cum bonorum nostrorum non egeret: a nobis tamen quibus se manifestauit: omnia exigit. vt nos sibi lucrifaciat: secundum operationē virtutis suę. qua etiam possit subijcere sibi oīa. qua nos etiam dignos fecit in partem fortis sanctorum in lumine. Et qui erat summa & æterna benedictio: tamen nos redemit de maledicto legis: factus pro nobis maledictum. Quia scriptum est maledictus omnis qui pendet in ligno: vt in gentibus benedictio Abraham fieret/ in CHRISTO IHESV. vt pollicitationē spiritus accipiam⁹ per fidem. Quæ per excessum dicta sūt/ dum nitimur ostēdere p̄fectus: quos ab adolescentulis exigit sponsa/ adolescentularū magis p̄fectus esse. Propter quod in quodā loco dicit Ap̄ls. Scripta sūt autē p̄pter nos: ī quos fines a. iij.

seculorum deueniunt. Et in epistola ad Romanos apertius. Non est autē scriptū tantū (propter ipsum scilicet Abrahā) quia reputatum est illi ad iustitiā: sed & propter nos: quibus reputabitur credentibus in eū. Perfecti / quicunq; imaginē gerunt dei optimi maximi: idq; vel maxime. Quo modo enī quicquid in deum cōtulerimus in nos refertur: nō aliter q̄cūq; in perfectos comportata sunt: in vtilitatem cedunt minorū. Quāobrem dicit apostolus. Et hoc cōfidens scio quia manebo & permanebo omnibus vobis / ad profectū vestrū & gaudium fidei: vt gratulatio vestra abundet in CHRISTO IHESV in me. Viden vt profectus apostoli / profectus subditorū est. Nec aliter q̄ spōsa / dicit. Fulcite me floribus / stipate me malis. Ipse vero in eandem sententiam in epistola ad Philippenses. Si qua ergo consolatio in CHRISTO / si quod solatiū charitatis / si qua societas spiritus / si qua viscera miserationis. Implete gaudiū meū. Vt idem sapiat eandem charitatē habentes / vnanimes / id ipsum sentientes. nichil per contentionē / neq; per inanem gloriam sed in humilitate: superiores sibi inulcē arbitantes. Posset ne expressius dicere. Fulcite me floribus / stipate me malis. Sed et in cōsequētibus dicit. Sed & si emulor supra sacrificiū et obsequium fidei vestre gaudeo & congratulor omnibus vobis. id ipsum autē & vos gaudete & cōgratulamini michi. Nec inniti modo proximis tantū arboribus tāta illa charitate et amoris incendio desiderabat apostolus: sed sese in eos qui prope & qui longe erant supextendere. Ait enim. Nos autē in immensum gloriabimur: sed secundū mensurā regulę: qua mensus est nobis deus: mensurā pertingendi vsq; ad vos. Et modeste subdit. Nō enim quasi nō ptingentes ad vos supextēdimus nos. quasi dicat. Immo vero penetrabiliter ad vos ptingentes supextēdimus nos. Propter quod dicit. Vsq; ad vos enim puenimus in euangelio CHRISTI. Et obserua quo pacto in hac re typū gerit apostolus ecclesię. vel ex suo in epistola ad Ephesios testimonio. Dicit enim de CHRISTO loquens. Et veniens euangelizauit pacem vobis qui lōge fuistis: et pacem his qui prope. Quoniam per ipsum / habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem. Hęc est mira vnus & insectilis spiritus extēsiō: quā diuina etiam imitari conatur spōsa. Nec enim alia ratione fulcimenta florū: aut vt sic dicā stipamenta pomorū siue mellarū efflagitaret: nisi ppter hanc sui ī illa supextensionem. Quam diuinorū incōparabilem extensionē miratus apostolus in cōsequentibus dicit. In charitate radicati & fundati. vt possitis comprehendere qui cū oībus sanctis sit latitudo / longitudo / & sub-

limitas / & profundū. Scire etiā supereminētē scientię charitatem CHRISTI: vt impleamini in omnē plenitudinē dei. Hęc est fortasse illa tanta arboris / culus significationē interpretatur Daniel / latitudo. culus aspectus erat omnem terrā: & rami eius pulcherrimi / & fructus eius nimis / & esca omnīū in ea. & subter eam habitātes bestię agri: & in ramis eius cōmorātes aues cœli. Et in Ezechiele admirabilis est mysticarum arborū in suos fructus propagatio / siue extēsiō. Dicit enim & super torrentē orietur in ripis eius: ex vtraq; parte omne lignū pomiferum. Nō defluet folium ex eo. & nō deficient fructus eius. Per singulos menses afferet primitiua. Et tantę vbertatis & fecunditatis vnā causam subnectit. Quia aque eius de sātuario egredietur. quasi inde omnis earū vbertas depēdeat. Amplius aliquid dicit Ioannes in apocalypsi. Et ostendit michi fluuiū aque viue splendidū tanq; cristallū / procedentē de sede dei & agni / in medio plateę eius. Et ex vtraq; parte fluminis lignū vite afferens fructus duodecim: p menses singulos reddens fructū suū: & folia ligni ad sanitatē gētium. Et quod antea nō dixerat Ezechiel: subnectit Ioannes. Et omne maledictū non erit amplius. Et fortasse maiore pfectu istis / quando iam nullum maledictū erit / innitetur. sponsa arboribus: quę plenę sunt / & frequentioribus & perennibus fructibus graues. Nec quicq; sine fructu tum obseruabitur: vbi sedes dei et agni est. & vbi serui eius seruiēt illi: & videbunt faciem eius / & nomē eius in frōtibus eorum. Et obserua in Ezechiele quo pacto fructus a ligno pomifero nō deficiunt. & tamen per singulos mēses afferunt primitiua. quasi cōtinēter ibi & veteres & recētiōres fructus sint: & apta cōtrariorum / & a diuina cōcordia puenta coincidentia. Incōparabilis ista est in fructus & recētiōres & veteres extēsiō. Et vide si recētiōra / primitiua & noua omnia ibi dicere possumus. & in hunc quidē modū vt nūq; deficiāt: defluāt nunq;. Et foliū (inquī) eius nō defluet: & oīa quęcūq; faciet p̄sperabūtur. Hanc nouitatem explicat dñs in apocalypsi. Ecce noua facio oīa. Nichil igī ibi uetustum. Quod enim antiquatur & fenescit: p̄pe interitū est. Et apostolus nos accessisse ad ecclesiā primitiuorū qui cōscripti sunt in cœlis / cōmemorat. Et obserua nunq; vetera sine recētiōribus offerre sponsā. quasi ex recētiōrum iunctura / vetera / vt noua sint habeant. Omnia noua (inquī) & vetera dilecte mi feruauit tibi. Et prius dicit noua q̄ vetera: cū ordine quodā siue naturę siue rōnis / vetera p̄mittenda essent. Sed ob hęc fortasse causam ita cōsequenter post noua disponūtur vetera: vt a nouis lucē / nouitatē / & vim omnem suscipiant. Et in hunc quoq;

modū dñs in euāgello illū collaudat patrēfamilias qui p'ert de thesauro suo noua & vetera. Et vbiq; vetera subnectuntur. Et tentandū si forte dicere possumus, nō posse ecclesiā maioribus arboribus inniti: siue minoribus. Id quod dñs in euāgello insinuat. Quādo vnū ex his pusillis minimis minime cōtēdū velt: quorū angeli vident faciē patris. Maiori fortasse aliquando p'fectu arboribus vitę tantū innitetur. Propterea clauia adhuc est/ et septa via ligni vitę: quo interim inter perfecta & imperfecta cōmoretur. oibusq; innitit admirabilis incōparabilisq; sponsa. Propter quod dicit. Dilectus. Sicut illū inter spinas: sic amica mea inter filias. Atq; vt spōsus similē referat habitu: dñe cū sponsa: de illo etiā dictū est. Sicut malus iter ligna sibi uarū: sic amica inter filios. Nō potest igitur purissimo ligno vitę/ ipō prohibēte Cherubin flammeū habente gladiū/ adhuc pulcherrima inter filias/ reuelata quidē facie inniti. Iuxta quod dicit in Genesi scriptura. Et electq; Adā: et collocauit ante paradysum voluptatis Cherubin: & flāmeū gladium atq; versariē ad custodiendā viā ligni vitę. Et tale lignū vitęcul vni possit incubere sponsa tantū in paradiso dei esse refertur. Lege apocalypsim Ioannis. Vincenti dabo edere de ligno vitę. quod est in paradiso dei mei. Nō ab re igitur inter amyras & mellas hic cōstituta ecclesia/ illis fulciri desiderat: vt omnes/ secundū qđ dicit Apostolus/ Incrifaciat/ oibus omnia facta. Nec in hac re a diuinitis recedit similitudinibus: & vltra mūdā imitatione. Si quidem & deus oīa in oibus est. Apostolus in prima ad Thessalonicenses ep̄la. Sed facti sumus puilli in medio vestrū/ tanq̄ si nutritrix foueat filios suos: ita desiderātes vos cupide: volebamus tradere vobis nō solū euāgeliū dei: sed etiā aīas nostras. Quoniam charissimi nobis facti estis. Vbiq; talibus arboribus innititur Ap̄s. Aestuabat ille nimio amoris icēdio: tum ppter dñi absentiam/ quo cū esse volebat: tum vt oēs dño lucrifaceret. Qui zelus cōtinue eū angebat: vt cū imaculata ecclesia dicere posset. Quia amore lāgueo. Languet deficitq; amans in amati absentia/ superatus amoris & diuę spei/ illius pfruendī magnitudine. Qua amoris vehemētia/ q̄ amat/ gaudio plurimo afficitur. vt secundū amoris excellentiā: sit & gaudiū magnitudo. Et si supra vires amātis fuerit amor: nō ferens tāta gaudia īde prodeuntia amans: deficit & labitur in mentis excessū. aut qđ plurimis euenit/ languet. Oculi qui longe superat a luce: lucet luce/ quā haud quidē capere potest. Nō aliter illi qui a gaudio superātur euenit. Quiescunt illi quidē: sed ī quadā veluti inquietudine. Nec enī quo plurimū quiescūt/ gaudiū capere possunt.

Vbi vero dilectus ille & speciosissimus forma super filios bonum se subtrahit: abeūte etiam gaudio qui illi amoris & dilecto veluti calor luci cōtinue iunctus est: redeūt ex mira illa īterna pace/ & inexplicabili gaudio/ & quiete/ in agitabilem inquietudinē. quasi ab vnitāte decidant in multitudinē: a pace in perturbationē. Nec fieri potest: vt absente gaudio/ gaudeat. Immo vero in oppositū labitur. In tristitiā scilicet: q̄ comes & affecta est inquietudinis. Et illa deficitia/ ab excessu amoris & gaudiū manās/ quēdā (vt si dicā) liquefactio est/ siue aīe quēdā veluti effusio. Vt in Cantico explicatū est. Anima mea liquefacta est: vt dilectus meus loquutus est. Et in psal. xli. Et effudi in me aīam meam. quoniam transibo in locū tabernaculi admirabilis: vsq; ad domū dei. Er obserua/ hāc defectiōnē: cōturbationē esse/ & nūcupari. Anima mea cōturbauit me ppter quadrigas Amīnadab. Absente amato rursus crescit gliscens amoris desiderū: & longa hac protelatione p'sentię/ magis ac magis vires assumit amor. Et quicunq; talis amās absente dilecto torquet & languet. Et hic languor medius inter mortē & vitā/ simul viuere & mori/ sed ī analogia/ cogit amantē. Immo nec moritur nec viuūt: sed totū in medio lāguore est. In amato tantū sperans se posse plenissimo gaudio & vita affici. Et hoc vnum est quod petit: vt inhabitet in domo dñi oibus diebus vitę suę. Vnam petiit a dño (inquit) hanc requirā/ vt inhabitē in domo dñi omnib; diebus vitę meę. Et iterū. Quoniam tu es domine spes mea: non altus quicunq; altissimum posuisti refugium tuum. Et dicit quicunq; talis domino. Susceptor meus est tu: & refugium meum: deus meus sperabo in eū. In eum quidem: qui replet in bonis desiderium nostrum: renouabitur/ vt aquilę/ iuuetus nostra. Redibunt illo aliquando p'sente/ incēdia amoris. Gaudio tum perfundemur meliore: quando illum nunq̄ dimissuri tenebimus. Hoc quoq; desiderio absentis nimio inualescēte: magis ac magis crescēte & superante vires amantis: cōcidit p' desiderio deficitq; amās: atq; in oppositā (vt voluit) extasim labitur. Illa p' gaudio/ ista p' tristitia & moerore. Illa amoris excessu defectio: hęc p' desiderii īmensitate. Vterq; tamē in affirmatiōne lapsus. Vt dicere possit vtrūq; deficiens amās. Defecit in salutare tuū anima mea: et in verbo tuo susperauit. Defecerunt oculi mei in eloquū tuum: dicentes quando consolaberis me. His & talibus querelis totum opplet cęlum. totū errabūda mens lustrat orbem: sic ubi remedia tātis lāguorib; & cōturbatiōib; inueniat. Illū nouit p'sentē & cūcta ītuētē: quē haud ip̄a qđ tū videt. Illū scit voces quę relasq; audiet: cui tñ vocē & diuina respōsa audire

desiderat. vox dilecti mei (inquit) ecce iste venit saliens in mōtib⁹
 bus trāsiliens colles. similis est dilectus me⁹ capree hymnuloq⁹
 feruorū. Et ego dilecto meo & dilectus meus michi. inter vbera
 mea / hoc est in medijs cordis penetralib⁹ cōmorabit. Languet
 sperās / longa spectatione macerata & pene deficiēs. Spes enī q̄
 differt / affligit animā. Hęc vero (si coincidēs verbū CALAN
 apd̄ Hebrēos accipim⁹) quies q̄dā / cōsumatio / finis / cōplemētū
 pfectio / & quidā vehemētior ab his sensibilib⁹ raptus & substra-
 ctio / si eruditis p̄cipue venerādo p̄ceptorī meo Iacobo Fabro
 diuino philosopho credim⁹ itelligit. Nā hęc oīa / CALAN apd̄
 Hebrēos significare autumāt: quod defectiōne Latini ī eo versi-
 culo. Defecit in salutare tuū aīa mea. interpretati sunt. Quasi oīs
 in deo defectio & langor quicūq⁹ bonus salutarisq⁹ sit: imo vero
 incidens amori dolor / nō potest nō bonus esse. Spes enī p̄ximę
 salutis cū doles est. Sanct⁹ quicūq⁹ in peccatū p̄cipius: si tamē
 dolet / sanctus esse non desinit. Qd̄ in ad Corinthios ep̄la satis
 explicasse videt̄ ap̄ostol⁹: illos qui peccauerant sanctos adhuc
 nūcupās. Sed de his hactenus. Sed quis langor q̄vespes: qua-
 tātō īpedio sp̄osa & spiritualis q̄cūq⁹ aīa lāguet: Illa nimirū spes
 siue lāguor. & p̄pter hoc deficiēs est: qd̄ symbola hęc & rerū di-
 uinarū signa nondū plenę restituta sunt veritati. Nec adhuc di-
 cere potest. Leua ei⁹ sub capite meo: & dextera illius amplexa-
 bitur me. Nec in tanto illo & immēso lumīe adhuc videt lumē.
 Et nequaq̄ in atrijs dom⁹ dñi cōstituta dicere potest. Ecce nunc
 benedicite dominū oēs serui domini: qui statis in domo domini
 in atrijs dom⁹ dei nostri. Et illā iamīā sentiēs beatitudinē: me-
 lioribus auspicijs atq⁹ celsiore conatu dicere. Qz̄ dilecta taber-
 nacula tua dñe virtutū: cōcupiscit & deficit / sed p̄fectiore & in-
 cōparabili gaudio: tum p̄fecta & cōsumata aīa mea. in atria dñi.
 Lāguet adhuc aīa hęc omnē cōfusaneā multitudinē in suā cā-
 didā & renitētē reducere veritatē: hęc incertitudinē & momēta-
 neā vel cuiusq⁹ agitationē / in pulcherrimā cogere certitudinē /
 & manentē atq⁹ ęternā & q̄ deficiet nūq̄ cōstantiā. Immenso
 quodā rapit atq⁹ afficit desiderio / has oēs mundanas / et p̄ hoc
 fluidas spēs / in sua reducere imortalia exēplaria. atq⁹ vnū ma-
 gis exēplar. has vniuersas tametsi recreātes vmbas in cādidā
 lucē & q̄ pleno itegerrimo & plurimū p̄ficiēti gaudio non parū
 afficit. Hic odium atq⁹ tristitia gaudio amorisq⁹ innēta vidētur.
 Ibi vero in arce amoris / omniā in supramundano erunt amore.
 Talibus amoris incendijs affici cupit: vt illo præsenti ac-
 cendatur amore. cui decus & pulchritudo inest. Decus enim
 & pulchritudo indumentum eius: bisul & purpura vestis

illius. quo indutus decore et ingenti fortitudine magis in illis
 celsiorib⁹ numinib⁹ regnat. Id quod in psal. xcii. scriptū est. Do-
 minus regnauit decorē indutus est: indutus est dñs fortitudinē
 et p̄cinxit se. gradus hic obseruantur in tales ascensus. et tan-
 diu in his gradibus languet animus amans: quousq⁹ in amplis-
 sima palatia & manentia tabernacula regis pueniat. et ibi sati-
 etur ab apparente & imminētī gloria. Lāguet in hac qualicūq⁹
 vt cumq⁹ ascensum p̄stante virtute: quousq⁹ in heroicas et que
 solum cœlestibus debentur animis / fuerit peruentū. Languet
 in gratię gradibus: nec illis cōtenta plenissimę satagit cōmitti
 glorię. vt ipsum suū sponsum apertis intueatur conspectibus:
 nulla tum obstante / impediēteue vmbra. et cum propheta
 dicere celsiore tum forte et meliore plectro possit. Deus deus
 meus ad te de luce v̄gilo. Sed quo modo ad te de hac luce v̄-
 gilabo: a qua subtrahi cōtinue concupisco. Maiorī igitur ac dī-
 uiniore luce opus: atq⁹ illa glorię siue veritatis luce: qua vna te
 totum vndiq⁹ conspicuū & fulgentem / comprehendā. amictū
 illo tanto lumine sicut vestimēto. Et superata caligine que sub
 pedib⁹ est: illas possim bisulinas siue hiactinthinas cōtueri ve-
 stes: illā immortalem faciem: que ęternū respundet vt sol: atq⁹
 vestimenta que vt nix suffulgent. Quid michi cū rebus mun-
 danis: quando inter illas tota languēo? Quid cū finitioribus?
 Ipsa quippe infinita atq⁹ immensa his desiderijs / his imorta-
 libus & igneis animis tantū sufficiunt. Immenso hic ardor / hic
 appetitus. Ista conamina / cessant nunq̄ in maiora atq⁹ optima
 maxima semp̄ extendi. Languēo / quousq⁹ tandē hic amor / suo
 restituatur amorī. Vult amore amor. perficitur suo simili & ma-
 gis exemplari. vnde tota sua pendet endelechia. Hic amor v̄-
 ult etiā & constat pulchritudine: sed celsiore et diuiniore. Ecce
 tu pulcher es dilecte mi (inquit) & decorus. Et dilectus meus cā-
 didus & rubicundus / electus ex milibus. caput eius aurū opti-
 mum / & comę eius sicut elatę palmarū. species eius vt libani /
 electus vt cedri: guttur illius suauissimū & torus desiderabilis.
 Quis nō arderet in tantos ventre cōspectus? Decoram & infi-
 gnem me reddidit. Non erit vlla vnq̄ quies / quousq⁹ hęc quā
 in me efformauit pulchritudo / hoc decus / hęc ornamen-
 ta / illi celsiori committantur pulchritudini: & bonitas quę-
 cunq⁹ data / illi fonti originali omnis probitatis et bonitatis. to-
 tum hoc magnificum / omnis magnitudinis & excellentię resti-
 tuatur splendori. et quicquid virtutis aut dignitatis est: suę
 reddatur virtuti vnde profluxit. omnia deniq⁹ effecta efficacissi-
 mę suę causę: in qua vel sola omnis eorum beatitas / consistere

potest. In hoc languet totus animus amās. In hac vna re omnis eius versatur cogitatio. In his immoratur. has continēter habet lamentabiles querelas: et voce refert quęcunq; in pectore gerit. Et tanto hoc desiderio pene deficiens se fulciri petit. Fulcite me florib; stipate me malis: quia amore languo. siue ut antea dictū est. Cōfirmate me ī amyris: stipate ī melis: quia vulneratę charitatis ego sum. Quęcunq; sunt in mundo sensibill: longe altius & sublimius sunt in mūdo intelligibill & exēplari. & e contrario obseruamus. hic illa omnia esse sua sorte: quę in archetypo mundo sunt. Sunt igit & hic & ibi mella: sunt amyre. sunt ibi ut hic nouelle plantationes/ vel ipso mundi opifice illas plantate. Omnis (ait dominus in euāgello) plantatio quā nō plantauerit pater meus: eradicabitur. Et filii tui sicut nouelle oliuarū in circuitu mensę tuę. & vide ut ipse etiā plantatio. siue plantula est/ nedū alias plantās. Ego sum vitis vera & vos palmites. Et in persona domini/ Hieremie dictum est. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie sup gentes & super regna. Ut euellas & destruas & dispdas & dissipes & edifices et plantes. Et in consequentibus dominus dicit. Ego autem plantaui te vineam electam: omne semē verum. Quomodo ergo conuersa es michi in prauū vinea aliena? Dominus igitur qui archetypus & exemplar omnium est/ & ars paterna & sapientia/ omnia etiam est. Ipse odoratę arbores/ siue amyre. ut totus sit odor & diuiniior quędam fragrantia. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni/ cui benedixit dominus: omni quidē benedictione in coelestibus. Ipse etiam: malus arbor est. ut paulo antea dixerat. Nec mirum (ut aiunt) cum ipse pro diuerso captiuitum captu/ multa plerisq; efficiatur. Ipse lux vera/ omnem hominem venientem in hunc mundum illuminans. Ipse nobis sol pro omni diuinorum generatione: omni fomento & viuifico calore. Manna patribus erat: qui & apud nos panis viuus idemq; viuificans: qui de coelo descendit. quem Ioannes etiam agnum nuncupat. qui iuxta prophetam tanq; ouis etiam ad victimam ductus est. & ut agnus coram tondēte se obmutuit. & catulus leonis Iuda. ad predam filii mī ascendisti. Requiescens accubisti ut leo & quasi leena. Ipsa in fundamentis et fastigiis commodapetra: super quam fundata est domus domini. Et lapis angularis. quo vterq; paries iungatur: et recentiora ne stat veteribus. Infinitum est velle prosequi quęcunq; dominus noster in scripturis esse inuenitur. Istis igitur que ipse optime maxime est/ amyris fulciri & talibus malis stipari sponsa desiderat: in maiores continue profectus istis gradibus con-

scendens. Ut quandoq; omnia ab illo qui omnia est effici possit. Quando enim reddiderit regnum deo & patri: tunc erit omnia in omnibus. Abraham reputata est fides ad iustitiā. Enoch ob vnam domini inuocationem rapitur. Iob patientiam miratur omnes. Dauid mansuetudinē & lenitatem. In Paulo omnium ecclesiarum sollicitudinē. Tum patefactis eterni regni aditibus/ & secretioribus cubiculi sponsi/ & cellę regię/ illius quidē vinarie arcanis proditis: poterunt omnes omnia domini insignia in omnibus admirari: & tantos archetypos cernere in suis collucere imaginibus. Illas ab illo lucidissimo atq; immenso igne exoriri flāmas: & propter ingentem/ quam prius habuerant humilitatem: tanti ignis siue incendi scintillas. Fulgebunt iusti tanq; scintille in arundinetis: & magis tanq; stelle in perpetuas eternitates. Ut ista quā hic obseruarunt humilitas/ in omnem exillat magnificentiam. & abiectę penę humilitati & priscis temporibus haud cognitę: omnis sublimior succedat exaltatio/ et ea quę exaltatio quę virtutū oīm & gratiarū et admirandę glię referat abūdantiā. Nimirū igit si interi spōsa etiā in sui sponsi tanto fulgore & gloria nitentis absentia/ solius tamē spōsi/ secundū hanc intelligētiam solatia quęrat & illi qui amyra & malus siue mella est vniue velit incumbere. Nec enim in alto vlla illi quies est. Nec esse possunt digna solatia. Et quę secundum diuersos participatus/ nunc maior nunc minor/ nunc iunior nunc medię & perfectę etatis (si Origeni & eruditis credimus) secundum variam profectuum differentiam/ dominus efficitur. iuxta quod dicit apostolus. Filioli quos iterum parturior: donec CHRISTVS formetur in vobis. Illo magis vel tantillo siue puero recreatur sponsa: quę omnibus rebus siue mundanis siue coelestibus. Verum quippe aurum vel tantillus & puer donare potuit dominus IHESVS noster: alii solum auri similitudines donant. Et quo aurum auri similitudinibus prestantius: eo desiderium auri/ similitudinum auri desideris vehementius in perq; recte institutis sit oportet. Et obserua quo pacto solū in amato coquiescit spōsa. & quā ab imenso vulnerata est: nō pot in alto quiescere. Amor imēsi nō nisi in imēso coquiescit. Expleri neq; amādo tm & tale desiderū: quousq; ad fōtē oīs pfecti & consummati amoris pertingat. & ibi plenis se proluat vndis. Quia vulneratę inquit charitatis ego sum. Et quemadmodum alto vulnere totū corpus affectū est: ut totum doleat/ totum in vulnere sit atq; illius incomparabili dolore. Non aliter anima gladio spiritus quod est verbum dei/ vulnerata: omnis in vulnere atque illius gladii diuiniore veneno/ affecta est.

Est enim faucia ab illo de quo dictum est. Posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me. Est autē verbum dei/ oīs virtus, et nunc alius atq; alius secundum profectum nostrorum differentiam. Idem manens prout suę eterne dispositioni et prouidentię visum est nobis efficitur. Agit igitur variis telli/ hanc tam diuersam et multiplicem hominū turbā, tela quandoq; iustitię nōnunq; sapientię plerūq; fortitudinis et liberalitatis inferens. Vt talibus affecta vulneribus quęcūq; anima dicere possit, quia vulneratę iustitię ego sum/ aut fortitudinis/ aut liberalitatis/ prudētię/ sapiētię/ magnificētię/ siue magnanimitatis. Vulneratę quidē iustitię aut aliorum id genus: quasi tota effecta iustitia nichil aliud p̄ter iustitiam sentiat/ nichil aliud aut videre aut intelligere possit. Est quippe illa eadē/ ab illo cuius endelechia iustitia est/ vulnerata. Sūt enim illius tam diuę & prominentis virtutis/ in hac mea cōpressa stigmata. Vt illi intenta illius affecta dinamī admiranda virtute et proprietate illam pulchre referre possim, et cōtinenter eius tantū referre p̄conia. Iustus es domine: & rectum iudiciū tuū. Iustus dominus iustitias dilexit/ equitatē vidit vultus eius. Quę vero sapientię vulneratę est: ad dominū sublati oculis intēta cant. Quoniam omnia in sapientiā fecisti: impleta est terra possessione tua. et beat⁹ homo qui inuenit sapientiā. Preciosior est cūctis opibus sapientiā et omnia quę desiderantur huic non valent comparari, vię eius vię pulchrę, et omnes semitę eius pacificę. lignū vite est iis qui apprehenderint eam: et qui tenuerint eam beati. Dominus sapientiā fundauit terrā: stabiluit celos prudentiā: sciētiā illius eruperūt abyssi. In his ac talibus intenta est: quę vulneratę sapientię est. Atq; in hunc modū de fortitudine dicas. Vt quę vulneratę fortitudinis sit: iugiter decantet fortitudinis & illius ingētis roboris honorē. Domin⁹ regnauit decorem indutus est: indutus est dñs fortitudinē & p̄cinxit se. illo quidē admirando fortitudinis baltheo p̄cinct⁹. Et in psal. lxxiii. Preparās mōtes i virtute tua accit⁹ potētia. In eo loco vbi. lxx. habēt deus deorū domin⁹ loquutus est: Hieronymus ex hēbreo habet. Deus fortis domin⁹ loquutus est. Et quippe vnū ex dominicis nominibus/ fortē significat. Quę vero totius virtutis vulnere faucia est: frequētius ingemināt. Domine in virtute tua letabitur rex. Et continēter illū omnū virtutum nedū vnus virtutis inuocās: ab illo vnā exposcit opem. Atq; in talē tantūq; intendens omnē virtutē ab illo se posse cōsequi cōfidit. Sed p̄eminet & omnib⁹ p̄stat charitas. p̄pter quod illā solū hoc loco desūpsit. Magis enī huic epithalamio

cōuenit amor: & in amatorio dramate optime quadrat dilectionis & charitatis nūcupatio: vt omnū aliorū pene obliti illi vnū tantū spōsus spōsaq; intendāt/ amoris illius fauorabiles/ vel iocundum exposcēt aspectus. Quid enī illis verbis. Ostende michi faciem tuā, aliud p̄tēdit/ aut cupit spōsus: q̄ amabiles vultus spōsę eiusq; amoris cernere vult⁹? Quos nec Mosi quidē hic innotuit agebat: videre est cōcessum. Faciē autē meā (ait) videre nō poteris. per oīa p̄fectus hic nūq; habet amor. Quid autē dignius aut p̄stantius hoc amore esse potest? Quādo maximus ille angelorū ordo illo insignitus amore: illius tanti signa/ et diuas nūcupationes referens: oībus antecellat ordinibus. Et qđ maius est/ amor deus est. Deus (inquit Ioānes) charitas est. Qui pro nobis oīa p̄pessus est: ob vnā illā & nimīā charitatē qua dilexit nos. Et pari ardēs amore pater/ tradidit illū in mortē: quo oēs tant⁹ amator viuificaret/ atq; in tabernacula amoris deduceret. Et tā est p̄fectus hic amor: vt oēs sub ei⁹ tentorio asciscat virtutes, quo oēs ab illo illustrēt/ & formā/ & dec⁹ ingēs suscipiāt. Facit illis grad⁹ hic amor: quo oēs turmatī in coelestia cōscēdāt tabernacula. addit vires & alas & robur ne aliquādo in viā deficiāt. Et pulchra & cādida p̄tendit lumina/ alioquin cęcis. Vt altū & p̄minentē possint cōtueri iustitię & tāti amoris solem. Vnde oīs & verissimus quidē amor. Et vident. Vt oīa cātica/ oēs odę/ & psalmi: vestigia qđā referāt amoris: q̄q; alia forterōne enarrāda aut celebrāda illa patres desumpserint. Nōne amoris affectu in hęc canticī verba. Israelitides p̄perunt. Cātem⁹ dño gloriose. Et Moyses in hęc cāticī verba. Audite cęli que loquor: audiat terra verba oris mei. Et alius quidā. Cātate dño canticū nouū: cātate dño oīs terra. Et Iubilate deo oīs terra: seruite dño in letitia. Oēs quippe laudes siue iustitię siue alteri⁹ virtutis sint: vnū tam diuū p̄tendunt amorē. Nimirū igit/ si amabiles spōsus sponsaq; in hoc toti sint. in eius digna cōmemoratione & veneratione & cultu versent. Quia amore lāgueo/ siue vulneratę charitatis ego sum. Sunt & iacula inimici ignita/ sed qđ diuini amoris incēdia extinguerent mo liant: q̄q; nescio quē negantē ignē referāt. Sumētes (inquit Ap̄s) scutum fidei: quo possim⁹ oīa nequissimi tela ignea extinguere. Et de illis p̄pheta. Ecce peccatores (quo noīe diabolus & angeli eius intelligūtur) intēderūt arcū: parauerūt sagittas suas in pharetra sua: vt sagittent in obscuro rectos corde. Sunt iacula inimici opposita iaculis domini. Domini iacula omnē virtutem inferūt. Illa/ cōtraria mala & vitia iducūt. Illis dominicis faucia aīa tota agilis & celestis efficit. istis ecōtrario tota morbida/ grauius olens/ & feralis. Iacula dñi in vitam/ alia vero in mortē. Et

sagittę dñi acute / spiritale / celeste & diuinū acumen immitētes
 vt sagittę potētis acute: cū carbomb⁹ defolatorijs. Et iterū. Sa-
 gittę tuę acutę populi sub te cadēt. hoc est tibi subijciētur. In
 qua dñi subiectione / vel p̄cipua virt⁹ subditorū consistit. Et op-
 positi analogia / obtusas & tabē inferētes: diaboli sagittas intel-
 ligere possum⁹. Nec altius penetrare possunt: q̄ dñi pmiserit vo-
 luntas. Propter qđ forte in libro Iob / ad diabolū dictū est. Ecce
 vniuersa q̄ habet / in manu tua sūt tantū. in eū ne extēdas manū
 tuā. Et iterū dixit dñs ad sathan. Ecce i manu tua est. verūtamē
 animā illius serua. Cōtra vero viuus & efficax est sermo dei / &
 penetrabilior oī ancipiti gladio: ptingens vsq; ad diuisionem
 spirit⁹ / cōpagum quoq; ac medularū. Sunt igit̄ iacula inimici
 quę enumerat Apostol⁹ / & opa carnis vocat. Manifesta sunt aut̄
 opa carnis: q̄ sunt / fornicatio / imūdicia / ipudicitia / luxuria / ido-
 lorū seruit⁹ / veneficia / inimicitie / cōtētionē / emulationes / ira /
 rixę / dissentiones / sectę / inuidie / homicidia / ebrietates / & his si-
 milia. Cōtra vero / fruct⁹ spirit⁹ & illi⁹ forte gladij penetrabilio-
 ris spūs / charitas / gaudiū / pax / patiētia / benignitas / bonitas / &
 reliqua. q̄ antea quoq; cōmemorata sunt. Et vide quomodo istis
 veluti telis cōfigimur. subdit Apostol⁹. Qui aut̄ sūt CHRISTI:
 carnē suā crucifixerūt cum vitijs & cōcupiscētijs. Et alio loco.
 Ego stigmata dñi IHESV in corpore meo porto. Sūt tamen si-
 ūter se cōferant / iacula inimici alia obtusa: alia subtilia. quo mō-
 existimant pleriq; iactātie tela lentitudinis & vanę glorię: subti-
 lia esse. Et quę vix illis affecta aīa illa p̄sentiat. si tamen ad diuina
 tela cōparent / obtusa sunt: & facile vtcūq; subtilia sancto scuto fi-
 dei retūdunt. quo vndiq; p̄tecta aīa / nichil vereri aut formidare
 possit. immo cōtinēter in diuinas laudes resoluta / & tātis sup̄patis
 insidijs / dicere. Scuto bonę volūtatis tuę coronasti nos. Et spe-
 rantib⁹ in dño / sanctus p̄pheta / siue forte angeli in ministerium
 missi dicūt. Scuto circūdabit te veritas ei⁹: nō timebis a timore
 nocturno. A sagitta volāte in die / a negociopambulāte in tene-
 bris / ab incurfu & demonio meridiano. Prolixiores q̄ insti-
 tueram⁹ / sum⁹. Sed in cāpo dñico paulo euagatius spaciari / nō
 erit prorsus iniucūdū. in alijs p̄ssior explanatio requirāt. Fulcite
 me florib⁹ (inquit) stipate me malis: oibus fratruelis mei sponsi.
 et regis cū virtutib⁹ tam p̄claris actionib⁹ / ipso quidem tam
 multiplici / tam vno / tam multiformi & vniformi me stipate.
 Quia amore langueo. quia vulneratę charitatis ego sum. Om-
 nia michi est. pro omnibus cum mūdānis tum cōlestibus deli-
 cijs: cuius tanto amore succendor. Et passim errans illius vul-

nerata sum flammatis iaculis. Est illa / ei⁹ / mollis flāma medul-
 las. Interea & tacitū viuit sub pectore vulnus. Vritur haud qđē
 infelix: sed felicissima & beatissima tali vulnere spōsa / totaq; va-
 gatur vrbe nō solū citima / sed supramūdana: diuino furore cor-
 repta. Qualis (vt idem ait illustris Poeta) cōiecta cerua sagitta.
 Quā p̄cul incautā nemora inter cressia fixit. Pastor agens telis:
 liquitq; volatile ferrū. Illa fuga siluas saltusq; peragrat dictos:
 hēret lateri letalis arūdo. Haud aliter diuina affecta spōsa. Nūc
 media adolecētulas ducit per mēnia mūdi. Diuinosq; illis qui-
 bus plurimū languet ostendit amores. Refert infixum alto sub
 pectore vulnus. Nunc quib⁹ recreari possit / vestigia & similitu-
 dines sponsi / suis etiam adolecētulis memorās. Præcipue vero
 in cōlestes / cōlestium animorū quibus maior sponsi similitudo
 inest / splendorē elata: illis tota inheret. Si quomodo tandem
 possit veluti in speculis nitidissimis: diuinę suę lucis atq; amoris
 recognoscere vultus. Si in illis se cōtuens / possit etiam suū per-
 spicere dilectum. & se in illo / & contra / illum in se videns: felici
 forte dicere. Dilectus meus / amor me⁹ / pulchritudo mea / decus
 & omne ornāmētum meum / michi. & ego illius tota hērens ve-
 stigijs / illi. Omnia quęcūq; cerno / vtcūq; pulchra bona & salu-
 taria / obices sunt michi / sunt ip̄edimenta / velamina / & obtene-
 brātes fumī / nectam fulcimēta q̄ p̄pedimēta: quousq; tandē di-
 cere possim illius p̄sentis dulcedinē / & melioris amoris solatia.
 Quia meliora sunt vbera tua vino / fragrātia vnguētis optimis /
 oleū effusum nomen tuū. Nec amplius vē michi (vt ait Esaias)
 quia tacui: quia vir pollutus labijs ego sum: & regem dominū
 exercituum vidi oculis meis. Sed omnis michi ecōtrario salus /
 omnis felicitas & gaudium: quia regem fratrualem / pastorem
 & sponsum meū vidi oculis meis: & salua facta est anima mea.
 Iam illius cōtactu cum Hieremia purgator / illuminator & p̄fe-
 ctior effecta. Et misit dominus manum suam / & tetigit os meū.
 Et quod amplius est / misit domin⁹ manum suam per foramen.
 Per omnem vim susceptiuam meam. Prius per foramen petre
 quę CHRISTVS est / immissa manu & venter meus omni re-
 uerentia intremuit. Secretiora & penetralia mentis meę ver-
 bo domini fecundata sunt. Plena sum effecta illo spiritu: qui
 totus amor / candor / & vitę puritas est. Nec solum plenior / isto
 partu sum reddita: sed accutioribus illis telis & sagittis vul-
 nerata. De quibus propheta inquit. Sagittę eius acutę / &
 omnes arcus eius extenti / quibus. contrarios arcus / & arma
 conterit & confringit. secundum qđ ait. Arcum conteret & con-

fringet/arma & scuta comburet igni. Vt arma/ meliorib⁹ armis vincantur. Et voret Moysi coluber/ cōtrarias magorum virgas. Proiecerūtq; (ait scriptura) singuli virgas suas: quę versę sunt in dracones. Sed deuorauit virga Aaron/ virgas eorū. Vis lōge maior inest diuinis: q̄ alijs. Extingūt superātq; diuini amores/ cōtrarios oēs amores. Et imago cœlestis/ imaginē fundit⁹ delet terreni. Quæ enī participatio lucis ad tenebras/ et CHRISTI ad belial/ virtutis deniq; cū vitijs/ Istis igitur diuinius telis faucia pulcherrima sponsa/ tota p̄frui potest cœlestib⁹ sui tā diuini sponsi amorib⁹/ & singulari amplexu/ & dicere consequentia verba. Leua ei⁹ sub capite meo & dextera illius amplexabitur me. Quos diuinos nobis cōplexus ille donet: qui deus magnus & rex magnus super oēs deos: nostrā haud indignatur humanitatē & sortem & sese nobis in amplexus inq; omnia largitur. Cui cum patre & spiritu sancto/ est omnis honor & gloria.

¶ De eo quod scriptū est. Egredimini filię sion: & videte regem Salomonē in diademate/ quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius: & in die letitię cordis eius.

Omelia secunda.



Lectulum & ferculū Salomonis/ quib⁹ infideret aut incubaret rex Salomon: deus optim⁹ maximus (quomodo oēs Hebręi hoc loco Salomonē intelligūt) antea descriperat. En lectulum Salomonis (inquit) sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel: oēs tenētes gladios: & ad bella doctissimi. Vniuscuiusq; ēs sup femur suū: p̄pter timores nocturnos. Describit quoq; ferculū. Ferculū (ait) fecit sibi rex Salomon. sibi inquit: non alteri. Talē enī tā regia tam magnifica decebāt fercula, rex Salomon inquit/ pacis enī t̄pe vnde nomē desūpsit: tot⁹ his opib⁹ intēdit magnificis. De lignis libani: candor cādori cōfertur & lucidissimi regis lucidissimū & oī cādore insigne etiā est ferculū. Est enī perq̄ lucidus ille rex: qui de se p̄dicat. Ego sum lux mūdi. q̄ diu lucem illā quidē diuinā habetis/ ambulate in lumine: alteri⁹ quidem. hoc est dei optimi/ maximi nō vestri ignis lumine. Ne tenebrę vos cōprehendāt. Ille pro oī lucē & sole nobis est: qui est candor lucis æternę & speculum sine macula. Et obserua quo pacto lucidū etiā sit eius siue ferculū: siue tabernaculum. Posuit enim in sole tabernaculū suū: & ipse tanq̄ sponsus p̄cedens de thalamo suo. Et habitare dicitur lucē. Nec lucē passim quācūq;: sed lucem inaccessibilem. Colūnas eius fecit argenteas/ quales

& p̄ne sunt quib⁹ circūquaq; volitare possit & vniuersa plustrare loca. De quib⁹ propheta. Sicut p̄ne colūbe deargētate. Erāt etiā bases colūnarū tabernaculi/ deargētate. In argento claritas simul & sonoritas. At quid sonorius aut clarius p̄phetica & magis euāgelica prædicatione esse potest/ Eloquia (inquit) dñi: eloquia casta/ argentū igne examinātū/ purgatū septuplū. Mira eloquiorum & dñicę prædicationis/ instar argēti est puritas. Reclinatorium aureū. Erat etiā propiciatoriū olim diuina sedes/ etiā aureū. Regalis/ eminens/ magnifica/ semp̄ domini sedes est. In auro sensus spiritualis: & posteriora & secretiora colūbe/ firmitudinem & cōstantiā habētia/ in auro esse intelligūtur. Nec in auro modo sed ī viriditate siue pallore/ hoc est fulgore auri. Deauratē etiā colūnæ tabernaculi/ & capita earū etiā aurea. Sedes sapientię & verbi dei in purissimo auro & sensibus spiritualibus & mysticis. Quod p̄eminet quod summū & cōspicuum est: rotum spiritale est: & plurimo radiās splēdore. Sedes illa sapientię/ dñi ecclesia/ omni p̄ciosior est auro. Et q̄cūq; spiritualis & fidelis aīa: cui & in aures aureę p̄ ornamento sunt/ vela diuo Abraam transmissæ: & armillæ totidē p̄do ciclorum decē. Et regina a dextris est sponsi in vestitu deaurato. Non alibi magis domin⁹ cōquiescit: q̄ in spōse vberib⁹. Et inter vbera mea (inquit) cōmorabitur. Hoc reclinatoriū aureū est. Arca item aurea dñi continens testimonia: vas etiā aureū habēs manna/ & candelabrū septenario lucernarū sacramēto illustre/ purissimo etiā renitēs auro. Oīa in sponsa vt in spōso regalia sunt: mystica/ diuina/ & spiritualia sūt. Ascēsu purpureū. Solū colorē hic refert: tacet nūeri sacramēta. Quasi oī nūero graduū/ si mō purpurei & roseo sanguine agni ifecti sint: facile in sedē tam magnificā cōscēdam⁹. Non ille cōchili⁹ aut muricis sanguis satis dignus habet: quē scriptura in obseruatione habeat. Alius queritur sanguis fuluo p̄ciosior auro. De quo Petrus inquit. Qd̄ nō corruptibilib⁹ auro vel argēto redēpti estis: sed p̄cioso sanguine quasi agni imaculati & incōtaminati. Per oēs gradus/ siue p̄fectiore siue imp̄fectiore sacramēto insignes in thronū Salomonis cōscēdit. quē media etiā charitate cōstrauit. Media sūt charitatis. Et dñs IHESVS. Ego in medio vestrū sum tanq̄ q̄ ministrat. De quo dicit Ioānes. Medi⁹ autē vestrū stetit/ quē vos nescitis: q̄ post me vētur⁹ est: qui ante me fact⁹ est. Et obserua nō altissima sed media ī charitate obseruari. Domin⁹ vero IHESVS/ ipse charitas/ ipse amor/ & quicquid sanctū p̄fectūq; est. Et q̄ in tātis fastigijs/ & celliorib⁹ thronis p̄ oī est ornamento atq; tegmine. Possum⁹ & charitatem simpliciter accipe/ tāti insigne regis. Quo p̄specto stēmate suo: dignet̄ ipse in

illis cōfedere thronis, Possumus autē hūc thronū / scdm̄ veteres / domini itelligere tabernaculū: vbi ppiciatoriū & sedes domini erat. Et vis videre quomodo pfectis omnibus domin⁹ cōfedeat. Postq̄ ait Moyses oīa perfecta sunt / operuit nubes tabernaculū testimonij / & gloria domini impleuit illud. Nec poterat Moyses ingredi tectū fœderis: nube operiēte oīa: & nube dñi coruscāte. quia cūcta nubes operuerat. Atq; idē in tēplo obseruam⁹. Perfecto nāq; tēplo factū est (dicit scriptura) cū exissent sacerdotes de sanctuario: nebula impleuit domū domini: & nō poterāt sacerdotes stare & ministrare ppter nebulā. Impleuerat enim gloria domini / domū domini. In Esaia quoq;. Et ea quę sub ipso erant replebāt tēplum. Signa tamen & symbola / tabernaculū siue templum / rerum futurarum erant. Domini IHESV anima / verissimum est propiciatoriū / arca / & tabernaculū / & tāto artificio constructum tēplum: vt malleus & securis & omne ferramētū nō sint audita in domo cū edificaretur. In quo magis dominicū corp⁹ absq; omni virili semie formatū intelligere possum⁹. Sedes etiā domini: domini mater est. In qua oīa candida purpurea (ppter fidē insignē) & regalia sūt. Est & domini corpus mysticū: ecclesia immaculata & tota pulchra / sublimis illius diuinitatis tantus & quē sibi pparauit domin⁹ thron⁹. Ego (inquit) vos elegi de mūdo / qui antea in Hieremia dixerat. Ego autē plantauit te vineam electā / semen verū. quod semē suū in euāgelio nūcupauit. Exiit qui seminat seminare semen suū. Atq; in ea vinea quā plātauit posuit totcular: ille q de se dixit. Torcular calcaui solus & de gētib⁹ nō est vir mecū. de quo sūt psalmi: qui p torcularib⁹ inscribūtur. Hęc igit ē vinea: hīc ē ille thron⁹. In quo (ppter hūanitatē assumptam) dignatur cōfedere domin⁹ / qui est deus & homo. Confer singula singulis cuiusq; pprietatibus. inuenies oīa mire quadrare atq; inter se conuenire. Sic enī scripturā cōcinne aptauit domin⁹: vt unicuiq; sensui cōuenire possit. & sic vni: ac si null⁹ alius esset. In quo diuinū exēplar & archetypon scriptura aptissime refert. Et sicut domin⁹ tam sollicitē vnū respicit / vni prouidet: ac si nulli alteri prouideret. Taliter scriptura vni sensui cōuenit: ac si nullus alius esset: cui conueniret. exēplo illius imaginis vndiq; ōnes respicientis. Illa enī / in quācunq; partem te cōuerteris: cōtinuete respicit simul & alios. De quo / alio loco a nobis satis explicatū est. Sed ad institutū cōsequēter veniam⁹. Egredimini filię syon & videte regem Salomonē. Viderat spōsa lectulum Salomonis: quem sexaginta fortes ambirēt. Hoc est secundum nōnullos: sexagesies decem milia ex fortissimis Israel. Siue (quod magis placet) innumerabiles illi erāt ex fortissimis Israel.

De more scripturę certiore & pstituto numero pro incerto & indefinito suscepto. Milia milia ministrabāt ei: & decies centena milia assistebant ei. Potest & in numeri expressione / sacramentū intelligi. Senari⁹ prim⁹ inter perfectos numerus. Et illa ecclesia & mons dei viuētis tota primitiuorū / & proinde perfectorū est: qui conscripti sunt in coelis. Suspexerat etiā thronū siue ferculū tanta magnificētia extructū: quę perantea introducta fuerat in palatia regis. & ibi p fenestris spōsum cōspexerat. En (inquit) ipse stat post parietem nostrū / respiciens p fenestras / prospiciens per cancellos. Fuerat etiā introducta in cubiculum regis. Et ibi potuit admirari spōsi & fratruelis sui pulchritudinem / diuitias / delicias. Atq; in maiores euecta profect⁹ / se cōtinuete melior: non semel modo sed pluries in cellaria regis introducta est. Et precipue in cellā vinariā. vbi melioribus amoris incendijs pfrui poterat. Et intellige spōsam vbiq; spōsum cōtueri / & munera quādoq; ab sponso suscipere. Introduxit me (inquit) rex in cellā vinariā: ordinauit in me charitatē. In cella vinaria non solū amorem simpliciter suscipit: sed in eo amore incōparabilē dispositionem. Et intus & foris illi apparet: & se videndū pbet spōsus. Et cum ipse oiformis sit: quippe qui omnia est in oibus: quādoq; illū videt eadem spōsa / vt spōsū. Sigdem ad illū dicat. Ecce tu pulcher es dilecte mi: & decor⁹. Lectul⁹ noster florid⁹. Vbi enī lecti mentio est: thalamum / & nuptias intellige. Plerūq; pastoris specie illius se spōsę obtutibus offert. Indica michi (ait) quē diligit aīa mea: vbi pascas vbi cubes in meridie. Et ibi. Qui pascit inter lilia: donec aspiret dies / & inclinētur vmbre. Legam⁹ Ezechielē. Qui de grege & ouibus domini frequēt⁹ meminit. In euāgelio. Ego sum pastor bonus. Et Petrus. vt cū venerit princeps pastorū. Et alio in loco. Eratis enī sicut oues errātes: sed cōuersi estis nūc ad pastorem & episcopū animarū vestrarū. Vt regem frequētius adit cōplectiturq;. Dum esset (ait) rex in accubitu suo. & quod pxime explicauim⁹. Ferculū fecit sibi rex Salomon. Et fortasse secundū multiplices causas & secretiores rōnes / incōparabilis in istis pfectus est. Et ipsa pro diuersis profectū gradib⁹ interim amica: nōnunq; filia. vt in psal. xliiij. Audi filia & vide & inclina aurem tuam. Atq; in cōtubernia regis magis accedens: proxima & regina efficitur nedū spōsa. Semper proficit et quoti die se melior efficiē. Et vide quomō olim & nūc profecit sponsa. In vetustis patrib⁹ mire profecit. Cernebat dñm in illis q typos etiā dñi gerebāt. Fuit ī Adamo qdā austeritatis & iugis pferētię species. In Enoch / diuini noīs inuocatio. In Noe / pdicatiōis & diuinę spei forma. In Abraam / iustitia & fides. Credidit Abraā:

In canticum canticorum.

et reputatū est illi ad iustitiā. Moyses dñm vt legislatorē & tantū
et innumerabilis populi ducē retulit. Sāpſon: eius fortitudinē.
Dauid: lenitatē & mansuetudinē. In his atq; aliis contuebat̄ do-
minū sponsa. nōdū illi se in genuina specie videndū obtulerat
dominus. Nūc vero ipsa illi petrē insidēs / nō solū dominū glo-
ria & honore insignē cernit: sed adoleſcētulas vt sacris vultu-
bus pari pfruantur exēplo / etiā cohortat̄. referatū a Moyſi vultu
velamen indicans: & patefactas secretioris tēpli cortinas.
omnia oibus palā esse: & sanctū sanctorū vniuerso apparuisse.
et patrē in filio nō amplius in pphetis loquutū. Secundū qđ
ait Apostolus. Multi pharise multisq; modis olim deus loquens
patrib; in pphetis. Nouissime dieb; istis loquutus est nobis in
filio: quē cōstituit heredē vniuersorū p quē fecit et ſecula. Et vt
parem illi i gloria esse ostēdat: subintulit. Qui cū sit splendor &
figura substantiē eius / portansq; oīa verbo virtutis suę / purgationē
peccatorū faciēs: sedet ad dexterā maiestatis i excelsis.
hoc est in equali cū patre sede. Tāto mellor angelis effectus:
quanto differentius p̄ illis nomē hereditauit. Talē ibi describit
Aplūs: qualē cernit sponsa. & vt ab aliis videat̄ etiam cōcupi-
ſcit: post habitis iā velamētis & vmbriſ. vt nō iā in myſteris / ſa-
crificiis / typis aut signis nobis magis portēdat: q̄ mōſtretur. sed
regio amictu illustre coram cū filiabus syon videamus. specio-
sum & pulcherrimū forma / super filios hominū. Propterea re-
gina & colunx diuino p̄cipatu oīs q̄tum in se est afficere cōcu-
piscens / ad filias p̄cipue syon: q̄ aptius pro sua sorte tales & det-
formes vultus speculari & cōtēplar: possunt / suū dirigēs sermo-
nē / ait. Egredimini filię syon & videte regē Salomonē in die de-
mate suo / quo coronauit illū mater sua in die despōsationis il-
lus / & in die letitię cordis eius. Egredimini de tenebris: & cōce-
dite in purissimā lucē. Sūt loca odii: sunt & loca pacis & amo-
ris. secedite / & si forte in illis locis cōsedetis tā p̄turbantib; ne-
gantibusq; surgite / respicite quādoq; / egredimini. ne egredie-
mini mō: sed fugite de medio Babylonis / et relinquitē penitus
demonica loca & sedes. quo regē tandē possitis in diademate
suo cernere. Nec media tantū derelinquentes: vos oportet i fi-
nibus commorari babilonis: sed deserēda penitus deserta / &
inuita loca / atq; in solis lucis sedibus cōsedendū. Fuistis enī secū-
dū qđ dicit Aplūs / aliquādo tenebrę: nūc autē lux in dño. vt fi-
lī lucis ābulate. nō vt filii tenebrarū. aut i illi quoquo pacto imo-
rati. Et domin; IHESVS. Ambulate dū lucē habetis / ne tene-
brę vos cōprehendāt. & si forte fuistis o filię syon in minoribus:
aut in iperfectioribus: nunc maiora & meliora capeſcite. Ab ira

Omelia II

13

simis q̄ vestra sorte & nūcupatione indigna sunt: in maxima
quecūq; cōscēdentes. & vos q̄ olim in imis cōstitutę / imensū il-
lius solis radios ferre nō poteratis: puriora lumina nūc mellorū
virtute subnixę capeſcite. Ne dubitate diuinos fulgores diu-
nis oculis suscipere. oculis colūbę sup riuulos aquarū cōsedē-
tis / opus: & oculis caprę q̄ verbū diuinū est. nec videt solum /
sed visum aliis diuiniore atq; interno medicamine p̄bet. Tali-
bus oculis verbi & spiritū sancti videri potest spōsus: & rex ille
admirabilis. tali collyrio iunctis oculis facile in diuinos admit-
timur aspectus. Nec sine causa in descriptione oculorū plerūq;
occupat̄ scriptura. Nec solū sponsi sed etiam sponsę efforman-
tur oculi. Ad sponsū ait sponsa. Oculi tui sicut colūbę super riu-
ulos aquarū: quę lacte sunt lotę: & resident iuxta fluentia ple-
nissima. Ad sponsā vero. Oculi tui colūbarū absq; eo quod itrin-
secus latet. Et vide vt sponsi & spōsę oculi / ipsi colūbę / aut colū-
bę oculis cōparantur. Sunt enī vtriusq; oculi de spū sancto. sed
meliores sunt oculi spōsi & verbi. propter qđ fortasse ipsis colū-
bis cōparātur. Sunt enī verbi et spūs sancti iidē oculi imo vn-
et simplicissimus oculus. Aequalis pater: equalis filius: equalis
spūs sanctus. Eadē omnīū endelechia: eadē mens: & voluntas.
Mens & volūtas forte in oculos referunt: qui pulcherrima bea-
titate offundunt. Oculi vero sponsę / colūbę cōferunt oculis.
Q̄ pulchra es (inquit) amica mea / q̄ pulchra es: oculi tui colūba-
rū. id ē velut oculi colūbarū. Nō enī spōsa id est qđ colūba: & spi-
ritus sanctus: vt verbū est id: qđ spūs sanctus est. Sed p̄cipitū ha-
bet spōsa spūs sancti. p̄cipatā inde desumit similitudinē. Quā-
obrem / nō sublimiore & celsiore significatiōe. sed analogos & p̄-
cipatu quodā colūba dicit. Surge (inquit) p̄pera amica mea /
speciosa mea / & veni colūba mea. Mea dicit amica speciosa &
colūba: quasi non ab sese / sed a verbo & diuinitate suscipiat: vt
amica speciosa & colūba sit. Mea (inquit) talis & tanta es qđ iu-
mecū es. qđ iu meos p̄cipatū suscipis. A diuinitate oīs origo / sed
aliter atq; aliter i spōsum & spēs s̄a est deriuatio. Sume q̄tūis p̄-
fectā & puram creaturā. illā nulla rōne cōferas creatori. nō illi
q̄ in verbo est susceptę nature. Illa suapte natura / lege & forte
purissima est: nulli vnq; p̄cti / aut vili lapsus legibus obnoxia.
Ista vt cūq; pura / vtrūq; p̄seruatiō: illi tñ suapte cōditiōe (nisi
liberet / nisi (vt alūt) p̄seruet) viculis obnoxia est. Id qđ fortasse i
colūba / q̄ filii oculis cōferit & colūbę oculis qbus spōsę oculi cōpa-
rantur designauit spiritus sanctus. vbi miro artificio: et pro sua
cautela admiranda contexit mysteria. Si enim sensus in illis
diuinus est: diuino etiam & incomparabili artificio disposita

sint verba oportet / unde ille sensus oriat. Respōdeātenī bases colūnis: & cōtra/basib⁹ colūne/necesse est. & p mō arcē tabernaculi: sit fabrefactū ppiciatorū cōuenit. Vt nichil ī diuinis: suis careat mysteriis. Et sit eloquorū cū sētib⁹ incredibilib⁹ quēdā sympathia et cōueniētia. alterneq; oīa sibi in diuinis respōdeāt. Egredimini (inquit) & videte. Egredimini. Exite hāc ciuitatē mūdānam. Vt illū contueamini: cuius regnū non est de hoc mundo: nec ī luce accessibili videtur: sed lucē habitat īaccessibilem. Egredimini e regno victorū virtutūq; miscellaneo: & ī regnū cōcedite virtutis / illius quidē sūmē & celsioris. Vt regem & dominum virtutū videre possitis in excelso solio suo. Et ipse idē rex est glorię. Ad quē nō modo gratię / sed glorię gradibus sit ascēsus. Ascendent (inquit) de virtute in virtutē / de citima in celestem & vltra mundanā: quo tandē dominum exercitū qui sedet super cherubin / possint admirari. Illum quidem qui vt dicit Esaias est omnium regnorum rex. Vt nobis iam elatis iā iam in sublime euectis dicat. Nunc consurgā: vobis filiabus syon consurgentibus. Nunc exaltabor / nūc sublimabor. Estis enim isto diuiniore ascensu factę exaltatę & sublimes. Et vos iam purgatores & illuminatiores habitare poteritis cū igne deuorāte et cum ardoribus sempiternis: regē in decore videbitis et oculi vestri cernent terram desiderabilē. Quę tū vobis proxima et cœcumene hoc ē inhabitata erit. Hęc vero quā moribūdē nūc calcatis: de longe tum videbitur. Egredimini a sensibus siue externis siue internis & mentē fantasię nubecula obtegentibus. Et venite / cōcedite / properate in secessus diuiniore mentis / & loca foeta flantibus sibi diuinis spūs austris. Ibi diuiniōres & pinde absolutę nō tam intelliguntur q̄ plane visuntur rationes. Est hic harmonicum quoddā ex contrariis repugnantibusq; comixtū. Sed ex istis confusaneis egredimini & aliquando respiscite. Conscendite in purlora & quę supra omnē sunt harmoniam loca. Venite & ostendā vobis omne bonum: omne prominens atq; in veritate bonū: nullis vmbrib⁹ / nullis obiectū velamentis: nullarū rerum indigū bonum. Quoniam bonorum nostrorum non eget. Nec ibi acuta grauib⁹ comixta sunt. Nec acutum ibi quicq; aut graue. Sed supra id omne quod acutum & graue est / sonorū. Nichil ibi lucēs / aut tenebricosum / aut ex illis fortē miscellaneū: sed aliquid omni lucido & tenebricoso excelsius. Propter quod forte ī scripturis / nunc lumine amictus describit: sicut vestimēto: quandoq; tenebras posuisse latibulum suum refertur. Quod eius amictus / eius tam præclarum iudumentum: nec lux / nec tenebrę sint: sed aliquid om-

ni mundo / & omni eo quā cogitari potest multo pstantissimum. Propter quod Esaias dicit. Quod oculus nō vidit nec auris audiuit: quę pparauit deus diligētibus se. Sed quid pparat magis: q̄ seipsum immensum / imortalem / eternū / pulcherrimum / incōprehensibilem / potentissimū / supra omne pulchrū / bonum atq; amabile. & quicquid sanctum purum iustūq; est collocatū. Hoc nobis pparauit & vobis adolescentulę & filię syon. Vt nō modo pulchras / potentes / imortales. sed penę imensas & infinitas. hoc est immensi & infiniti participes / tanto illo sui participatu faceret. ōnes ad plenitudinē & satietatē exhibens thesauros innumerabiles: sed thesauros quos nec erugo nec tinea demolitur. Nolite in his terrenis cōsistere aut imorari. Incorruptibilia & eterna capescite: & dignas vos facite quę tanta possitis promereri fastigia: inq; thronos & fercula admitti magnifica. Pulchrū tum erit infinitum quadā ratione metri: & animo et mente: sed pro sorte nostra quę finitiō est cōplecti / eum qui supra omnem rationē & mentē est. Egredimini iterum atq; iterū ingeminat. & nolite sedibus vestris alloqui pulchris & candidis contentę esse. Raptu & superiore v / nedū diuiniore egresu vobis opus. Vt regem regum / & dominum dominantium in throno illo siue eburneo siue aureo & saphyreo / et talis forte splendoris / cuius est cœlum cū serenū est / adire & cōtueri possitis. Non illuc humanis itur gradibus. Natura omnis suo pte ingenio tantarum sedium est incapax. Nec in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitū erit ei. Mellioribus viribus opus & potētore gratia. Vt dicere possitis cū Apostolo. Gratia dei sum id quod sum. Et gratia eius in me vacua non fuit. Et per illā curro si quomodo tandē comprehendā / & accipiā brauium & pignus hereditatis / spiritum sanctū. Quod vnus e turba / extra fortasse turbā effectus suscipit. Ergo e turba vobis egrediendum: quo pignus tantū & tale suscipiatis. Nec amplius numerus sitis: sed vnitati admotę: vnitatis & pacis amoris / pulchritudinis / atq; totius diuinitatis / ī illis stēmatib⁹ referatis insignia. Illis tantum similitudinib⁹ regē glorię cōtueri poteritis. & vel in solo lumine glorię illud videre lumen. In quo oīs beata vita cōsistit. Hęc est vita eterna. Vt cognoscant te deum verum / & quē misisti IHESVM CHRISTVM. Egresse ex vmbrib⁹ veteris legis & fecibus gentilitatis: regē in diademate suo videre poteritis. Ad me quoq; aliquādo dixit spōsus. Surge propera amica mea / colūba mea / formosa mea & veni. et subdit rationē: quo possim facile ad se venire. Iam enim hyems transit / imber abiit & recessit. Iam hyems idololatrię

siue hyems durioris q̄ in lege erat iustitię trāsijt/ & imber abiit. Hoc ē cataractę & imbres pphetici abierūt. Flores apparuerūt in terra nostra: flores ampliorū & meliorum virtutum. quæ per CHRISTI donabātur munificētiā. Egrediendū etiā vobis iāiā adueniētetēporis plenitudine: debilitatis atq; eneruatis antiqui hostis virib⁹. Et obserua quo pacto prius egrediendū cōmonet: vt tandē videamus. Simile etiam in sancto Mose legimus. Dicit enim scriptura. Apparuitq; ei domin⁹ in flāma ignis de medio rubi. Et videbat quod rubus arderet: & non cōbureretur. Dixit ergo Moyses. Vadā/ & videbo visionē hāc magnā: quare nō cōburā rubus. Sciebat enī vir sanct⁹/ se non prius visurū: nisi iret. Eundem igitur atq; egrediendū: priusq; dominū videre possimus. Ad Abraam dixit domin⁹. Egredere de terra tua & de cognatione tua: & de domo patris tui. Et veni in terrā quā monstrauero tibi. Faciāq; te in gentem magnam: & benedicā tibi/ & magnificabo nomen tuū/ erisq; benedict⁹. Benedicā bñdicētib⁹ tibi: & maledicā maledicētib⁹ tibi. Atq; in te bñdicēt vniuersę cognatiōes terrę. Prius sibi egrediendū erat/ q̄ bñdicētiōes istas suscipet. Regine/ & spōse dictū est/ ī psal. xliij. Audi filia & vide & inclina aurē tuā: & obliuiscere populū tuum & domū patris tui. Et post talem domus obliuionē siue abiectiōem. Subdit. Et cōcupiscet rex decorem tuū. Quoniā ipse est domin⁹ deus tuus: & adorabūt eum. Viden benedictionē post egressum & obliuionē. Nec enim obliuisci poterat: nisi egrederetur. Et vbiq; tale quid in scripturis inuenitur. In Epithalamio in eandē intelligētiam. Reuertere/ reuertere sunamitis reuertere. Vt intuemur te. Et ad eandē. Veni de libano spōsa mea/ veni de libano veni/ coronaberis. Non enim prius coronaretur/ nisi veniret. Simile quoq; dicit Apostolus. Adeam⁹ ergo cum fiducia ad thronū gratiæ ei⁹. Vt misericordiā consequamur/ & gratiā inueniamus/ in auxilio oportuno. In apocalypsi Angelus ad Ioānem. Veni & ostendā tibi sponsam vxorem agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnū & altum. Et ostendit michi ciuitatē sanctam Hierusalē descendētē de cælo/ habentē claritatē dei. Et in Ezechiele licet post visionem sequatur assumptio: tamen post assumptionē meretur audire domini laudes. Et assumpsit me spiritus & audiui post me vocē cōmotionis magnæ. Benedicta gloria domini de loco suo: & vocem alarū aīalium percutiētū alteram ad alterā. Infinita in hanc sententiā suppeterēt exēpla. Ex sensibilib⁹ igitur ad intelligibilia cōmigrandū. Et prius his pene moriēdum terrenis sensibus: priusq; diuinorū capiam⁹ intelligentiā. Id quod in Daniele aperte cōijcere possimus. In diebus illis ego Daniel

lugebam trium hebdomadarum dieb⁹. Panē desiderabilem nō comedi: & caro & vinum nō intulerunt in os meum. Sed neq; unguento vnctus sum: donec cōplerentur triū hebdomadarū dies. Et leuaui oculos meos & vidi. Et ecce vir vnus. & quę sequuntur. Helias post dierum quadraginta in ediam/ cōscendēs in mōtem domini: illum in sibilo aurę tenuis contueri meretur. Et Moyses pari dierū sacramento ieiunans/ legem accipit: & dominum in foramine petre contuetur. Deficiant vires corporeę oportet: vt sensus in suscipiendis mysteriis fiat vegetior. Vt in consequentibus ait Daniel. Ego autem relictus solus/ vidi visionē gradē hāc. Et nō remāsit ī me fortitudo. Sed et species mea mutata est in me. Et emarcui: nec habui quicq; virtū. Subdit. Et dixi ad eum qui stabat cōtra me. Domine mi in visione tua/ dissolute sunt compages meę: & nichil in me remansit virium. sed & halitus meus intercluditur. Tamen post afflictionē meretur a domino cōfortari. Propter quod dicit. Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis. & confortauit me: & dixit. Noli timere vir desideriorū. Pax tibi/ confortare/ esto robustus. Hęc dixim⁹ vt ostenderem⁹/ prius egrediēdum/ prius istis labentibus cōmoriēdum: q̄ celestia capeffamus. Nisi enim granū frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solum manet. Coelestes simus oportet. quo celestia & videre et assequi possimus. Et sicut ad terrenum dictū est. Terra es: et in terram ibis. nō aliter ad celestem quęcunq; dicitur. Cælum es/ et in celum ibis. Et quęadmodum qui semināt in carne/ de carne mentent corruptionē. Opposita ratione. Qui seminant in spiritu: de spiritu metent incorruptionem. Abicientes igitur opera tenebrarū induamur arma lucis: sic vt in die honeste ambulemus. Sed p eum qui vita/ veritas/ et vita est. Et hoc loco commonet nos sponsa. Vt egrediamur & videamus regem Salomonē. Omnia in hoc cantico sunt in maiore profectu. Vt qui antea vidimus de spectum/ & cuius nō erat species neq; decor: nunc videamus eum in diademate suo: et pleniore gloria. Iuxta quod dicit Ioannes. Scimus quoniā cum apparuerit similes ei erimus. quoniā videbimus eum sicuti est. Nō iam per speculum et in enigmate: sed facie ad faciem. Interea dū hic agimus ascēdentes nunq; descendētes/ pro gradibus: ex quibus delectauerūt eum filię regum in eiusdem domini & dei sui/ honore. Et quęcunq; vel fastigia mundana ptermittentes: in eum tandē peruenire festinemus: qui gloria & honore coronatus est/ et constitutus super omnia opera manuum domini. Nā & omnia per ipsum facta: et sine ipso factū ē nichil. Qui & in sapientia fundauit terrā

stabilisuit coelos prudentia: & scientia eius eruperunt abyssi. Quasi tribus illis Midoth/ diuinisue proprietatibus/ omnia e nihili (vt sic dicā) quadā infinitudine erūpere coegerit. Exeram⁹ igitur qua fas est: hos oculos nostros. Quo vndiq; totū quicquid in nobis est/ totū sit oculus/ totum mens. Et diuinis affecti fulgoribus/ & maioribus cōtinenter luminibus/ ipso tandē lumine suscepto glorię/ ipsum (vt repetam) qui ipsa gloria & decor est/ tanta firmitate subnixi & clara virtute illustres videam⁹. Ab optimis quibusq; gradibus/ in meliores conscendentes. A citissimis vtcūq; pfectis/ in extrema & ultra mūdāna. A meliorib⁹ istis vmbrib⁹/ & admirādis symbolis ī clarissima diuinarū rerū exemplaria et protypas formas. Oīs enī quę hīc habet/ beatitas siue felicitas & si ī clara visione cōsistat/ temporaria & p̄inde īpfecta ē. Ibi vero ī cęlesti hierusalē manētia oīa/ p̄petua & nūq; p̄itura sūt. Multiplicib⁹ istiq; īpfectis/ q̄dīa hīc agim⁹: cognoscim⁹ formis: et quo p̄fectiores sum⁹: eo pauciorib⁹ absolutioribusq; plura cognoscim⁹. Nā & angelorū/ in hoc cognoscēdi īstituto: plurima est differentia. Quippe minores pluribus in hāc intelligentiā (quam vespertinam vocant) egent formis. Meliores celsioresq; paucioribus/ iis q; generalius absolutiusq; multa cōprehendentibus. Vt ascensiones sint a multitudīne ad vnitatē. Vt ab īpfectis ad p̄fecta ascensus maior est. Obseruant eruditī duas angelicas considerationes. matutinam quę in verbo est: & vespertinam/ quę cōuersione fit ad species quasdam cōgenitas. quibus internis/ nichilo aliunde suscepto/ alia intelligent. Se vero suapte endelechia & essentia intelligent. Illa sui cognitione cōtinue vt substantia ipsa illis hērente atq; incūbente. Habent igitur in hoc cognitionū genere/ mire alternantes odas. In quoddā harmonicū cōsurgunt: omni harmonia mūdāna longe sonorius. Et fortasse illa maior est sui intelligentiā: qua sese/ nullo īterstite medio/ intelligunt. Illa vero minor qua cognatis speciebus/ alia complectuntur. Multo vero excellentissima atq; clarissima illa est: qua in verbo. Non iam vt in speculo: sed veluti in eminentissimo exēplari/ quęcūq; oportet/ perspicunt. Simplicior quippe atq; p̄inde vnitior & p̄fectior illa (si dicere dignū) forma diuina: magisq; angelicę menti: q̄ sibi ipsa mens intima est. Matutina igitur quacūq; vespertina siue in cognatis speciebus: siue in ipsis angelicis formis sit con summator oportet. Tum p̄fectissime gaudēt illa angelica numina: cū ad illas eternitatis & splendoris diuini arces peruentum est. Tali & plurimo perfundūtur gaudio etiam humane

mentes: si quomodo tandem illuc pertingāt: vbi sistere datur. Vbi nullis ampli⁹ formis siue extraritis siue internis/ opus. Vnitatem tum intelligunt. Vnitatem vident. Vnitatem/ singula & deum ipsum optimum maximū complectuntur. In deo omnia/ atq; in omnibus vel vna tantum idea/ rerum omnium patefacta. Vno apparente lumine in quo tum videmus lumen. vna essentia/ in qua veluti archetypa/ rerum omnium cōtuemur essentias/ pulchritudines/ probitates/ formas/ omnes demū virtutes. In pace quadam sed vltimundana in idipsum dormientes & quiescentes. In qua vna pace veluti vltimundano omnium complexu/ & celsiore concordia/ vniuersa continemus. Nō iam in spe sed in beata fruitione & felici cōprehensione singulariter constituti. quando nō solum regē: sed ipsum regem Salomonem videmus. Nō in foramine petre: aut vllis sub velamentis: sed in p̄clara eius & exemplari specie: formas continue minores exuentes. quousq; tādē ad illā optimam maximam formam/ nec tam formā q̄ omnis formę prototypon sit peruentum. Quādo ipse qui omnis eaq; eminentior est forma: pro omni nobis erit specie & forma. Et vide si forte tentandū esset/ arbitrari/ illa tum p̄sente tū illucente forma: quasdam nobis in star angelorum congeneas species longe his cōquisitis & a sensibus ortum habentibus lucidiores immitti: vt matutinis & vespertinis fidibus de more angelico/ diuiniore plectro percussis/ melliori tum concinamus lyra: in cantus & odas resoluamur celebriores: nichil tunc forte ex nobis sed ex diuinis illapsibus quo celsior & diuini⁹ sit harmonia cōcinentes. & hoc fortasse est: quod Propheta in spiritu nos commonet. Sumite psalmū: date tympanum: psalterium iocundum cum cithara. Sumendum dicit. Non antea susceptum: q̄ ad illum diem festum peruentum sit. Subdit. Buccinate in neomenia tuba. Quasi ī illo felicissimo æuo recentior & noua penitus sit tuba. Et introeundum in conspectu eius in exultatione. alio loco commonet. Quasi nouo tum suscepto exultationis indumento/ & veste nuptiali. Qua de manibus domini suscepta: nunq; e celebri & nuptiali conuulso eliciamur. Vbi non iam ancille sed libere filii in domo erimus. Atq; in ea fidelissimi. Vt olim Moyses in omni domo domini. Plaudendum sed nouiter & psallendum nobis: concrepantibus simul angelicis animis. Quo ex humanis & angelicis odis: Paradisiaca harmonia sonorius cōsurgat. Tum maxime resonante harmonia quam dicunt cęlesti. Et si in illo eminenti globo pares erimus angelis dei: quid vetat quominus in pares quoquomodo intelligendū

et mundana / siue diuina concipiendi admittamur sortem. Ipso munificētissimo domino & qui suapte natura liberalitas est in omne excelsum & magnificū opus: atq; egregiā laudē sese vel maxime exhibente. Malora igit & magnificentiora: q̄ hic vnq̄ adepti fuerimus: cum ipso qui cum spiritu sancto in pignus & mun⁹ nobis eterne hereditatis etiā accedit: cōferētur munera. Ille videlicet celsiores species & forme, quibuscū meliores / et angelici animi: vespertinas agūt meditationes. Et quo propin quiores illis eternis fōtib⁹ sunt: eo meliores tales formas ad p̄iscuntur. Et nos nō ab re in parem sortem cū melioribus etiā formis admittemur. Sed redeundū Interim vnde digressi sum⁹ Egređimini aut & videte regē Salomonem in diademate suo. At q̄s iste rex Salomon in quē cōspiciendū tantopere cohortamur: Ille nimirum Melchisedech / & rex Salem in veritate / nō amplius in imagine. Erat enī rex iustitię & rex pacis & ille verus Salomon / cui dictū est. Thronus tuus deus in seculum seculi / virga directionis virga regni tui: dilexisti iustitiā & odisti iniquitatem. p̄pterea vnxit te deus deus oleo exultationis p̄ participibus tuis. Quę q̄q̄ pro dilecto Salomone scripta videātur: tamen illi Salomoni nequaquā conueniūt. Et Hebręi pro eo quod lxx. habent pro dilecto / legunt. Canticum amantissimū. Et totus titulus est. Victori pro liliis filiorum Chore eruditiois canticum amantissimū. Et tam ex titulo q̄ ex psal. ostendit nequaquā Salomoni / sed regi nostro conuenire. Et in alio loco. Et adorabunt eum omnes reges terre: omnes gentes seruent ei. Et in lxxxv. psal. Et ego primogenitū ponam illum excelsum p̄ regibus terre. & veritas mea & misericordia cū ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius: & ponā in seculum seculi semē eius: & thronū eius sicut dies coeli. Et paulo post. Semel iurauit in sancto meo: si Dauid mēt̄ar. Semen eius in eternū manebit / & thron⁹ eius sicut sol in cōspectu meo: & sicut luna p̄fecta in eternū: & testis in celo fidelis. Quę manifeste illi typico Salomoni nō cōueniūt: sed verissimo nostro regi. in cui⁹ exortu / misericordia & veritas obulauerūt sibi: iustitia & pax osculate sūt. Et cui⁹ factē misericordia & veritas continenter p̄cedūt. Et beatus tū populus qui scit tubilationem. Et vide. vt diuinitatē / simul & assumptam humanitatem p̄dicat. Ipse inuocabit pater meus es tu: deus meus & susceptor salutis meę. Et statim subnectit. Et ego primogenitū ponā illū: excelsum p̄ regibus terre. Id qd̄ in ij. psalmo manifeste dixerat. Ego autē constitutus sum rex ab eo super sion montem sanctū eius: p̄dicans p̄ceptū eius. Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te.

In nuncupatione filij diuinitatē explicans. Nec in scripturis ali⁹ quicūq; vnus hac nūcupatione filij dei censetur. In Moyse laudem dictū est. Et nō surrexit p̄pheta vltra in israel sicut Moyses quē nosset domin⁹ facie ad faciem. nequaquā filū (ne nos siue illū populum tātus subiret error) nominās / multitudini & toti genti cui⁹ cōtinēter caput CHRISTVS / qui manet in eternū dei filij esset / isto filij nomine cōcesso / p̄pter mysticā corpis CHRISTI tum etiā significationē. Vt in eo loco ex Aegypto vocauit filium meū. quod de illo etiā populo interpretatur. Magis fortasse p̄pter caput CHRISTVM q̄ p̄pter p̄p̄m ip̄m / in eā adducti sententiā. Vñ & de CHRISTO idē pleriq; interpretant. Rectissime aut regē nuncupat in cuius femore scriptū est. Rex regū & dominus dominantū. Qui nō solum sup oēs reges est: sed rex magn⁹ est super oēs deos: & in manu eius sunt oēs fines terre. & altitudines montiū ip̄e cōspicit. De quo / psal. xx. scribit. Domine in virtute tua letabitur rex. & Caldaica interpretatio Targū manifeste in eo psal. messiah regem sonat. Tametsi impie quidā rabi Salomon de alio quodā impiā vel ex verbis suis expositionē cōingat. sed illius iam dudū explosa est sententiā. Ἦσ εἰρημῆσ / hoc est pacis rex noster est. Propter quod fortasse tantopere in euāgelio pacē cōmēdauit. Pacem meā do vobis: pacem meā relinquo vobis. Et manifeste Apostol⁹ / deū pacis appellat. Pacē habete inquit: & deus pacis & dilectionis erit vobiscū. Et in calce epistolę ad Romanos. Deus autem pacis cōterat sathanam sub pedib⁹ vestris velociter. & in Naum scribitur. Ecce sup montes pedes euāgelisantis & annunciātis pacē. Et viden vt pax p̄xime iunctam habet charitatē. Quasi in illis sūma omniū virtutū contineatur. Rex etiā Salomon / rex omniū virtutū est. Domin⁹ (inquit) virtutum ip̄se est rex glorię. Cuius regnū / regnū virtutis. æternumq; est. Non iam amplius mortale & caducū. Id qd̄ ip̄se in euāgelio expressit. Regnū meū non est de hoc mūdo. Ex cōmuni Hebręorum sententiā. Vbicūq; in cātico nomen Salomonis exprimitur: deum illo noīe significatū iri volunt. Cui tantus honos eo loco adhibet nomini: quātus & inefabili Tetragramaton. Legamus veteres: & id plusq̄ cōpertissimū nobis erit. Nō modo igitur Salomon iste rex est: sed deus etiā est. Alioqui rex magnus (quod antea dixim⁹) sup oēs deos nequaquā esset. Illū igitur tantū & talē regem vt cōtueantur sollicitius oēs filię syon / hortat sp̄osa. quę superatis & calcatis mūdānis oibus: filię diuinę sunt speculationis: diuinę extaseos & cōtēplationis. Nec enī aliter q̄ trāscēsis & superatis rebus oibus videri potest. Nec nisi in altum cō-

In canticum canticorum.

scēderim: in altissima specula cōstituti. Quā satis explicare visus est Esaias. Et erit (ait) in nouissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice montiū. Et eleuabitur sup colles: & fluēt ad eum oēs gentes. & ibūt populi & dicent: venite ascēdamus ad mōte dñi/ & ad domū dei Iacob. Et docebit nos vias suas. Viden vt ascēsu & specula opus ē: vt ab illo edoceri & illū cōtueri mereamur. Et alio loco, ad montē illū & prominētiore speculam destinari petit. Emitte agnum dñe dominatorē terræ/ de petra deserti/ ad montē filię Sion. Vt ibi quātum ad ppositum attinet/ videri possit a filiabus Syon. Et sponsa illum salientē in mōtibus & trāsiliēte colles videt/ cupiēs se trahi in illā speculam post ipsum. Trahe nos post te. Qui vero pontifex & episcopus noster est: scopos/ imo vero specula nostra haud aliter est/ q̄ via & veritas & vita. Est enim lapis p̄cisus de monte/ regna oīa subuertēs. Et Sophomias in typo dñi & peride filiarū Syon speculator/ & arcanorū dei cognitor est. Abachuc stat super custodia suā & figit gradū sup eminentem tū. forte munitionē. Vt tantū tamq; incōparabilē regem contēplans/ dicat. Splēdor ei⁹ vt lux erit: cornua in manib⁹ ei⁹. Ibi abscondita est fortitudo ei⁹. Et nisi excelsus fuisset Esaias: nequaquā vidisset dominū sup solū excelsum & eleuatū. Id quod in Ezechiele satis explicatum est. Adduxit me (ait) in terrā Iſrael: & dimisit me super montē excelsum nimis. Sup quē erat quasi ēdificium ciuitatis/ vergentis ad austrum. Et ecce vir/ cuius erat species/ quasi species eris: & funiculus lineus in manu ei⁹: & calamus mensurę in manu. Num tibi videtur vna ex filiabus Syon Ezechiel: quādo sup montem excelsum nimis/ dominū & tanta cernit spectacula/ et illā ciuitatem cui⁹ nomen ex illa die Adonaiſan/ hoc est dñs ibidem. Ad eundē etiam dictū est. Fili hoīs/ sta sup pedes tuos: & loquar tecū. Et in consequētib⁹. Fili hoīs speculatorem dedi te domui Iſrael. Et pascā (ait dñs) eas in mōtib⁹ Iſrael. In riuis/ in pascuis vberimis pascā eas: & in mōtibus excelsis Iſrael erunt pascuę earū. Ibi requiescēt in herbis virētibus: & in pascuis pinguib⁹ pascētur sup montes Iſrael. Vbiq; in montib⁹ sunt vt pascātur: sed pascuis vberimis & pinguib⁹. Hoc est de fecunditate & vbertate verbi. Et obserua quo pacto a Moyſe & Helia domin⁹ in mōte videt. Et dñs IHESVS in montē secedit/ secretiora daturus mysteria: & nouę legis p̄fectionē insinuaturus. Beati (ait) pauperes spiritu: quoniā ipsorū est regnū coelozū. Beati mites: quoniā ipsi possidebunt terrā. Beati qui lugent: quoniā ipsi cōsolabuntur. Et alia magno impendio prosequitur/ leges dicens:

Omelia II

18

sed in specula dicit: & in monte. Obserua etiā in Esaiā colūbant meditatūdam pro fenestris esse: & Moysem & Heliam pro foraminibus petre: velut ex specula quadā dñm cernere. Et ad spōsam nō sine grandī mysterio dicitur: vt visura spōsū/ ad foramina petre/ veniat. Surge p̄pera amica mea/ speciosa mea/ & veni/ columba mea in foraminibus petre/ in cauerna macerę. Et ipsa in foramine petre collocata meretur tum audire. Offende michi faciem tuā: sonet vox tua in aurib⁹ meis. Vox enim tua dulcis/ dulcedinē verbi resonans: & facies tua decora. tāto illo scilicet diuinitatis illustrata fulgore. Tales igitur sed in foramine petre/ fauores meretur spōsa. Foramen petre/ humanitas dñi IHESVS est. Ipsa vero petra: ipsa diuinitas. Viden quid dicit. Hauriebāt de cōsequenti eas petra/ petra autem erat CHRISTVS. Ipsa sapientia patris/ ipsum verbum/ quod in sinu paterno eternū manet. Ad cōtuendam ipsam petrā/ ipsam cellam diuinitatē: foramine petre op⁹ est, ex humanitate dñi IHESVS/ in ipsam diuinitatē conscēsus est. Obseruāt veteres foramina petre ipsos angelos esse: quib⁹ dominū cōtuemur: & speculas quasdam siue spectra esse/ e quib⁹ diuina cōtuemur lumina/ diuinosq; fauores. Et Apostol⁹ ad Galatas scribēs dicit legē ordinatā esse per angelos in manu mediatoris. In Exodo vbi nos habem⁹. Apparuitq; ei dominus in flāma ignis de medio rubi. alia exēplaria iuxta Origenem habēt. Apparuit angelus dñi in flāma rubi/ Moyſi. Id qđ Stephanus in actis apostolorū cōprobare videtur. Cum dicit. Hunc deus principem & redēptorem misit cū manu angeli/ qui apparuit illi in rubo. Angelus primū apparet: & confestim ad Moysem dñs loquitur. Ego sum deus patris tui/ deus Abraam/ deus Isaac/ & deus Iacob. Primū sistitur Moyſes corā angelo: vt inde velut e specula & foramine petre/ dñm cernat. Id quod de prophetis/ & Apostolis qui cū angelis in montes etiā referūtur/ dicendū esset. Sunt illi nobis foramina petre: sūt speculę. Et nos illorū filij: & perinde filię Syon. Quę dixerim⁹ tametsi p̄postere/ p̄ eo quod dictū est. Egredimini filię Syon. Nunc ad reliqua veniamus. Nos hortatur sponsa qui filię Syon esse debemus: vt egressi e densissimis siluis & obscura nocte/ in clarissima luce ipsum regem Salomonem/ ipsum regem pacis cernamus. de quo satis superiore loco dixim⁹. Apostolus in epistola ad Ephesios ait. Solliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Vinculum igitur pax est. Quasi omnes inter se stringat: nō solū homines/ sed etiā virtutes. vim quandā in ea re nacta charitatis: c. ij.

quæ forma omnium virtutum est/ cuius etiā effectus siue assecla & comes quædā est: vim etiā aliquā fortita iustitię. Propter quod fortasse in psal. lxxxiiij. inter se iunguntur. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi. Iustitia & pax osculatę sunt. Et propter eā causam/ Melchisedech de quo paulo antea meminim⁹: simul rex iustitię & rex pacis dicitur. Est enī Iustitia vt charitas/ generalis quædā virt⁹. Et domin⁹ IHESVS CHRISTVS sol iustitię est: & ipse charitas/ omnium virtutum & exemplar & forma. Et qui medius diuinitatis est. Mediator etiā dei & hominum/ pax quoque nostra est. Qui fecit vtraque vnum. id est diuinitatē humanitēque in vnā hypostasim: & vtrūque populū in ecclesiā vnā cōmisit: medio inimicitiarū parietes scilicet luto. Viculū nostrū est & viculū pacis. Quā tātopere vt nācisceremur optabat Apostol⁹: frequētius ecclesiam noīe pacis salutās. Gratia vobis (ait) & pax. Tali viculo astringimur: tali illi qui verissima pax est mire coheremus. Vnde & Salomonem pacificū interpretatur: siue vmbra virtutis aut imaginē fortitudinis. Quę oīa dño nostro sed eminēti significatione cōuenire nō dubitam⁹. Et obserua talem pacē vel iustitiā interpretari. Vt in eodē rege/ eodēque regis noīe iustitia & pax mire conueniant. Vbiq; sibi diuina coherēt mysteria. Et passim rota in medio rotę inuenitur. Vbiq; totus mirabilis apparet rex noster/ legifer noster/ & dñs noster. Quem si forte tēpore tenebrarū/ pestilentię & peccati ipm vidim⁹ despectū/ & nō erat ei species neque decor: ipsum nūc in decore cernamus: & in illo diademate: quo coronauit eū mater sua in die despōsationis illius & in die letitię cordis eius. Nec vnū diadema modo: sed multiplicia cernamus diademata. Pulchre in reuelatione ait Ioannes. Oculi eius sicut flāma ignis: & in capite eius diademata multa. Et diademata multo plurima: quę sint cōtrarij hostis diademata. De quib⁹ etiā meminit Ioānes. Et vidi inquit de mari bestiā ascendētē habentē capita septē: & cornua decē: & sup cornua eius decē diademata: & sup capita eius noīa blasphemię. Plura maligni diademata: & dei optimi maximi longe pluriora sūt/ quę illis sed incōparabili supēmentia/ respondeāt: & quib⁹ parta significet victoria. Id quod significat in cōsequētibus Ioannes. Hi vnū cōsiliū habēt: & virtutē & potestātē suā bestię tradēt. Hi cū agno pugnant: & agnus vincet illos. Quoniā dñs dominorū est: & rex regum. Et iunctā coronā victorię antea explicauerat. Et vidi. Et ecce equ⁹ albus: & qui sedebat sup illū habebat arcū: & data est ei corona. Et exiuit vincēs vt viceret. Διάδημα grecū vocabulū est. & significat diadema siue coronā: quod insigne regiū est. Sūt enim oīa regalia in domino IHESV. Propter quod aurum

illi in mysterijs præcipue cōfertur. Potest & insigne sacerdotale esse. Quādo thyra/ siue corona/ pontifices etiam insigniti erāt. Fuit enim domin⁹ noster/ & rex & sacerdos: reges & sacerdotes faciēs. Secundū quod dicit Ioānes in apocalypsi. Et fecisti nos deo nostro regnū & sacerdotes. Et regnabimus super terrā. Et in alio loco. Gens sancta/ regale sacerdotium/ & populus electionis nominamur. Sed vnde regale sacerdotium: nisi a dño IHESV CHRISTO sacerdote & rege? In Daniele etiā scriptū est. Aspiciēbā & ecce cornu illud faciebat bellū aduersus sanctos: & pua lebat eis. donec venit antiqu⁹ dierū/ & iudiciū dedit sanctis excelsi: & tēpus aduenit/ & regnū (regnū scilicet CHRISTI) obtinuerunt sancti. Quę pro eo dixerim⁹: vt ostenderem⁹ diadema/ in signe regiū esse. Nec vnū modo regnū in domino nostro fuisse. Sed omnia regna: quę illi pro vno & multiplici essent diademate. Plurima regna: vnū excelsum & superdiuinū in illo regnū sunt. Et multitudo in illo vnitas: & vnitas multitudo quædam in inenarrabile abiens simplicitatē vnitatēque. Coincidūt enī in illo opposita: mira præuenta cōcordia. Obseruamus in Exodo/ coronā aureā fuisse sup arcā testamenti vel præcipiēte dño. Faciesque (ait) supra coronā auream per circuitum. Duplicem quoque coronā sup altaris labiū. Faciesque illi labium aureū per circuitū. Et ipsi labio coronam interrasile/ altā quatuor digitis: & sup illam/ alteram coronā aureolam. Arcam dñi & altare omnia aurea: dominum IHESVM interpretatur. In quo regalia oīa sunt. Geminae forte coronæ in altari qui & domin⁹ noster IHESVS CHRISTVS est/ humanitas regia. Nam ex progenie Dauid regia ortum habuit dominus IHESVS noster: & diuinitas quæ nō solū regia: sed super omne regnū & imperiū: super omnē potestatem & dominationē est. Obseruam⁹ omnia in CHRISTO IHESV regalia & aurea esse. Nā & caput eius in cantico/ aureū est. Nec aureū solū: sed aurū optimū. Et quātum ad præsens attinet/ diadema hic humanitatē designat. quo diademate coronauit illū mater sua. Sua quidē/ hoc est pietissima & admiranda eius mater quæ & virgo est: in die despōsationis illius. quo verbū caro factum est: & habitauit in nobis. Et in die letitię cordis eius. Quādo illa dñi IHESV/ anima plene hausit de fontib⁹ saluatoris & tāta præuebatur diuinitate. vere beata & foelix: veluti altera columba super riuulos aquarū. Hoc est illis aquis incumbēs: quæ omnē in se cōtinēt beatitudinē & foelicitatē. De quo flumine meminit Ioānes in reuelatione. Et ostēdit mihi fluuiū aquę viuę splendidū tanquā cristallū: præcedētē de sede dei & agni. In agno igit vera erat foelix

licitas. in die letitię cordis ei⁹. Et q̄ maior aut vehemēti⁹ letitia: q̄ in tanto cōplexu diuinitatis & humanitatis? Vt se incredibili atq; incōparabili forte subirent: atq; in eandem abirēt p̄sonam/ vtriusq; tamen manēte veritate/nature. Et quæ maior letitia: q̄ in vtriusq; parentis/ & vtriusq; populi in illo lapide angulari iunctura: atq; omniū electorū tum qui p̄cesserāt/ tū qui seq̄bant regno & salute? Vt illis restituerēt sedib⁹: q̄ patē illis erāt ab origine mūdi. Et ex angelorū hoīm⁹: vna mltitudine & mutuo & cōsistēti iter se cōplexu/ vnū efficerēt dei tabernaculū. Si enim vnū dei. hoc est dñi IHESV CHRISTI/ & hoīm⁹ tabernaculū erat: nō ab re & hoīm⁹ & āgelorū: illis dñi luce & agno iugiter incūbēte/ vnū tabernaculū erit. Et vidi (ait Ioēs) tabernaculū dei cū hoīb⁹: & nox nō erat illic. In hoīb⁹ fortasse itelligēs etiā āgelos: qui se conseruos nostros fateri haud indignātur. Dixit vn⁹ ex illis ad Ioānem. cōseruus enim tuus sum: & fratrū tuorū p̄phetarum: & eorū qui seruāt verba prophetiæ hui⁹. Propter qđ dicit Apostolus. Vt notū faceret nobis sacramentū voluntatis suę secundū beneplacitū eius: quod p̄posuit in eo/ in dispensatione plenitudinis temporū/ instaurare oīa in CHRISTO: quę in cœlis/ & quę in terra sunt in ipso. Et alibi. Quia in ipso cōplacuit omnē plenitudinē inhabitare: & per eū oīa recōciliari: pacificans p̄ sanguinē eius/ siue quę in terris siue quę in cœlis sunt. Erat enim dñs super omnes/ & p̄pterea dicit. Et cōstituens eū/ ad dexterā suā in cœlestib⁹/ supra principatū/ potestatē/ & virtutem/ & dominationē/ & omne nomen: quod nominatur non solum in hoc sēculo: sed etiā in futuro: & omnia subiecit sub pedibus eius. Et ipsum dedit caput supra omnē ecclesiam: quæ est corpus ipsius/ & plenitudo ei⁹: qui omnia in omnibus adimpletur. Viden vt oīb⁹ incūbit domin⁹ noster IHESVS CHRISTVS: templū & tutela omniū existens/ cū cœlestiū/ tum terrestriū. Vt duos iuxta Ap̄lm cōdat in semetipso/ in vno nouo hoīe faciens pacē. Vt recōciliet ambos in vno corpore/ deo per crucē: interficiēs inimicitias in semetipso. quasi qđā inimicitia iter hoīes angelosq; esset. Nec poterāt ex sese in vnā beatitudinē cōuenire. At domin⁹ IHESVS CHRISTVS/ mediū parietē macerię soluēs aptis pene cœlorū molib⁹/ ouem vnā errantē illius humeris in nixā/ nonaginta nouē nō sine inenarrabili gaudio & letitia cordis ei⁹ reddidit. Si enī gaudiū est āgelis dei sup vno peccatore poenitentiā agēte: q̄to magis gaudiū est dño: q̄ oīs est causa penitentię & salutis. Nonnulli matrē domini: populū israel existimāt. citato ex p̄phetia Esaię testimonio. Attēdite ad me popul⁹ me⁹/

& tribus mea & mater mea me audite. In nostris exēplarib⁹/ mater mea/ nō habetur. & pro eo qđ Hieronym⁹ trib⁹ it̄presatur/ Theodotion gen⁹/ Symachus gētē: lxx. reges trāstulerūt. Nos enī (inquit Hieronym⁹) sumus & trib⁹ & gēs & gen⁹ domini & regale sacerdotiū. Qualis fuit & Abraam qui rex appellat⁹ est: & ceteri sancti de quib⁹ scriptū est. Nolite tangere christos meos. Mater mea nusq; legitur. Fortasse veteres in suis exēplarib⁹ ita legebāt: vt ex glōsa vetustissima sup canticū conijcitur. Dominus IHESVS apte facientē voluntatē patris sui fratrē & matrē appellat. Ecce extēsa manu in discipulos. Mater mea (inquit) & fratres mei. Quicūq; enim fecerit volūtatē patris mei qui in cœlis est: ipse meus frater & soror & mater est. Et fortasse plebs Israel: mater dñi dicta est. Qđ ex illa nasciturus esset domin⁹ secundū dispensationē humanitatis. Quare in matre dñi/ tota sit mater. & suscipiēs dominū/ in regē/ in deū/ in legislatorem: illū coronare dicitur/ id est fide ambire. Coronare enim/ circūire est. & nos omnes illū coronam⁹: quādo fide illi nectimur & cōiungimur: & illū in dominū & regē suscipim⁹ facti reges p̄ ipsū. Gratia enī dei (iuxta Ap̄lm) saluati sum⁹ p̄ fidē. Ipsi⁹ enī factura sum⁹/ creati ī CHRISTO IHESV in opibus bonis. Dñm nostrū IHESVM CHRISTVM corona insignire possum⁹. sed ab ipso vt ipm coronemus nacti sum⁹. Dei enī donū est: vt ne quis glorie. Ipse enī est pax nostra/ gloria/ & corona nostra. & quicquid bonū/ sanctū & salutare nostrū est. Et vt flumina veniūt a mari/ & iterū in mare redundāt: nō aliter oīs gloria/ honor & corona nostra a dño venit: & in eūdē redit. In capite mulieris quā vidit Ioānes in apocalypsi: erat corona stellarū duodecim. quod fortasse oēs splēdores/ & honores inferiorū in superioribus sint. secundū quod dictū est. Gloria patris est filius sapiēs. Et in capite domini saluatoris nostri/ sunt diademata multa. hoc est merita victorię & coronæ omniū sanctorū. Vt nō vna modo: id qđ paulo antea diximus: sed multiplici insignit⁹ sit. Et vt splēdor omniū visibiliū in sole vt in sūmo visibili est/ vnde id habēt quod splendeāt/ qđ videāt nō aliter in dño IHESV CHRISTO/ oīs virt⁹ & honor creaturarum est. Oīs earū gratia & gloria. A quo tales & alias nactę sunt diuitias. Sunt enim in ipso oēs thesauri sapiētīę & sciētīę/ recōditi. Et nos ī ipso (vt dicit Ap̄ls) viuim⁹/ mouemur/ & sum⁹. Sicut & quidā poetarū dixerūt. Ipsius enī & genus sum⁹. Ergo in ipso prominēt quęcūq; in nobis sunt. Et magis ab ipso in nos deriuantur. Habemus enim (vt dicit Apostolus) redēptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum secundum

diuitias gratiæ eius quæ superabundauit in nobis/in omni sapientia/& prudentia. Et ubiq; tales dñi diuitias in sanctis esse dicit. Quæadmodū in cōsequētibus ait Ap̄tus. Vt sciat̄ q̄ sit spes uocationis eius:& quæ diuitiæ gloriæ hereditatis ei⁹ in sanctis: et q̄ sit supereminens magnitudo uirtutis eius in nos, qui credimus secundū operationē potentiæ uirtutis. Omnis igitur gloria nostra/gloria domini nostri est. Nec aliunde ueras habem⁹ diuitias. Et in epistola ad Colocenses/aliquid altius & plenius explicat. Vt consolentur corda ipsorū instructi ī charitate/& in omnes diuitias plenitudinis intellectus/in agnitione mysterii dei patris & CHRISTI IHESV/in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & sciētīæ absconditi. Et paulo post. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: & estis in illo repleti: qui est caput omnis principatus & potestatis. Posset ne apertius dicere. Nostrā coronam & gloriam/ domini coronā & gloriam esse: Nec istud genus expositionis alienū uidetur ab scripturis. Ioānes in Apocalypsi b̄ssum domini: iustificaciones sanctorum interpretatur. Et pulchre Ioannes. Regnū mundi/regnum domini nostri dicit. Et factum est (inquit) regnum huius mundi dñi nostri/& CHRISTI eius. Et/ut ostendat regnū eius regnum omnium esse: statim addit. Et regnabūt: in secula seculorū. Amē. Ista/paulū digressi a proposito/ dixerimus pro eo qđ dictū est/quo coronauit eū mater sua. Sed fatius est ad matrē domini propter sacramentū admirandę incarnationis/simpliciter referre. Videamus si possemus aliquid aliud in hoc loco attentare. Continenter tamen innixi firmissime fidei et patrum anchorę. Regnū omnium colorum quidam in luce esse existimant. atq; in eo tallum quorundā esse regnū: quod optimū maximūq; est in aliquo genere. Domin⁹ noster IHESVS CHRISTVS lux uera est/vel ex Ioānis testimonio/ omnem hominem uenientem in hunc mundum illuminans. Qui de se dicit. Ego sum lux mundi. Ad quem si luces omnes siue sensibiles siue intelligentes conferas: colores sunt/itq; obscurissimi: nisi a tanta luce splendorem recipiant. Regnū igitur & corona & gloria omnium/imensa atq; infinita lux ista est: q̄ minime negare se potest. Ille (inquit Apostolus) fidelis permanet: negare seipsum nō potest. Et propterea nos si permanserimus/filii lucis sumus. Secundū quod dicit Ap̄tus. Et filii dei (ait) non sumus noctis neq; tenebrarū. et sūma maxiaq; illa lux nō solū sibi sed etiam nobis pro corona est. Quoniam non posuit nos deus in iram: sed in acquisitionem salutis. Et uide si aliud diade-

ma in dño nostro IHESV CHRISTO cernere possumus. Regnum & diadema omnium bonorum in eo est: quod omne bonū est: quæ & beatitas. Est etiā beatitudo summū bonum/ omnium bonorum aggregatione pfectum. Et illud fortasse est/ quod dominus dixit ad Moysen. Veni & ostendam tibi omne bonū. Est & dñs noster IHESVS CHRISTVS/ omne bonū: de quo dicit Ap̄tus. An diuitias bonitatis eius cōtēnis. Coronatus igitur omni bonitate est. quandoquidē omnium bonorum summū et maximum est: omnis bonitatis & probitatis uerissimū exemplar/atq; idea pfectissima. & talis quidē idea/quæ deus sit: nulla re extra deū illa idea/ ut quidā imple cōfinxere/cōsistente. Hęc corona/hoc diadema unū domini nostri est: quo coronauit eū mater sua. Difficile est iuxta consequentiam sermonis interpretari quo pacto mater domini/tali corona ipsum insigniat. Concessit humanitatem domini mater nō diuinitatem aut eius uilam proprietatē. Et uide si matrē nō quidē hoc loco ubi sacramentum incarnationis textitur/sapientiā dicere quis posset. Super quo testimonium de scripturis afferre possumus. In Hieremia scriptum legimus. Heu michi mater mea/ cur me genuisti uirum qui iudicer? quod pleriq; ueterū/ maxime Origenes/ ad sapientiā referunt. Quasi dicat. Cur me genuisti o sapientia. & filios sapientiæ alibi scriptura refert. Amittit sapientia filios suos. Et quidam sapiens/ in persona sapientiæ dixit. Ego mater pulchrę dilectionis & agnitionis & sanctę spei. At cōstat fillū/ sapientiā genitam esse: patrē ingentam. Nec nos sexus aut foemineum nomen ullo pacto deterreat. quādo ibi nullus sexus sit nec quicq; foemineum: sed mascula & uegeta omnia. Obseruant eruditi quē nos genere masculino spiritum sanctū dicitur. Ruha foemineo apud Hebręos nūcupari. Pneuma / gñe neutro apud Gręcos. Idq; nō sine mysterio. Hoc nimirū significante spiritu sancto/ aliquid ibi supra omnem sexum & nuncupationem esse. Atq; hoc idem in patre intelligendum est: et patris & matris quātum ad sapientiā pertinet nomen/ longe supra omnē sexū & mortalē siue imortalem ibi esse sortē. & uide quid ait in hanc sententiā dominus in euāgelio. Hierusalem hierusalem quæ occidis pphetas quotiens uolui cōgregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos sub alas & noluit. Manifeste se matri comparans. Et propheta de diuina protectione mētiōe facta. sicut aquila puocās ad uolandū pullos suos & super eos uolitat. Infinita in hęc sententiā exempla suppetēt. Ad patrē de filio in. viij. psal. dictum est. Gloria & honore: &

propterea ōni luce et bonitate coronasti eū/et constituisti eum super opera manū tuarū. Insigniuit illum omni virtute/decore/luce/omni laude/et proprietate diuina. Et regem & dominum (vt ipse pater rex est/& dominus) genuit atq; pulcherrimū optimum & maximū: vt ipse pulcherrim⁹ optimus maximusq; est. In illum omnia dominus in euangelio refert. Pater omnia mea tua sunt:& tua mea. Et hanc gloriā & claritatem se a patre suscepisse testatur. Nunc (ait) clarificatus est filius hominis: et deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo:& deus clarificabit eum in semetipso: & continuo clarificabit eum. Et obserua quid loquitur etiam secundum quod verbū est. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum: claritate quā habui priusq; mundus fieret apud te. Et paulo post. Nunc cognouerunt quia omnia quę dedisti michi/abs te sunt.& paulo antea dixerat. Sicut dedisti ei potestare omnis carnis. Omnis igitur corona glorię honoris/virtutis/potestatis/ & diuinę culuscūq; perfectionis: a patre in filium deriuatur. & diuinitatis etiam virtute in vtero virginis cōceptus est. Nos autē hoc loco nequaquam matrem hic diuinitatem interpretari possumus. siquidē ibi pater nō mater est. Ex quo inquit Ap⁹. Omnis paternitas in celo & in terra nominatur. Nec cōsuetudo scripturarū est ibi matrem: sed solum patrē nominare. Sed ad reliqua veniam⁹. Talē vero qua insignitus est: glorię coronam & aliis p̄ cuiusq; sorte/ sua dignatione/ vt alias diuinas virtutes suas cōmunem fecit. Nec mō ipse coronatus/ sed corona glorię est. Vis afferam⁹ testimonium de Esala. Propter syon (inquit) nō tacebo: & propter Hierusalē nō quiescā. donec egredia⁹ vt splendor/ iustus eius: & saluator eius vt lāpas accēdat. & videbūt gentes iustū tuū: & cūcti reges inclitū tuū. Et vocabit tibi nomē nouum: quā os dñi noiauit. Et eris corona glorię in manu dñi: & diadema regni in manu dei tui. Posses ne aptius dicere: Egredimini filię syon: & videte regem Salomonē in diademate suo: quo coronauit illū mater sua/ in die desponsationis illius: & in die letitię cordis eius. Et obserua quo pacto de desponsatione/ & domini letitia in consequētibus meminit. Et gaudebit spōsus sup sponsam suā. & gaudebit super te deus tuus. Et talem sermonē cōuersū ad filias syon & filias speculatrices p̄xime docet. Dicite filię syon: ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cū eo: & opus eius corā illo. Et paulo post. Iste formosus in stola sua: gradies in multitudine fortitudinis suę. Vt post coronā & diadema regni/ nichil ei deesset ad honorē. & propterea accinctū illū potentia/ in alio loco

dicit. Preparans mōtes in virtute/ accinctus potentia. Et dominus regnauit decorē indutus est: indutus est fortitudinē & precinxit se, quem alibi legimus amictū lumine sicut vestimento. Id quod euangelista dicit. Et facta sunt vestimēta eius alba sicut nix. Alia interpretatio habet. sicut lumē. Lege Origenem. Lucas dicit. Et vestitus eius albus & refulgēs. Marcus. Qualia fullo nō potest super terrā candida facere. Et Apostolus reuerenter de tanto & tali loquitur. Beatus (inquit) & solus potens rex regū/ & dominus dominantū: qui solus habet immortalitatem & lucē habitat inaccessibilē, quē nullus hominū vidit (mortalibus scilicet obtutibus) sed nec videre potest. Cui honor & imperiū sempiternū Amen. Hęc est illa illius pulcherrima & immarcessibilis corona glorię. De qua & Esaias dicit. Quia hęc dicit excelsus et sublimis habitās eternitatē. & idē indutus est iustitia vt lorica/ & galea salutis in capite eius. Sed more prophético/ miscet letā tristibus: data oibus adhuc incolis occasione spei timorisq;. Propter quā subdit. Indutus est vestimētis virtutis: & optus est quasi pallio zeli/ sicut ad vindictā: quasi ad retributionem. At in epithalamio nostro/ omnia sunt letā/ festiua et iucunda. Nichil ibi triste: vbi tantus amati cū amato et spōsi cum spōsa cōplexus est. Alios vero talibus insignitos diadematis obseruamus in Apocalypsi. Et supra thronos xxiii. seniores sedētes/ circū amicti vestimētis albis: & in capitibus eorū coronas aureas. Quas in dño se suscepisse ōni cū veneratiōe recognoscunt. Et adorabāt viuentē in secula scōrū. Et mittebant coronas suas ante thronū. Et ad aliū quendā dictū est. Tene quā habes/ vt nemo accipiat coronā tuā. Et in alio loco/ licet ad dñm saluatōrē referat: tamē & aliorū ob dñi participatū etiam insigne est. Et posuisti in capite eius coronā de lapide p̄cioso. Et in cōsequentibus dicit. Gloriā et magnū decorē iposuisti super eū. Et nimirū si ad dñm IHESVM referam⁹. Cū dec⁹ et pulchritudo sit idumentū eius: bisius & purpura vestis illi⁹. Et in Apoca. Vestis ei⁹ est respsa sāguine. & intincte ei⁹ etiā apud Esaiā obseruant vestes. Magis autē superior habit⁹ in epithalamio cōuenit. Et illi maxime: qui cādid⁹ & rubicūdus et electus ex milibus vel cōcinēte spōsa celebrat. Quis tanta cōtuens mysteria nō deficeret: & post habitis mortalibus nō penit⁹ in celestia raperet: cernens tā multiplicē & decorū regis spōsi habitū: eius aurea diademata: & fulgentes coronas. Quibus omnibus omnes donare mortales mire cōcupiscit. Non possunt talem cernentes suum sponsum & dominum/ nō dicere filię syon. Vtinā dirūperes celos & descenderes. Olim dñe IHESV descēdit

cum primū hoc illustre & clarissimū diadema/ipsa hyperagia & supuenerādamatre te coronante /suscepisti. Veni dñe IHESV veni:& talibus nos illustra diadematibus. Fac domine vt clarificatus sis in nobis. Sicut olim de sanctis tuis dixisti. Et clarificatus sum in eis:& pro eis ego sanctifico me ipsum. Vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Et paulo expressius in cōsequentibus dicit. Et ego claritatē/ quam tu dedisti michi/ dedi eis. Talē nos optamus & sūmopere concupiscim⁹ claritatem. Vt clari de tuo lumine & immortalis splendoris corona/ simus. Sed ad priora redeamus. Diximus coronā luminis: vt regnū luminis & glorię & bonitatis/ ī domino nostro IHESV CHRISTO esse. vtpote in talium archetypo & exēplari. Videam⁹ si regnū & diadema iustitię/ in ipso obseruare possumus. Hieremias talis regni iustitię nō videtur oblitus: cū dicit. Et hoc est nomen quo vocabunt eū/ domin⁹ iustus noster. Proxime iungēs iustitię nomen/ nomini domini Tetragrāmaton: quod soli deo & tanto regi cōuenire arbitratur. Et in sequētibus idē dicit. Redēptor eorū fortis domin⁹ exercituū nomen ei⁹: iudicio defendet causam eorū. Quem nō multo post/ regem appellat: cum ait. Rex domin⁹ exercituum nomen eius. Ergo regnū eius regnum iudicij & iustitię est. Et. Iustus dominus iustitias dilexit/ equitatē vidit vultus eius. Et. Iustus es domine: & rectum iudiciū tuum. Et. Iustitia & iudicium correctio sedis eius. siue pparatio sedis eius. & talia id genus innumera. Et quēadmodum antea diximus ex testimonio Esaię/ dominū coronā esse glorię: haud aliter coronā esse iustitię existimare possumus. Quam tantopere illam sibi donari efflagitabat Apostol⁹. In reliquo (inquit in secunda ad Thimotheum epistola) reposita est michi corona iustitię: quā reddet michi dñs in illa die iustus iudex. Non solū autē michi. sed & ijs q̄ diligūt aduentū eius. Est enī dñs IHESVS corona nostra. & cū oīs virt⁹ sit: corona etiā iustitię est: & simili qua fas est nos corona vult esse insignitos. Qd̄ manifeste ostēdit Ap̄ls cū dicit. Nā si cōmortui sumus: & cōiuuemus. Si sustinebim⁹: & cōregnabim⁹. Vide vt CHRISTO cōregnemus. Et vt ille/ exēpli gratia/ in regno iustitię regnat: & nos in regno iustitię cōregnabim⁹. Et vt dominus corona nostra est: ecōtrario nos etiā domini corona sumus. Si domin⁹ corona iustitię: & nos dño p̄ corona iustitię (si dicere licet) erimus. Id qd̄ tametsi ī persona sua explicat Apostol⁹. Fratres mei desideratissimi/ gaudiū meū/ & corona mea. Si corona Apostoli illi erant/ ergo & corona dei. Cuius typum & imaginem præcipue gerebat Apostolus. Sed de his alio loco

oportunius. Et dominus/ regnū iustitię apud patrē esse/ manifeste ostendit. cum dicit. Pater iuste/ mūdus te nō cognouit. Iustū apertissime appellans: apud quē originaliter & primo regnum iustitię est. Propter quod dicit Propheta. Iudicia domini vera iustificata in semetipsa. Decebat enim eū qui rectorus erat gētes in virga ferrea: iustum etiā esse. Erat enim sceptrū & virga eius/ iustitię sceptrū. Ferreum nāq; erat: & flexibile nunq̄. Illo enim iudicat iuste: & probat renes & corda. Quod recognoscēs quicūq; iustus/ mira propterea exillens letitia/ dicit. Virga tua et baculus tuus/ ipsa me cōsolata sunt. Et subdit. Parasti in cōspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. De hac quoq; virga dicit Apostolus. Vultis in virga veniā ad vos. Est enim pluribus virga hęc necessaria: p̄cipue peccatoribus. Quibus dominus pro virga est. Iustis vero flos. Ob quā rem/ se plerunq; florem nominat. Ego flos campi & liliū conuallū. Obseruant eruditi apud Ezechielem inferiora domini ignea esse: superiora ex electo/ quod omni auro p̄ciosius est. Et ī Daniele/ rotas & thronū domini ignem accensum obseruamus: & fluum rapidissimū de throno egredientem etiā igneū. Vestimētum vero sedentis in throno candidū sicut niuē. Electrū & candor/ ad iustos electosue/ qui diuina a domino insignuntur immortalitate/ referūtur: ignis ad peccatorū purgationem. Nā & dominus: ignis cōsumens est. Et ob eā causam in euāgelio dominus IHESVS baptizat spiritu sancto & igne. Vt qui iam baptisati sunt spiritu sancto: rursus redeuntēs in peccata & repetētes vltam pristinā: cauterio & igne p̄nitentię indigeant. Ista p̄ regno & virga iustitię dixerim⁹: cuius calix cū calice misericordię vbiq; in scripturis inuenitur permixtus. Nā & calix in manu domini vini meri plenus mixto. & pulcherrime nouit miscere sapientia vnum. At in cantico nostro/ & celebritate nuptiali: oīa pacata oīa purissima sunt. Nec quicūq; moeror aut tristitia siue paulo rigidior vltā seueritas/ aut perq̄ rarenter illic admittit potest. De hac iustitia siue iusto/ dixit in quodā loco Salomō. Iustus est fundamentū sempiternum. Talē siue messiah siue regem/ mundi sustentatorem & fundamentū omnīū animarum vetustissimi Hebręorum existimant. Qui in nouissimis tēporibus apparuit/ & exort⁹ est sol iustitię. De quo & propheta ait. Et orietur vobis timētibus nomen meū/ sol iustitię: & sanitas sub p̄ntis ei⁹. Nec sine iustitia condita & seruata omnia vetustissimi theologorum arbitrantur. Obseruat illi quidē duobus dei nominibus/ scripturam referre mundum a deo esse conditum

תתנ? Tetragramaton ineffabili & Heloim/ quod iudices etiā interp̄tantur. quorū alterū ad misericordiā: alterum ad iustitiam referūt. Quibus omnia condita & seruata admiraremur. Id quod manifestissime & sub admirādo sacramēto/ scripturę ostendūt. Sunt igit̄ iustitia & misericordia/ i diademata referēda domini quibus nō modo regit/ sed creaturā omnē in ortum (vt volūt) educit. Id quod Paulus Hebręus existimat. Existimant eruditi/ sapientiam/ qua vel maxime cōdita sunt vniuersa/ principiorū maximum esse: vel ex principio Geneseos istud confirmantes. In principio creauit deus coelū et terram. In principio/ principiorum principiu sapientia intelligentes. Que & inter p̄cipua dñi IHESV nostri diademata enumerari potest. Sed q̄ vt ple-raq; similia: nō a matre/ sed a patre i filiū eternū deriuata sint. Qualia enī diademata donat: tale & ipse dñs IHESVS diadema est. qui & sapiētia patris nō facta/ nō creata/ sed genita est. Salomon amabilis domini/ in p̄ouerborū volumine ait. Principium sapientię posside sapientiam. Et subdit. Arripe illam & exaltabit te: glorificaberis ab ea cū eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarū: et corona inclita proteget te. Viden vt corona & diadema/ sapientia est. Quā nisi nactis omnibus virtutibus/ assequi non possumus: quasi omnū virtutum cōplexus/ fastigiu & corona sit. per quā veluti manēs diadema et aureū sceptrū reges regnant: & legū conditores iusta decernunt. Per ipsam/ vt eadē de se fatetur/ principes imperant: & potentes decernunt iustitiā. Cū ipsa sunt diuitię/ & gloria/ opes sup̄ne/ & iustitia. Mellior est eius fructus auro & lapide precioso. Et gemina eius argento electo. Que & in alio loco/ etiā in plateis dans vocem suā omnes in hęc verba cohortat. Omnes sitiētes venite ad aquas. Si quis paruulus est veniat ad me. Venite comedite panē meū: & bibite vinū quod miscui vobis. Et in aliquō amplius in Cātico cohortatur. Venite amici mei: & bibite: & inebriamini charissimi. In meliores nos haustus diuinarum percipiendorum inuitans. Hoc est quod dominus qui vera sapientia est/ nos in euāgelio admonet. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam vos. Et discite a me: quia mitis sum & humilis corde: et inuenietis requiem animabus vestris. Hęc est illa corona vitę: quā repromisit deus diligentibus se. Quid vero magis repromisit: q̄ seip̄m? Secundum quod dicit. Hęc est autem vita eterna: vt cognoscāt te solum deum verū et quem misisti IHESVM CHRISTVM Quem (vt dicit Ioannes) misit deus filiū suū vniuentum in mundū: vt viuamus per eum. & hęc vita in filio eius est. Qui

nō habet filiū dei: vitam non habet. Est enim vitę corona de qua diximus/ diadema & regnum. Omnis deniq; virtutis/ honoris/ & glorię: diadema/ & sceptrū. Et secundū quod dicunt Esaias & Paulus. Quod oculus nō vidit nec auris audivit: nec i cor hominis ascendit: quę preparauit deus his qui diligunt illum. Ad quem veluti in omnia bona/ sollicita nos inuitat sponsa. Et in eius persona beatus Petrus apostolus. Eratis (inquit) sicut oues errantes. sed conuersi estis nunc ad pastore & episcopum animarum vestrarum. Posset ne manifestius diceret: Venite & videte regem Salomonem in diademate suo/ quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius. Venite (inquit) vos omnes qui laboratis & in estu & falo lactantis seculi fatigamini: ad eum qui summa & maxima quies est. Et vos quicunq; discordes ad pacem illam quę exuperat omnem sensum. Et vos/ qui euriem & sitim plurimam habetis iustitię/ ad illum qui omnis est iustitia & omnem iustitiam perfecit. Sine modo/ ait/ sic enim. decet nos implere omnē iustitiam. Non solum optimus maximusq; sed etiam iustissimus dominus est/ fundamentum omnis iustitię & equitatis sempiternum. Et quicunq; in sapientię leges καὶ νόμους iurastis/ obseruate eum qui sapiētia verissima est: & vna ars paterna quam dominus possedit/ & æterne vt filium complexus est in initio viarū suarum: in principio illo eternitatis quod nullum nouit principium. Et quę pater ex sese sapientissimus/ immo vero ipsa sit sapientia: non tamen sine sapientia est/ quę & filius. Eadem nempe sapia/ anteq; quicq; faceret a principio: ab eterno ordinata est. hoc est genita a fonte quidem paterno. & ex antiquis: hoc est ab eterno vel ab antiquo fortasse dierum: qui pater est: anteq; terra fieret. Nondum/ inquit/ erant abyssi: & ego iam concepta eram. Subdit. Et delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore: ludens in orbe terrarum: & delitię meę esse cum filiis hominum. Qui me inuenierit/ inueniet vitam: & hauriet salutem a domino. Propter quod quidam sapientum illam ad nos destinari petebat. Mitte illam de corlis sanctis tuis & a sede magnitudinis tuę: vt mecū sit/ & mecum labore. Vt scia quid acceptū sit apud te. Scit enim illa/ oia & intelligit. Et aduerte quo pacto letitiā & gaudiū apud illā esse explicat. Nō enī habet amaritudinē cōuersatio illi: nec tediū cōuictus illi: sed letitiā & gaudiū. Et i amicitia illi delectatio bona: & i opib; manū illi honestas/ sine defectiōe. Et i certamine loquē illi sapiētia: & p̄claritas i cōlocatiōe sermonū ipsi. Et vt sup̄ de sapia dixim;

In canticū canticorum.

idem quoque dicendum de iustitia/bonitate/pulchritudine/gloria/
omni denique virtute. quæ sunt ut diximus infinita diademata
atque honores optimi maximi regis nostri/imo veronum opti-
mum & præstabillimum immensumque diadema. Quanquam enim ex se
se sit summus pater/verus deus/deus absque principio/lustus/bo-
nus/pulcherrimus/omnis gloria/exultatio & virtus: non tamen
sine filio & tanto rege nostro. Nec sine quidem ab utroque procedente
spiritu sancto, in hanc quidem intelligentiam. Ut qualis pater/
talis sit filius/talis etiam spiritus sanctus. Patris enim/filius
et spiritus sancti una est diuinitas: equalis gloria/coeterna ma-
iestas. Illa est una omnium gloria/sceptra unum/diadema si quæ
diuinum excellensque est spectemus: omnium unum. Qui omnes in tanta
a filio suscipienda humanitate cooperati sunt. Illa ut autem velu-
ti altero insigni diademate dominum IHESVM & personam ver-
bi insigniuerunt. Veluti si tres egregia forma puellæ: unam ipsarum
regio limbo & candida lena exornarent. Unum omnium diuinarum
hypostasum extrarum opus: nichil externum/particulare aut pro-
prium unius opus. pulchre dixit quidam/ut communis amor: sic
et communia cunctis omnia, omnes in omnes efficiunt pulchre
festinant. Nichil ad regimen aut ornamentum pulcherrimi orbis
aut eius incolarum prætermittunt. Pater meus (inquit dominus
IHESVS) usque modo operatur: & ego operor. Nec spiritus egre-
giam efficientiam tacet. spiritus autem paraclitus qui a patre pro-
cedit: ille vos docebit omnia. Et in alio loco. Ille de me accipiet
ait. Et verbum diuinum quod frequentius factum scribitur apud
prophetas: illud etiam docet omnia / nec honorem unquam prætermisit
paternum. Si non facio (ait) opera patris mei: nolite credere mihi.
Si autem facio/et si michi non vultis credere: operibus cre-
dite. Ut cognoscatis & credatis: quia pater in me est: & ego in
patre. Et in alio loco. Me oportet operari opera eius: qui misit
me/donec dies est. Et si iudico ego: iudicium meum verum est.
quia solus non sum: sed ego & qui misit me pater. Et vident quæ
ad rem nostram pertinet: ut gloriam & omnem honorem in patrem
refert. ego autem non quero gloriam meam: est qui querat & iudi-
cet. de patre loquens. Ad illum igitur vel adhortate sponsa/tan-
ta veritate & pulchritudine insignitum/pergendum. qui & principi-
plum est: qui loquutus est nobis. Ego (inquit) principium/qui &
loquor vobis. Et cui tantum et tam frequenter attestatus est pa-
ter. Hic est filius meus dilectus: in quo michi bene complacuit.
Et in euangelio quod secundum Iohannem inscribitur/dominus ait.
Et testimonium perhibet de me: qui misit me pater. Et nos omnes

Omelia II

25

sitibundos & plurimo estu contrarij & negatis solis estuantes ad
se venire vel magnis clamoribus cohortant. Audi quid dicat scri-
ptura. In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat IHESVS
& clamabat dicens. Si quis sitit veniat ad me/ & bibat. Qui cre-
dit in me/sicut dicit scriptura/ flumina de ventre eius fluent/aquæ
viuæ. Nonne idem aut simile quiddam tibi videtur dicere quod sponsa
in epithalamio. Egredimini filie Syon: & videte regem Salomonem
in diademate suo quo coronauit eum mater sua. Nam si aquas
& flumina aquæ viuæ/et (ut alio loco dicit) salietis in vitam libera-
liter dabit: & diademata aurea & pulcherrima sarta largietur. Vi-
deamus quid ad sponsam/demum ad omnem electam animam dicit.
Veni de libano sponsa mea/veni de libano veni: coronaberis.
Nec uno diademate modo/sed plurimis sertis. Pulchre dixit qui-
dam. Sarta dabitur capiti/hoc est dabit dominus vel angelis mi-
nistriantibus. Dat quoque dominus coronam gloriationis siue decoris.
Et dedit (ait in Ezechiele dominus) in aurem super os tuum: & cir-
culos in auribus tuis: & coronam decoris in capite tuo. Legitur &
in quodam libro auctore Origene: quia salignam omnes credentes
accipiant coronam. salices ad legem & mysteria dei referuntur. In
salicibus in medio eius suspēdimus organa nostra. Et in Esaiâ.
Orietur quasi in medio aquæ fœnum & salix super aquam fluen-
tem. Sarta igitur dabit dominus sapientiæ/diuinam ardētibus sa-
pientiam. Dabit amoris insignia/amatoribus vitis & charitatis
incendio plurimo affectis. Dabit honores prudentiæ/liberalita-
tis/magnificentiæ/illis qui quidam hos mortales regebant artus:
in illarum certamine virtutum pulcherrime agebant. Magnificas
extruebant pro honore domini edes/ non tam quæ videtur quæ
non videtur spirituales. Et positus a domino IHESVS fundamē-
tis superedificabāt argētum & aurum & lapides preciosos. Quæ
sane (ut omnia nostra intelligi volumus) siue ad auream siue ad
aurcolam aut palmam omni cum pietate referas. Hac enim pul-
cherrima differentiâ/differētes mansiones explicantur. Dies certe
me deficeret in enarrandis muneribus: quæ a domino singulis quibusque
pro suo captu & sorte donantur. Ut non modo regalem quædam
munerum magnificentiam: sed pulcherrimam sapientiæ varietatem
in illa eternitatis superdiuina ede & tantis fastigijs videre sit.
Quid igitur veremur/quid formidamus/in tantas venire sedes?
Dic age/quid trepidas mea mens/ in amica venire atria? quid
pœnas suppliciumque times? Dic age iactura quid amas/tua
damna? quid optas? Nonne putas summo damna carere bono:
Quæ enim rex iustitiæ sit: tamen hic præcipua ratione rex pacis/
.dj.

& consequētia quadam rex omnis equanimitatis/clemētiae/mi-
 sericordiae & benignitatis prädicatur. Videre(inquit)regem Sa-
 lomonem/ regem pacificum/regem pacificatorē/regem omnis
 clementie. Et istud vnū nobis summo opere persuadere possum⁹.
 Scimus enim(vt quidā egregie cecinit) quē sit nostri clementia
 patris: q̄ facile nostras audiat aure preces. Quātumcūq; grauis
 fueris tibi conscia culpę: corde dole/ crimen diluit omne/ dolor.
 Corda deo dabim⁹ lachrimisq; litabimus illi: nulla accepta ma-
 gis sunt holocausta deo. Grata deo non sunt fumantia thura
 nec arę: nec ~~vota~~ si cordis religione vacent. Tu fornicata es(in-
 quit)cum amatoribus multis:tamen reuertere ad me:dicit dñs:
 & ego suscipiam te. Si folium domini misericordia est(vt ait p̄-
 pheta) Et ponet in misericordia folium suū:& diademata tanti
 & immortalis regni misericordia erit. Ad quā accedentes/spem
 habere debemus/facile peccata nostra/nobis dimitti:& ab ipso
 cuius misericordia etiā super coelos exaltata est & qui imensa mi-
 sericordia est: gratiā & miam posse cōsequi. Nec istud ibi solum
 & alia quę supra dixim⁹ in tāto auctore inueniūtur diademata:
 sed alia etiā innumerabilia. Vt si vllō malo aut cōtrarijs incen-
 dijs affecti sum⁹ accedamus/prius tamen egressi/cū sūma fidu-
 cia ad thronū gratie & glorię eius.& ibi cōtrarijs & aduersita-
 tibus malis: multas virtutū inueniemus medelas. Et pro oibus
 incendijs: vtcunq; æstuantibus: amoenissimos & saluberrimos
 fontes: & contrarias nocentibus diuinas ambrosias/ omnibus
 morbis præsentariam opem afferētes. Et ipsa quoq; regis sum-
 mi & maximi diademata: hūc habent omnis virtutis & mede-
 di vigorem. coincidunt quippe re ipsa/ omnia in vno bona.
 Quod si forte caux metuis tromenta gehennę/
 Et stigis ardentis ne patiare lacus.
 Scire deum debes nobis mortalibus hostem
 Non fore: inhumanum non decet esse patrem:
 Vt decet esse pium: sic est pius esse putandus.
 Qui putat immitem non putat esse patrem.
 Non putat esse deum. quis enim consenserit illum:
 Esse deum demens: quem neget esse pium.
 Est deus omne bonum: deus est quæcūq; putantur
 Optima. Sed melius quid pietate dabis?
 Ergo vt pulchre idem nos cohortatur/
 Libens & sponte pedem trans limina mortis/
 Porrige: nec fati nomen inane time.
 Obseruam⁹ & peccatorū coronas: de quib⁹ Ezechiel scribit. Ora

amictu nō velabitis:& cibos lugentiū non comedetis. coronas
 habebitis in capitib⁹ vestris:& calciamēta in pedib⁹. nō plāge-
 tis neq; flebitis: sed tacebitis ī iniquitatib⁹ vestris: quas: si q̄ sint
 olim & fuerint: confestim abijciamus: vt nō simus noctis neq;
 tenebrarū filij: sed magis lucis. Egredimini igitur ait filię Syon
 & videte regem Salomonem in diademate. in quo omnia eaq;
 infinita emnētius continentur diademata. quo coronauit illum
 mater sua: siue plebs sua siue piētissima mater regina & virgo/ id
 qd̄ fatius est: Videam⁹ si secūdū superiores explanationes/ istud
 etiā explicare possum⁹. Dies desponsationis & letitię dñicę: dies
 est qua sibi in eādē hypostasim(vt antea dixim⁹) naturā assūpsit
 humanam. In qua die/ omniū electorum salus & gaudium esset
 & de illa iugiter in cordibus suis canerent. Hęc dies quam fe-
 cit dominus exultem⁹ & letemur in ea. Hęc dies vna in atrijs
 tuis: hoc est per quam meremur ingredi atria tua super milia.
 Hęc dies vna nota dño: sed sup oēm noctē & idē lucidior dies.
 quā diem illam quę nescit noctem in atrijs domus dñi nascisci
 poterimus:& in eternū illū benedicere: qui omnis est salus/san-
 ctificatio & benedictio. Atq; in illam lucem admitti quam diem
 dñs vocauit/ & cernere cum electa sua sponsa dabit regem &
 pastorem nostrū. vbi pascat/ vbi cubet in meridie. Ne vllus sit
 amplius euagādi locus: sed perpetuo in domino cōsistendi. Di-
 uina ibi sed in feruore meridiano cum sanctis patriarchis cele-
 brabimus symposia/ visuri fratrualem nostrum: qui non modo
 rex optimus maximus est sed pastor etiam est/ & sponsus/per-
 petuo illam ibi celebraturū diem: per quam sumus tantam ade-
 pti gloriā & domini nostri fruitionem. Hęc tum erunt immo
 longe diuiniore electorū celebritates/& voces. Possumus hęc
 diem desponsationis & mirę letitię/ in eā diem referre: quā quę-
 cūq; spiritualis anima a dño suscipitur in sponsam in sororem
 in proximam atq; columbam. Vt de illa quacūq; dicere possit
 spiritus sanctus. Vna est colūba mea/ perfecta mea/ vna est ma-
 tri suę electa genitrici suę. Viderūt eam filię Syon: & beatissi-
 mam prædicauerunt eā. & reginę laudauerūt eam. Illi nimirum
 innixa est: atq; incūbit: qui omnis laus cū sit: etiam super omnē
 laudē est. Et perinde illam vnā ac omnes amat vno æterno
 amoris oculo/ tantopere illam vt omnes respicit/ illius totus
 heret amplexibus. Nec enim alio/ atq; alio a more ille in plures
 afficitur: qui vnus maxime & simplicissim⁹ amor est/ purissim⁹/
 & absq; vlla fece mortalis amoris sinceritatem retinens. Nepe
 d. ij.

eius amor/puritas & fulgor eternus. Nec solū diuinis incendijs exurit quęcunq; noxia: sed admirandis fulgoribus illustrat. Et rore cęlesti fęcundat. Et tantis cum angelicis tum diuinis perficit luminibus: vt non iam diuinę animę in suam fortem ascite illum sentiant vrentem aut consumentem ignem: sed viuificantem: eamq; suscipiant placidissimam aurā/ contra omnem mundanum/ aut hostilem æstum refrigerium præstantem. Tum electę & foelices animę/ puritatis atq; perfecti amoris consortio: se per omnia sentiunt dealbatas. Nec dealbatas modo: sed vestibus donatas polymitis & aureis. vt secunda quadam sorte post domini matrem/ de quacūq; illarum dicat propheta: simul concinēte etiā ecclesia. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circūdata varietate. Omni scilicet virtutum choro: cędidissimis beatorū angelorū & foelicū aīorū circūuallata agminibꝰ. Vt lilium vnum inter confertissima lilia meliorem vberioemq; suscipiat splendorem. Nec iam lilium inter spinas sit: sed ipsum omnis candoris lilium inter similia lilia & rubentes plurimum rosas collaudetur: et instar dilecti sui & sponsi/ illi cōferatur malo/ inter ligna siluarum: ibi in illa inter cęlites susceptione: inter melias arbores & fructus vberes. / & mire fragrantis suscepta. Potest ne talis & tanta anima tum audire ab sponsa/ Egredere filia Syon: iam iam effecta diuinę contemplationis filia. & quęcunq; tales egredimini & videte regem Salomonem in diademate suo: quo coronauit illum mater sua: in die desponsationis illius. & in die lętitię cordis eius. Si enim gaudium est angelis/ super vno peccatore pœnitētiā agente: quātomagis gaudium erit super sponsam: & super vnam columbam & electam suam. Vt tum illud verissimū videatur quod ait ppheta. & antea quoq; meminimꝰ. Et gaudebit sponsus super sponsam suam. Gaudebit sponsus dominꝰ IHESVS super electam animam suam. Cui est cum patre & spiritu sancto omnis honor & gloria.

De eodem



Iademata regis nostri & sponsi prout potuimus in expositione dramatis licet plusculis verbis descripsimus: vt possemus regem in diademate cōspicere. & illo quidē diademate siue aureo siue florido siue gēmato: quo coronauit eum mater sua/ in die desponsationis illius & in die lętitię cordis eius. Vt totū sit lętum: sit festiuum: quicquid ibi est. Sed existimandū sponsam duci incōparabili admiratione ob circūstantiū/ siue assidētium/ siue ministrantiū cum multitudinē/ tum pulchritudinē/ & multiplicem & omnigenā varietatem. Qzq; enim vna colūba sit & pfecta: vna matri suę/ electa genitrici suę: tamen sexaginta sunt reginę: octuaginta cōcubine: & adolefcētularū non est numerꝰ. Regina faba in typo tanti regis & spōsi/ videns omnē sapiētīā Salomonis: & domū quā edificauerat: & cibos mēse eiꝰ/ & habitacula seruorū: & ordines ministrantiū: vestesq; eorū & pincernas ministros quidē illiꝰ vini qđ miscet sapiētia: nō habebat vltra spiritū. Maior est (inqt) sapiētia & opa tua: q̄ rumor quē audiui. Beati viri tui: & beati serui tui: qui stāt corā te sęp: & audiūt sapiētīā tuā. Cernit ī spū sancto ppheta/ currū dei. Et ait. Currꝰ dei decē milibꝰ multiplex: milia lętantiū: dñs in sinay/ in sancto. Et explicatius maiusq; aliquid Daniel post throni dominici descriptionem dicit. Milia milium ministrabāt ei: & decies centena milia assistebant ei. mysteriū perfectionis numeri/ in hecatondia siue miriade/ in centenario & denario est. Vt progressus in multitudinem (vt eruditi obseruant) nō lapsus aut defectio sit: sed mirę erectionis & affirmātis vt sic dicam alicuius pfectionis sacramentum Ioannes in reuelatione post mysticā in duodecim tribubus duodecatōdias numeri explicationem: sic ait. Post hęc vidi turbā magnam quā dinumerare nemo poterat: ex omnibꝰ gentibus: & tribubus & populis & linguis/ stantes ante thronū: & in cōspectu agni amicti stolis albis/ & palmę in manibꝰ eorū. Atq; officium laudationis enarrans subdit. Et clamabant voce magna dicētes. Salus deo nostro: qui sedet sup thronū: & agno. Et omnes angeli (inqt) stabant in circuitu throni/ & seniorū & quatuor animalium: & ceciderūt in conspectu throni/ in facies suas: & adorauerūt deum/ dicētes amen. Benedictio/ & claritas/ & sapientia/ & gratiarū actio/ honor/ & virtus/ & fortitudo deo nostro in secula seculorū amen. Viden & numerosam ministrantiū multitudinē: & officiorū egregia munera. Antea quoq; throno
d. iij.

num instar Danielis & tanta fastigia describerat. Post hæc ait: hoc est post ascensum: de quo antea etiam meminim⁹. Statim fui in spiritu/ & ecce sedes posita erat in coelo: & supra sedem sedens. Et qui sedebat/ similis erat aspectui lapidis Iaspidis/ & Sardinis. Et iris erat in circuitu sedis: similis visioni smaragdine. Quis tanta (nisi oculis colubæ de verbo & spiritu sancto nactis) explicare posset mysteria? Subnectit. Et in circuitu sedis/ sedilia viginti quattuor. Mystica quidem in duplicis denarij/ & veteris & noui decalogi/ & quaternarij pœnitentis recentioris ppter quatuor euangelia/ explicatione. Et supra thronos viginti quattuor seniores sedentes: circumamicti vestimētis albis/ vt oīa sint bissona ibi & cādore immortalitatis fulgētia. Et in cōsequētib⁹ addit. Et in cōspectu sedis tanq̄ mare vitreū/ simile christallo. Et in medio sedis/ & in circuitu sedis/ quatuor aialia plena oculis/ ante & retro. Tanta ibi mysteriorū & diuinarū rerum plenitudo est: vt etiā animalia ibi esse oporteat: sed quæ plena (vt in Ezechiele) sint oculis ante & retro. Sed quæ possunt tāta & talia esse animalia/ quæ in medio sedis & in circuitu sedis sunt: nisi diuini penit⁹ spūs/ aut aliquid toto mūdo excelsius & mai⁹? Sed pauca quædā veluti minutulas distinctiones argenti scriptura explicat: vt maiora quædā & excelsiora eo loco: vbi oīa p̄fectissima & absoluta sunt: esse intelligātur. Sunt enim oīa ibi penitus incōparabilia & nullis possunt explicari voluminib⁹: nec mētib⁹ vllis cōcipi. Sunt autē & alia multa (ait Ioānes) q̄ fecit IHESVS. q̄ si scribātur per singula: nec ip̄m arbitror mundū capere posse eos qui scribēdi sunt libros. Hoc fortasse innuere volēs tantū spiritū dei nosse quæ in deo sunt & q̄ a dño tam multa/ & secretiora manarunt: vt spiritū hoīs illa q̄ sunt in hoīe. A dño igitur reuelante tāta mysteria suscipiēda/ in q̄ suapte natura/ nisi erudiātur: incapaces sunt etiā angelici animi. Sed cōsequētia prosequamur. In Esaiā vbi. lxx. habēt/ duo Seraphim stabant sup̄ illud: Hieronymus ex Hebr̄eo legit simpliciter seraphim: quasi forte innumeras bilis angelorū multitudo dominū circumstaret. Hęc fortasse secūdam aliā intelligentiā illa est corona etiā domini/ mira/ illustris & collucēs/ varietate. Nec iniuria ista in coronā referim⁹. Quādo etiā in vestimēta & zonas dñicas/ ista ab eruditissimis explicent. Existimāt sancti quicūq; viri angelicos oēs animos: specie & forma inter se differre. Quod plenitudinē & integritatē diuinę imitationis vnaquęcūq; mens habeat: & plenā quādam lucis in se diuinę expressionē, sed pro sorte sua cuiusq; & cōditione. Homo

vero ab illa tāta p̄fectione & imitandi genere deficiēs est. Nec vnus potest/ p̄cipue post naturę lapsum/ has omnes diuinas p̄fectiones in se cōsequi. Plures eiusdē formæ atq; speciei sūt: qui hoc tantum imitādi genus & diuinas p̄fectiones quoquo pacto referant. Sed id diuina & admirāda gratia nōnunq̄ adipiscūtur: vt diuine & cōsummate/ diuinas exprimāt similitudines & sacras imagines. quod haudquaq; natura illis concessum est. Et differentiam quam suapte natura sortiti sunt intelligentes illi animi: illam eandem præclaram quidem in illo coelesti cōcessu: sed diuina præstante gratia/ quandoq; sibi vendicabunt. Vna igitur corona illa & multiplex est. vnam charitas facit: & vnus tam arctus tam sibi coherens animorum consensus. Sed hanc per omnia mirabilem varietatem super diuina molitur & perficit sapientia/ suas varias & multigenas artes in hanc vnam dispositionem & differentium ordinem conferens. hac & lucidissima & dispositissima velut multiplici & vna corona dominū circumdans varietate. Quis non mirabitur in tabernaculis æternis/ tantorum animorum pulchritudinem: & tam varium decus? Atq; existimandum est fortasse/ pro sui conditione & sorte vnamquamq; mentem/ diuinam aliquam suam in caput domini offerre coronam. Quicquid enim pulchrum sanctūq; habet: totū in dñm vnde desūpsit refert. Nec tāti sunt exortes muneris humanę etiā aiæ in coelitum numerū receptę. Vna q̄; fatagit in domini caput vt potest/ conscēdere. & suos qualescūq; in summum decus largiri honores. Et q̄; procidentes sint: vt in Apocalypsi legimus: & coronas ante thronum mittentes: quid tamen vetat in illa coelesti aula vbi omnia in omnib⁹ dominus est: in caput etiam diuinos esse ascensus? Quādo omnes angelici animi toti erunt oculus: toti mens: & pene diuinum sed inferiore post dominum loco & aureum caput. Nec enim alia forte ratione aureum illius caput est: nisi quod tali nos donat in singulos capite. Nec alia fortasse ratione eius cādida/ & albicantia sunt indumenta: nisi quod nos candidos & albicantes reddit: & talibus vestibus insignitos. Et ibi/ vbi omnia mens erunt/ & ratio: immo omni ratione aliquid grandius: omnia sunt caput illudq; aureum proeminensq; sed diuino solum & admirando illo participatu. Omnes igitur qua fas est/ conscēdunt in caput: in illius honores/ & diuina fastigia. Si enim in domum IHESVM conscēdunt: & ipse caput est/ suis arctissime coherens iunctumq; membris: membra omnia in celsi-

tudinē illam capitis conscendant oportet. Est enī illis in caput et tanta fastigia: qui nichil in se lapsum aut deficiens habet: nichil tale in se cōtinet. Nec igit̄ prolapsū aliquid illis diuiniōib⁹ animis efficietur: nec quicq̄ parū ratione deficiēs: aut negās ab illis desumptur⁹. Serta igitur pulcherrima / & aureas coronas in caput suū sed ab illis immortalib⁹ animis quadā coincidentia / is cui nichil adijci pōt / et nō suscipiēs vtcūq; suscipe siue acceptare videt̄. Vt incredibilis ibi sit venustas & cōcinētia simul & suscipiētū & referentiū. Propter quod fortasse Esaias dicit. Seraphim stabant super illud, nō dicit hinc & inde / aut infra: sed super illud / cui nichil superius esse potest, quasi in illū diuina vt possunt congerentes ferta / regias coronas & admirāda sua diademata. Videamus si ex hoc loco quicq̄ altius possemus cōticeere. Diximus varias formas & multiplices species / angelicas mētes esse. Atq; in parem aliquā vtcūq; susceptas forte m (id diuina agente gratia) mortalium immortales tamen animas. Sed quicquid vel inter cœlites illos / vel inter homines sanctū pulchrumq; est: in archetypo illo mundo / quod verbū & sapientia est mire prominet / incomparabiliter subsultat. Erit igitur p̄minens in verbo & archetypo illo diuino hęc tam multiplex et diuina in omnibus animis varietas. & si in angelicis siue hominū animis angelica siue humana / quippe quę sua p̄ cuiusq; sorte & lege si deiferis v̄ris credim⁹ recepta sit: tamē in illa sup̄ma mēte / penit⁹ diuina / imēsa / īfinita / simplex atq; p̄minētissima erit. Serta igit̄ ibi ex illa tam diuina varietate / & tam multiplici florum & graminū genere penitus superdiuina / p̄ tali & tanta sorte erunt. Vt quod in illis animis quicq̄ pulcherrimū illustrissimūq; tamen finitū erat / ibi in arce diuina penitus in vastissimā infinitatis absumptū sit abyssum. Vt horrendū quiddam & mirabile dictu promineat. Videamus si possemus istis aliquod fortasse scripturarū afferre testimoniū. Post descriptionem animalium & rotarum: quę plene essent oculis: & quia spiritus vite erat in rotis: subdit. & similitudo super caput animalū firmamentū: & quasi aspectus cristalli horribilis: & exrenti super capita eorum / desup̄. quod in domini superdiuini tegmen / firmamentum & lucem quandam mirabilem forte refertur. Et nimirum: cum & animalia in domini humanitatē siue diuinitatē referantur. Et si ad humanitatē referas: innixus est illi dominus velut firmamentū / & lucidum nec vlla ratione fluidum cristallum. Et dominum alibi scalę innixum legimus. Sed totū p̄pter infinitatem / & quā inducit admirationem: horribile est. Namq; et

ineffabile & penitus mirabile domini nomen. Quid petis nomen meum quod est mirabile (inquit). Et mirabilia testimonia domini: propter quod tota in perscrutatione est fidelis quęcūq; anima. Quid igitur nō horrorem & admirationem inducet infinita endelechia et essentia / infinite illę etiam coronę & preciosissima ferta & specie & candore & numero (si numerus ibi vllus esse potest) & forma illa quidē exemplari simul infinita. Horrebit igitur qualiscūq; mens: quous lumine amicta: in tantarum rerum incōparabili spectaculo. Cernere tum poterit vnū sed incōparabiliter sed diuine multa esse. Et plurima vnū. Cernet mirabile decus & ornamentum: quale nec vlla mens satis digne explicare aut concipere potest. Atq; ob talem visionem: tantisq; perspectis spectaculis: incredibili succenditur amore. Deficiet & sibi / vt ait scriptura / quadam nimirū / cata analogiā / amoris efficacia: substantia semp manēte: abibit: in maiores sublata species & celsiores formas. Illis nō sibi viuēs. In illis agēs intelligensq; nō suis vllis speciebus aut formis. In illis (vt repetā) penitus consistens nō amplius humanis siue angelicis v̄ribus subnixā. Vt dicere possit cum Ap̄to. Vtuo ego / tam nō ego sed viuit in me CHRISTVS. Ipso īfinito potens & fortis redita: pene p̄pter infinitatis cōsortiū sed finite infinita, tall & tāta si dicere dignum / forma imo essentia / idea & admirando exemplari affecta. Nū ista igitur horrore quēdam & tremore / in tantū p̄cipue et tam imensū susceptiōne / inducere vident̄. Propter quod fortasse concinit spōsa dñi nō absq; diuina animorū sympathia. Quę tremunt angeli / cherubim quoq; & seraphim: & nō cessant clamare quottidie. Sanct⁹ / Sāctus / Sāctus dñs deus omnipotens: qui est qui erat & qui venturus est. hac digna explicatiōne summā illā referētes æternitatē. In domino igit̄ angelica siue humana ferta (cōplexum enim amborū facimus) dñs & deus sunt. Ille quidē qui suapte natura tam vnimodus & in quadam incidentia multiplex est. Diximus paulo ante differentes esse graduum et officiorū angelicorū (vt istud iterim sumam⁹) ordines: atq; in illis tam differētia angelica numina. Sed vide si p̄cedēti ratione / tametsi differentē: tamē equabilem quadā equalitatem: cōlectare possumus. Vt in seipsis sint illa plurimū differentia: sed in deo atq; arce diuinitatis summe equabili summa integerrimaq; equalitate donata. Sūt enī eorum omnium tā diuorum animorū in illa tam vasta diuinitatis imēsitate / ideę forme atq; rationes. Vt ipsa diuinitas amplissima quādam archetypaq; sed absq; omni īperfectiōne omnium forma est. Per illam

In canticum canticorū.

Igitur tam equabilē rāq; vniformem: ōnes angelici animi: quo-
rum p̄cipue endelechia & forma est: equabiles atq; vnimodi/
in ea tametsi multigena diuersitate: censebūtur. Vt nō doleant
infimī: se in infima collocatos sede. Quippe qui ī fonte diuinita-
tis tantā cū omnib⁹ aliis sint nacti equalitatē & vniformem ali-
quā differentiā. Est enim illa optima maxima essentia/ omnium
vel infimorū velati quies quedā & sedes. maxie quidē equabilis
et p̄stans. Propiciatoriū/ dñi sedem existimant. Sed nullus ibi
sedens ex scriptura cōpertus. q̄q; instar sedis sit. fortasse qd̄ do-
minus qui et p̄piciatio nostra est: omnīū/ p̄cipue diuinorū mē-
tium sit sedes si Dionysio credimus em̄nētior/ & maxime equa-
lis. Propter quod dicit Ap̄lus. Quem p̄posuit deus (pater scilicet)
per fidē in sanguine ipsius: ad ostensionē iustitię suę: pro-
pter remissionē p̄cedentiū delictorum/ in sustentatione dei: ad
ostensionē iustitię eius: in hoc tēpore: vt sit ipse iustus & iustifi-
cans eū: qui ex fide est IHESVS CHRISTI. Manifestū est au-
tem qd̄ CHRISTVS/ noster deus est: et ipse p̄piciator/ & pro-
piciatio pro peccatis nostris: nō pro nostris autē tantum: sed pro
totius mundi. Sacer Dionysius hanc etiam diuinitatē/ sedem
etiam esse dicit. In Exodo duo cherubim aurei/ vtrūq; lat⁹ pro-
piciatorū tegunt expandētes alas suas/ & operiētes oraculum.
Respiciuntq; se mutuo versis vultibus in propiciatorium. Nec
respiciunt modo: sed totas alas & conatus suos super propicia-
torium extendūt. Quasi omnes vires suas & conatus in illā au-
ream & diuinā sedem extendētes. Quasi ibi vna tantū volatus
et conaminis quies & incredibilis trāquillitas sit. Quidā duo che-
rubim ad verbū (q̄ & fillus) & spiritū sanctū referūt/ super illam
IHESVS aiām totas alas & plenā diuinitatē expādētes. In quo
dño IHESVS (iuxta Ap̄lm) habitauit plenitudo diuinitatis cor-
poraliter: hoc est lōge q̄ in quoq; fratrum em̄nētius. Quidā (vt si-
gnificantius aliqd̄ explicemus) existimant/ duos cherubim sta-
res super operculū arcæ: hoc est sup propiciatorium: in extre-
mis videlicet partibus eius. Vident vt hic propiciatoriū expli-
catus sedes est angelicorum numinū: & quorūcunq; diuinorū
aiarum. Et firmamentū in Ezechiele proxie im̄nebat capitib⁹
aiarum. Quasi inde aiaria si in angelicos authūanos aiōs refe-
ras: omnē sortiant virtutē/ potestātē/ & decus. Et intellige hic
mirabile quoddā: si forte tentare audemus. Nā vt in sp̄ualibus/
contra q̄ in corporalib⁹/ fundamentū in sublime: & lapis p̄mi-
nēs/ & angularis/ magis q̄ vt subsideat est: haud aliter sedes di-

Omelia III

30

uina: cui insidēt tales & tāte mentes haud q̄q; subsidet: sed pro-
minens est & capitibus pulcherrime incūbit. Propterea dicit.
Et similitudo sup caput aiarum firmamētū. Et obseruauit idem
firmamentū etiā dñi sedes est. Illius fortasse dñicę & in tantam
fortem & vnitatē susceptę humanitatis. Nam et consequentia
ad humanitatē vel ex Hebręorū testimonio referunt. Et sup fir-
mamentū (inquit) qd̄ erat im̄nens capiti eorū: quasi aspectus
lapidis saphyri similitudo throni: & sup similitudinē throni/ si-
militudo quasi aspectus hoīs desup. Hic autē dñs noster IHESVS
CHRISTVS rex & messiah & vnctus noster est: ver⁹ de⁹
et verus homo. Nec q̄q; pturbat: quod sup firmamentū erat si-
militudo throni saphyrei. Propter qd̄ fortasse in dño maior ex-
plicatur/ diuinitatis nexus/ ne dicā p̄cipatus. Decebāt illū sa-
phyrea nedū cristallina. Et culus erat incōparabilis ī diuinita-
te vno & sedes: illius exprimere ē eminenti⁹ & lōge alia rōne
superius fastigiū. Vt totū in illo esset saphyreū & penitus coele-
ste: culus thronus & regnū etiā coeleste erat. Et fortasse illa dñi
sedes quā describit Ioānes in apocalypsi. Et sedilla viginti qua-
tuor vniuersa in diuinitate & quasi pro modo sedentiū sunt: vt
diuinitatis p̄cipatus pro mō p̄cipantiū. Et pulchre istud scri-
ptura explicare videt. Ait enī. Et ecce sedes posita erat ī celo.
Colum plerunq; ad diuinitatē referunt. & supra sedem sedens.
Subdit. Et in circuitu sedis/ sedilla viginti quatuor. Si in circui-
tu: ergo & in celo. Et viginti quatuor tātū sedilla: de more scri-
pturarū refert. In quib⁹ plerūq; ponit finitior nūerus pro infini-
to. Omnīū igit sedilla cōparatione illius tantę sedis in celo/ et
in diuinitate sunt. Sedes & thronus beatitatē quādā significāt.
Sed in quo alio q̄ in diuinitate/ vt dñs dicit/ felicitas consistet?
In quo alio q̄ in illius & beata visione seu cognitione: etiā ex te-
stimonio dñi/ & p̄futione cōstabit. Hęc vna & multiplex om-
nium sedes. Hic thronus ōnium beatorum animorum siue au-
reus siue saphyreus: siue ex candidissimo ebore: si humanitatē
simul assumas consurget. In hoc vno dominus consedet: & cū
domino omnes. Et vidit (ait Ioannes) thronum magnum can-
didum: & sedentem super eum. Magnum dicit & in omnes su-
scipiendos capacem. Vis afferamus & aliam rationem. Si in
deo sumus/ viuimus/ & mouemur: quid vetat in illius etiā sede
esse? Sed quēnā alia dñi sedes: q̄ illa tāta & infinita endelechia?
Sedes etiā ad dñi hūanitatē refert. Et vidit (ait Ioannes) & ecce
equus alb⁹/ de quo paulo ātea meminim⁹. Et q̄ sedebat sup illū.
habebat arcū & data est ei corona & exiuit vincens. vt vinceret:

Et in consequētibus dicit. Et vidi cœlum apertū. Et ecce equus albus: et qui sedebat sup eū: vocabat̄ fidelis & verax: & cū iustitia iudicat & pugnat. Oculi ei⁹ / vt flāma ignis. Ille nimirū: tātus & talis est: qui de se dicit. ego sū via / veritas / & vita. Qui & ignis consumens est. Et currus & rotæ eius / ignis accensus. Et paulo post apertius ipsum explicat. Et nomen eius verbū dei. Equum album quidā ad corpus / & candidam domini carnem referunt. quo vestitus est ille: qui in principio erat apud deū. Alij ad animam: quę velut dealbata innixa erat super dilectū suū. De qua dominus dicit. Quod potestātē habet ponēdi animā suā: & iterum sumendi eam. Pleriq; ad vtrumq; siue ad ecclesiā domini non habentem maculā: neq; rugam. Sedes igitur & diuinitas & humanitas est. Nec sedes modo sed oīa nobis est / qui & omnia est in omnib⁹: & fortasse illæ diuersæ mansiones quas describit dominus in euangelio. Omnia tamen in illo / qui maxime vnus est: vnū / sicut dicit domin⁹ / sunt. Et cum vnū sint præcipue amplexi õnes: nulla ibi melioris aut deterioris loci rōne / inuidia. Vbi oīs & purissimus amor est / & omnis p̄ omni spe desiderij satisfietas. Quā vna eius pulcherrimi optimiq; visio præstat. Eius tā incōparabilis vultus / species & forma: in cuius splēdore & gloria oīa bona sunt. Propter quod tam sollicite in typo filiarum Hierusalem / nos cōmonet sponsa. Egredimini filie Syon: & videte regem Salomonem in diademate suo: in eo quidē tam admirabili vultu: in quē desiderant angeli p̄spicere. In quo oīa omniū bona / õne dec⁹ & honores cōgesti sūt. Egredimini (ait) & videte omniū nouitatum superexcellētem nouitatē & omniū mirabiliū principiū & fontem: videte regem Salomonem: regem quidem pacificū. Et cui⁹ locus nō solū in misericordia est: sed i pace etiā erit. In pace erit locus eius: & habitatio eius Syon. Cū pacificis agere concupiscit: & deliciæ suæ cum talibus esse. In illis plenis veluti spacijs deābulare. Nec deābulare modo: sed totas expādere alas. Vt sentientes mira vmbra culi & munimēta & suauitatem / dicere possint. Sub vmbra alarū tuarū p̄tege nos. Et in veltamento alarum tuarū exultabo. Beata est illa anima / quę nō solum habet sessorem verbū dei: sed in qua veluti in horto vndiq; cōcluso dignatur spaciari. In illius beatissimi viridarij mira florum oblectatur fragrātia / & candida lilia & rubētes rosas & alia florum genera & odora menta virtutū in ferta multiplicia colligit. In illius virtutibus cū mediocribus tum maximis / diuinos suos cursus perficiens. Et vt canitur in cantico. In illis veluti in montib⁹ saliens / trāsiliens colles / & rapido volatu totis extēsis

alls liberiore volitat celo. Iam tum sponsa / sorore & proxima ipsa anima effecta. Sed quādo magis proxima: q̄ cū in ipso vultu exēplari & prototypa forma videt / audit / intelligit / & tota in ipso cōcupiscit: ipsum / in ipso mire & incomparabiliter complexa. Nec ipsa his contenta: ceteros omnes in partib⁹ hortatur amplexus. Egredimini & videte regem omni regio atq; splendido illustrem decore / diuinis & incredibilibus conspicuū ornamentis: vt beatam hanc visionē vestram o filie syon proxima sequat̄ fruitio: & ardēs ille amoris āplexus: illa tanta & tam ardens cōmissura. Nec potest vlla rōne tā omni forma & splēdore incōparabilis conspici: nisi illi plusq; ardenti amore hēreamus. nisi simul hęc nostra etiā capacitas & vis / omnibus illius repleatur dignitatib⁹ / luminibus / formis. atq; vna illa quę multo plurimas eminentius continet. Hoc est bonum illud & pulchrum. De quo meminit Zacharias. Quid enim bonū eius est / et quid pulchrum eius: nisi frumentum electorum / & vinum germinās virginēs. Hortatur / vt talem & tantū videamus in diademate / in illo regio amictu: quo coronauit illū mater sua in die desponsationis illius / et i die letitię cordis eius. In illa fortasse die & celebritate in qua exhibunt aque viū de Hierusalem: & in illa clarissima die in qua stillabunt montes dulcedinē & colles fluent lac & mel. Tunc egredietur sponsus de cubili suo: & sponsa de thalamo suo. Et videbunt omnes salutare dei / salutem omnium in deo / & tantam desponsationem: quę iam iā hyeme transeunte & imbre abeunte sibi superuenit / cum ingenti honore & splendore eterno. Ipso domino nostro IHESV CHRISTO rege & verissimo Salomone nostro continenter suam illustrante ecclesiam: & electam sponsam. Cui est honor & gloria in secula seculorum Amen. Hęc pluribus q̄ necesse erat prosecuti sumus / non tam commentandi q̄ nos instituendi & adhortandi gratia.

In canticum canticorum Omelia quarta.
de eo quod scribitur.

QUADIVRO vos filie Hierusalem: si inueneritis dilectum meum: ut nuncietis ei / quia amore langueo. Qualis est dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mulierum: qualis est dilectus tuus ex dilecto: quia sic adiuuasti nos: Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Usque ad eum locum / quo abiit dilectus tuus.



AD iuro vos (inquit) filie hierusalē per quas cūq; res sacras obtestor filie eterne foelicitatis: filie omnipotentis virtutis / obtestor & commoneo: si inueneritis dilectum meū in quo omnis cogitatus & mens mea est: ut nuncietis ei: quia amore langueo. Nō possū istos tātos amores / in eius absentia ferre. At videamus quo pacto sese habeat dramatis ordo. Dixerat antea. Aīa mea liquefacta est: ut dilectus me⁹ loquutus est. Prēsentē sole iustitię: tota in illo erat. Illius uiuifico calore sibi dissoluta & minime cōsistens liquefiebat. Et cū nō posset parē reddere amorē tota in se resoluebatur / in sole suo tota cōsistebat. Illi / nō sibi uiebat / & cū Ap̄to frequēter dicebat. Uiuo ego / iam nō ego sed uiuit in me CHRISTVS. Et an experimētū eius q̄ritis: qui in me loquitur CHRISTVS. Eius totā imaginē imo uero splendorem & substantiā quantū fieri potest / recipiēs / q̄ sibi euenire maxime experiebat: amico loquēte & illos suos amores & incōparabiles affectus mōstrante. Subtrahebat se ille nōnunq;. tamen uel solum uerbis eius auditis liq̄ fiebat instar cere / coquēte de super sole / spōse aīa. Renuebat (inquit) olim consolari anima mea: memor fui dei & delectata sū. Et magis recreabar uerbis: sed p̄sentia uultus adhuc desiderabā. ut fluida & minime sistēs in mēpsa / in illi⁹ cōspectus admissa / cōquiescerem. Sape ī hęc erūpebam uerba in hasetiā q̄relas. Quis dabit michi pēnas sicut colūbe: & uolabo & requiescā: q̄s michi det ut te / o inenarrabilis splēdor lucis / uideā: O pulchritudo incōparabilis: Quid nō patiar: ut in tuos clarissimos cōspectus per mille pericula & mortes admittar: Quēsiui illū p̄ tāti eiusdē cōditoris mei imaginē et simulachra / & nō inueni. Nec enī illū uel sūmę & spūales mentes: ut erat pleniter referebāt. nō lux siue sensibilis siue in-

telligibilis illā summā lucē. Nō rerū essentię illā oīs essentię & formę nō tam essentiā aut formā / q̄ originalē fontē. Quēsiui illum per totā ciuitatē & pulcherrima mōenia mundi. maior q̄pe & celsior omni mūdo erat. Vocauit / si quo mō iterū michi responderet: & uerbū illud audirē / quo subsistunt oīa: & nō respōdit michi. aut quod nondū digna essē quę dñi uocem audirē: aut quod in meliora propter hanc protelationē me incrementa reseruaret. Illū tamen tametsi minime respōdentē / nouerā meas qualescunq; querelas audietem. Ego interea a sollicita & uigili indagatiōe: quo tandē illum inuentū haberē: nō cessabā. Incurrebam quādoq; in tela / in hostes / nichil reuerita a dextris illum & a sinistris / per infamiā & bonā uindiq; quērens. Inueniunt me tandem custodes qui custodiunt ciuitatem. existimabam per illos quicq; michi de spōso meo refert: quos antea interrogaueram. Inueniunt me quippe uigiles illi: qui custodiunt ciuitatem. Nū (inquens) quē diligit aīa mea / uidistis: Atq; illis p̄termisissis inueneram quē diligebat anima mea. paululū (inquit) cū pertransissē eos / inueni quē diligit aīa mea. Atq; tibi nullum ab illis offendiculū suscepit sponsa. Hic autē percusserunt / vulnerauerunt / tulerunt pallium suū custodes murorū. Illi fortasse angeli erant: secundū quorū numerū / termini populorū constituti sunt. Iuxta quod dicit scriptura. Quādo diuidebat altissim⁹ gentes / quando se parabat filios Adam: cōstituit terminos populorum / iuxta numerū filiorum israel. Et ut ostēdat altos a domino seruatore esse custodes: subdit. Pars autē domini popul⁹ eius / & iacob funiculus hereditatis eius. Simile aliquid in Daniele legimus. Princeps autē regni Persarum restitit michi: uiginti & uno diebus. Et ecce Michael unus de principibus primis uenit in adiutoriū meum: & ego remansi ibi iuxta regem Persarū / in certamine & conflictu fortasse. quod in consequentibus dicit. Et nunc reuertar ut p̄stet aduersum principē Persarum. Et de alio quodam principe meminit. Cum enim egredere apparuit princeps Gręcorū / uentēs. Isti fortasse custodes murorum sunt aut qui circumeunt ciuitatem. Possimus & ad persecutores ecclesię siue Iudęos siue gentiles referre. Nuda a / percussa / atq; vulnerata uel a principio & in tot persecutiōnibus fuit ecclesia: dum curreret in odorem unguentorū sponi & regis sui. Et obserua quo pacto & uirtutibus / & fide expoliata fuit in domini passione / apostolorum & discipulorum ecclesia. Illius uel maximo signo: qui sindonem indutus super nudū tamen expoliatus atq; nudatus est. Expoliat & pcutitur /

vulneraturq; nōnūq; quēcūq; fidelis anima. Quomodo iter tot
 tela & hostes/non vulnerabitur/nō interim lauca erit? Nam &
 hic reptilla quorum nō est numerus: animalia pusilla/cum ma-
 gnis: et draco etiam ille/quē formauit dominus ad illudendum
 ei. Propter quod ad Galatas scribens dicebat Apłus. Vtinā ab-
 scindantur/qui vos conturbant. Vos enim in libertate vocati
 estis fratres. Tantū ne libertatē in occasionem detis carnis. Et
 paulo antea. Euacuati estis a CHRISTO. Qui in lege iustifica-
 mini: a gratia excidistis. Et iterum. Currebatis bene. Quis vos
 impediuit/veritati nō obedire? Et cōmonens ait. Nemini con-
 senseritis. Persuasio hęc nō est ex eo: qui vocat vos. Modicum
 fermentum/totā massā corrūpit. Et mōstrans/ quō nudatos &
 percussos: nō tamē a veritate/aut de vīa penitus excidisse: ait.
 Ego confido in vobis/in domino: quod nichil aliud sapietis.
 Qui autem conturbat vos/portabit iudiciū/quicūq; est ille.
 Et Corinthiorū ecclesiam vulneratam ostendens inquit. Om-
 nino auditur inter vos fornicatio/qualis nec inter gentes. Ita
 vt vxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis: & non
 magis luctum habuistis. Tamen illis vulneribus medelā adhi-
 beri posse cofidit. Cum in anterioribus dicit. Quid vultis in vir-
 ga ventam ad vos/an in charitate: & spiritu mansuetudinis?
 Et paulo post. Expurgate vetus fermentū: vt sitis noua cōsper-
 sio: sicut estis azimi. Et iterum. Scripsi vobis: ne cōmisciamini
 fornicariis Et auferite malū ex vobisipfis. Et manifeste demō-
 strat/post vulnera & nuditatem/tamē adhuc sanctos & dilectā
 et sanctificatam eos esse ecclesiam. Dicit enim. An nescitis quo-
 nīā sancti/de hoc mūdo iudicabunt. Et si in vobis iudicabitur
 mundus: indigni estis qui de minimis iudicetis. Nescitis quo-
 nīam angelos iudicabimus: quanto magis seclaria. Viden/ vt
 sanctos & angelos iudicantes/eos qui peccauerant & vulnera-
 ti erant/ introducit. Nimirū igitur si percussa / vulnerata & nu-
 data ecclesia/tamen adhuc sponsum querit: vt fortior & auden-
 tior post lapsum & vulnera esse videatur. Nec sua tanta inquī-
 sitione contenta: omnes filias Hierusalem/ & quascūq; fideles
 aīas asciscit. vt simul suum quērentes sponsum sint/ vel maxīa
 oblata inueniendi spe sollicitę: & mire/ aditurādo & contestādo
 cōmonet. Adiuuro vos filię Hierusalē: si iueneritis dilectū meū:
 vt nuncietis ei: quia amore languero/ Idq; p̄cipue vt vndecūq;
 quēsito & tādē inuenio/ solatia post tanta vulnera & cōrem-
 ptus: habeat. Ita sese habere videtur hystoricus sc̄sus siue potius
 us dramatis ordo. Nūc ad spiritualē intelligentiā descēdam⁹.

quidam hunc locum referūt ad tēpus dominicę resurrectionis.
 Quando spe suffulta ecclesia/inueniendi dominum IHESVM
 CHRISTVM suum candidum & immaculatū sponsum: pro-
 xime illum contuendi & videndi miro & incredibili ardet desi-
 derio. Et tanto incēdio & estu affecta est. Vt impatiens amoris:
 nec valens suū cōtinere secretum: filias Hierusalem cōtestatur:
 vt ipsum simul quērāt: & si tandem inuenerint vt renūcient illi
 quia miro languet amore. Per filias Hierusalem quidā imperfe-
 ctos intelligunt. Nos iuxta vocabuli interpretatiouem siue per-
 fectos siue imperfectos quoscūq; qui filij lucis & visionis/ diuinę
 pacis sint/intelligere possumus. Et cōuersum habet hūc sermo-
 nem ad quascūq; electas animas/ quę signa & cōpressas coele-
 stis amoris habeant imagines: in quibus splendor ille incom-
 parabilis sponsi emineat. Et ob eam fortasse rationem/ ab illis
 sponsum inueniri posse confidit sponsa. Vt qui simplicibus nō-
 nunq; & idiotis apparere solet. Et ob eam causam eruditos ab-
 inetuditis diuinas frequēter suscipere gratias/ diuinas illumina-
 tiones & fauores. Vt de se nemo pręsumere audeat/ in domino
 tantū spem habens. Nescimus enim/an amore vel odio digni-
 sumus. Et primos quādoq; nouissimos: & nouissimos primos in
 regno cęlorum futuros/ dominus pręmoneat. Erunt (inquit)
 nouissimi primi: & primi nouissimi. Vt nemo (iuxta quod dicit
 Apostolus) gloriatur. Sed qui gloriatur/in domino gloriatur. Pro-
 pter quod spōsa dicit. Adiuuro vos filię Hierusalem (inquit) Cō-
 moneo vos filię æternę visionis & pacis. Vt si inueneritis dile-
 ctum meū/inuenire quippe potestis: vt nuncietis ei: quia amore
 lęguero. Miris & incōparabilibus afficior illius p̄fruedi cōspecti-
 bus: & tanti incēdij & amoris desiderio. Solebam ego illius nō-
 nunq; plusq; sanctis p̄frui osculis. Illius thymiamata: & mire
 fragrantē sentire odores/ illius deliniri balsamis & vnguentis.
 Spaciabar ego vel illo trahente & duce/ per florida quęq; &
 amœnissima loca. cernebā in illius tam splendido & plusq; fulgē-
 ti vultu/ rerum omniū pulchritudinē/ speciem/ ordinem/ decus:
 incredibiliter collucere. Et exurgere omnia in eius obedientiam
 & qua fas est cōpræhensionem: aut quo tandem subsistant/ vi-
 uant/ siue intelligant qualescūq; complexus. Ducebar ego ab
 illo per amœnissimos paradisi campos: lustrabam ego/ illo prę-
 sente sole/ omnia. Et sponsi mei tanto viuifico calore inflāmari
 incendiq; passim angelicos animos/ & oēs in mirabiles succēdi
 flāmas mirabar. Atq; omnes eas flāmas in summam maximā

& infinitum omnia exurētem exurgere flāmam. Vt in omnibus atq; per omnia ignitum sit eloquium illud vehemēter. Ignitum illud mirificum verbum: per quod omnia subsistunt visibilia & inuisibilia. Et serui siue filij quicunq; in illud supra q̄ credi potest/ omni amore/ & vehementia/ & summa quadam reuerentia feruntur. In eum quidem maxime trahuntur/ rapiūturq; in quo vno velut in libro pulcherrimo suos legunt amores/ suos fulgores/ & rutilantes luces. Suos ibi vultus non tanq̄ in speculo sed veluti in perspicuo & eminentissimo exemplari cernunt: longe quidē pulcherrimos & clarissimos q̄ in seipfis. Sūt vt existimāt/ innumerabiles angeli: & sua cuiusq; angeli propria & peculiaris species infinitum & absq; vlla proportione/ si dicere dignum ab alia distans. Sunt tamen omnes in illo vltiramundano & immenso exemplari: in illo incomparabili vultu sed vnice sed supereminenter receptæ. Atq; ob eam causam omnes & beatæ & quæcunq; cœlestes animæ consona voce dicunt. Signatum est sup nos lumen vultus tui domine. Tu summa veritas: nos imagines & tui tanti comparatione vestigia vel remotissima & vmbra. Tamen tanto nos dignaris honore: vt in imaginē & similitudinem tuam/ te agente & procurante exurgamus: nostram nos continenter illi compressor sigillo admoueamus ceram. nostra signacula in superdiuina referam⁹ exemplaria. Talia ego illo duce cernebam/ audiebāq; Mirabar etiam ego: vt artes omnes/ abs tam mirabili procederent arte. omnes rerum cognitiones/ intelligentiæ & scientiæ/ ab illa vna supintelligibili manarent scientia & sapientia. Et rerum ordo dispositio/ & inuicem nexus: ab illo qui summus est ordo/ dispositio/ nexus. Ostendebat michi diuitiarum suarum thesauros innumerabiles. & illam vnam virtutem & potestatem: abs qua efficerentur omnia. per quā vsq; modo pater operatur: & dominus IHESVS sponfus & pastor operatur. Clare contuebar in illo tam inenarrabili fonte/ vt infinitudo/ ratio vna ferme omniū diuinarum rationū atq; efficiendorum esset. Vt singula ipsa e nichili fecibus/ in superabili virtute in præclaros & candidos ortus educeret. Ipse nempe dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Statuit ea in æternum: & in sæculum sæculi: præceptū posuit & non peribit. Quæ statim vel ex principio geneseos clarissime conspiciere possumus. Dixitq; Fiat lux. & facta est lux. & reliqua consequenter in hunc modum. Contuebar etiam illum vt illis suis radijs & vultu mentem Adam incomparabiliter illustrauerat:

quo posset rerum omnium/ cum humanarum/ tum forte spiritualium & diuinarum proprietates & vires cognoscere: & cogitis sua imponere nomina. Poteram satis perspicue intelligere & pene coram videre ante peccatū/ iustitiam originalem: suū mire ab æterna iustitia manantem ordinē: quo summis inia obsecūdarēt/ ab illo inenarrabili profluere ordine. Dispositionem a dispositione. Vt lex etiā omnibus ingenita naturalis/ ab æterna ratione/ νόμος siue regula & lege prodiret. Et vt continue mortalium & præcipue bonorum mentes/ a diuiniore illustrarentur luce. Qua impellente & assidue cōmonente: in sacrificia cogerentur & diuina quæ olim in primo genitis erant: instituēda sacerdotia. Illo tuo O domine mi pastor & sponse/ præsentē lumine. q̄q̄ sub velamine tamen numen vnum & diuinum cognoscebant. Assurgebant nescio qua impellente Δύναμις id est potentia/ agendi efficacia & energia/ in illius laudes/ in illius mire afficientem inuocationem. Contendebant in illas cœlitum/ & vltiramundanorum aulas: in tam diuina & admiranda tabernacula/ sedesq; beatas. In cātus/ in odas & secretiores pene effusi iubilos inenarrabiles celebrātes panegyricos & super sancta epithalamia. Omnia illis super sanctis animis plena erant: exultatione plena diuiniore lætitia: plena deo. Nec poterant se cōtinere quin toti illi sancti & candidi viri in deum profilirent. Atq; ob eam rem superiori potestate & vi pleriq; raperentur. Nunc curribus de angelicis muneribus igneis: nunc alio quodam diuiniore: atq; perinde incognoscibiliore tractu. Quid referam mysteria legis/ tanta promulgandę solennitate: quid typos illos veteres/ quid figuras: & semmata quædam diuina/ & pronunciata oracula: Ista omnia/ vt diuina lux influeret immitteretq; in cœlestes mortalium animos tum monstrante IHESV sponso meo/ e penitissimis atq; penetralibus suæ sapientiæ & æternæ prouidētiæ reserante contueri poteram. Pulchre in omnia me manu ducebat/ erigebat/ restituebatq;. Vt proxime æuū in sempiternis numinibus æternitati committeretur. Fieretq; tali iunctura durationis/ sed absq; omni successione mensura: & sine numero/ & sectione anterioris & posterioris numerus. Cui æuo tempus neceretur. atq; perinde æternitatis illius remotissimum aliquod vestigium & vmbra. Quid plura/ multiplices conspiciebam ego / sed in illo inenarrabili splendore & vultu temporum & ætatum distinctiones. Præcipue illam conspiciebam temporis plenitudinem: dies nouissimos in scriptu-

ris nūcupatam: qua misit deus filium suum/natum ex muliere: factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret. & quo pacto ex diuina atq; humana natura/vna nō plures exiit hypostasis/vna subsistentia & persona. Et ille CHRISTVS qui manet in æternum: tamen temporis plenitudinem subiret/fieretq; in tempore homo. Et homo (ait ecclesia) factus est. secundum qd etiā dicit Ioannes. Et verbum caro factum est. Ille quidem qui æternus/immo ipsa eternitas suapte natura & essentia erat: omnium temporum/ætatum & qui insectilis & manens comprehensio. Hanc ego extremorum infinitum distantium iuncturam & modos illa cogendi inenarrabiles/illo docente & plurimo me offundente lumine/discebam. Cernebam rerum exitus/euentuū causas alioquin incognoscibiles: vt mire ab illo nexu & vinculo & omnium incomparabili mediatore defluerent/ penderent & omniratione consisterent. In illo vt omnes vmbrae/lucem reciperēt. Vt imperfecta/ perficerētur. Omnes morbi vt a tanta eliminaretur medela & sanitate ōnis fonte boni: et quæ sub pēnis dominicis est. Et ingētia miracula: ab eminente & penitus abstrusa mortalib⁹/imortalib⁹/vt cūq; cognitissima virtute pdirēt. Dies certe tametsi iuges & perpetui me deficerēt: in tātis enarrandis & rebus & mysterijs: quæ ab illo originali fonte vt archetypo & exemplari æterno prodibant. immo vero omnia in ipso sed eminentius erant: aperto ingenti rerum molimine. Magis vero incredibili afficiebar admiratione propter abstrusam nobis & reconditam: sed illi apertissimam sanctorum eloquiorum intelligentiam. quæ michi satis aperta videbatur: illo meo & sponso & lumine presente/illo quidem saliente in montibus: per fenestras aut cancellos prospiciente. Illo quidem sese nobis in sanctissima oscula admouente. Nonnunq̄ stante ad ostium & pulsante/atq; vt illi ostendamus faciem nostram quo sese in sacras intelligentias exhibeat/cōmonente: & contra/illo se substrahente videbatur illa substrahi. Eius tamen vultus plusq̄ sol immo mille soles lucidissimus erat. Singula ille tam lucens & perspicuus non solum aperiebat: sed ipsa eadem magis ac magis illustrabat sensa & mysteria. Quis illius tanti & talis non tum inflammaretur amore: non æstuarer incendio/ & extra se consistens: in illo pœnitus consistere vellet. Et exutis istis mortalibus/ & a tanta deficientibus luce: cum illo perpetuos agere dies: & (vt ait Apostol⁹) dissolui & esse cum CHRISTO: Ista michi imo illius vni⁹ recordatio vult⁹/michi lāguorē inducūt: sed amoris nimij lāguorē. Isto ego lāguore pene deficio/ & querula

& pene gemebūda efficior. Et ob eam causam vos obtestor filie Hierusalem/si inueneritis dilectum meū: in cuius penitus arsi olim/ardeoq; amores: vt nūcietis illi quia amore lāgueo. Non possum istos ego ferre estus/nō hęc incendia/si inueneritis (inquit) nam & inuenire potestis: qui facilis & peruius inuentu est. vtpote summa & maxima & immensa lux: & candor qui suapte cognitione illuminat: & intellectū dat paruulis. Aperto ore illū spiritum siue rectū/siue sanctum siue principalē attrahere poteritis. Audentes estote filia Hierusalem. Nam vbiq; illum: qui vbiq; est: inuenire poteritis. Ego cœlū & terrā impleo ait dominus. Et cœlum michi sedes est: & terra scabellum pedum meorum. Et vndiq; relucet domini sapiētia/siue scientia: qua repleta est terra. Et in Esaia dominus mēsus est aquā manu: & cœlū palmo: & omnē terram pugillo. Et si tam magnus est dominus/vt magnitudinis eius nullus sit finis: erit ipse tam magnus & mirabilis/facilis inuētū. At quomodo (inquit) nō inuenietis etiā illum/qui in omni tēpore est pulcherrimus/sapientissimus plenissim⁹? Qui in omni tēpore atq; euo/manēs est & vndiq; p̄sens æternitas? Qui est (inquit Ioannes) qui erat: & qui venturus est. Illum igitur in presentī habetis viuētē manentēq;. Et si ānales retro pręteritos euoluere vultis: erit ipse in oībus annalibus vel vnus & solus cōpertus. In futuris etiam erit seculis: tamen vnice manens: & mire sibi & omnibus constans nec in maiore mundo solum: sed etiam in minore mūdo est. In iustis ipsa iustitia. Atq; in his qui per misericordiā agunt: ipsa perennis misericordia. In amantibus/ & zelo plurimo incensis/ipse amor & zelus. In munificis/ & liberalibus/ ipsa munificentia & liberalitas. Et (vt breuī concludam) omnis virtus in omnibus per virtutem agentib⁹. Ipse etiam candor & foelicitas est. Illum igitur per singula querite. In existentibus ipsum inuenietis purissimam existentia esse. Ego sum qui sum/ait dominus ad Moysen. Hac diuina nuncupatione/solum ad eū spectante. ista nomēclatura ipso vel solū insignito. Audi quid dicat in Esaia ingeminās dominus. Ante me non est formatus deus: & post me nō erit. Ego sum: ego sum dñs: & nō est absq; me saluator. Et iterū. Ego sum: ego sum ipse: qui deleo iniquitates tuas: ppter me. Habet quippe in scripturis/plurimā hęc tam frequenter repetita geminatio emphasim. Atq; illud essentia siue esse aut endelechia s vocabulum peculiare illi magis & propriū/inter diuina existimant. De quo/dixit ad Moysen. Ego sum qui sum. Sic dices filijs Israel: Qui est/misit me ad vos. Existimatur autē esse præcipuum. quod

deus optimus maximus/totū quicquid est:eminētius in seipſo
cōprehendat:velut essentię & substātię quoddā immensūm pe-
lagus/infinitum/interminatūq;.Est enim ipsum esse purissimū/
absolutum/perfectissimū: omnes omniū existentium perfectio-
nes/vt causa primor continens. Fingas calorem seorsum & se-
paratū esse ab omni incidenti subiecto: num oēs rationes calo-
ris absolute & minime participare cōtinebit:haud aliter/ illi tā
absoluto & purissimo esse eueniet. Et viden nō posse isto noīe ali-
ud absolutius inueniri. Addunt quippe alia/ aliā & aliam ultra
essentię rationem/magis quidē distrahentē alienatēq; ratio-
nem:q; vt cum illo esse aut essentię nomine cōuersionem recipi-
ant. Addunt pulchrum & bonum & alia id genus/aliud aliquid
ultra essentiā. Omnia igitur ille immēsus cōtinet/tam eminēter/
tam vniuersaliter/tam absolute & perfecte:vt nichil magis. Nec
enim authore Dionysio/De⁹ quodā modo siue diffinite existiēs
est:sed simpliciter & incircūscripte:totum in seipſo vniiformiter
esse præcipit.affirmās/quod verū ipm esse est subsistētib⁹ esse/
causa/fons & origo. & in alio loco existimat deū nō quidē hoc
esse/hoc autem non esse:sed omnia esse: vt omniū causam. In
omnib⁹ igitur/q̄to infinitius:tanto perfectius est. Relucet quip-
pe in reb⁹ effectis ipsa causa. In illis prominet:quæ mira virtute
cōplectitur.cuius inenarrabilis & incōparabilis substātia/supra
oēm est substātiā incōicabilis/singularis,hoc ineffabili Tetra-
grāmaton noīe significāte.Mire in arcanis/in lumine illo inac-
cessibili suę infinitatis/suę æternitatis residet. Non tamen sortē
indignat illa admirabilis prouidentia & pfectio nostrā. In reb⁹
igitur existentib⁹/ipsum summū.(ait pulcherrima spōsa) ipsum
o filię Hierusalem oīpotentē comperietis. Et perinde in viuenti-
bus/summā vitam & ipsam(vt platonici aiunt) vitā. In rationa-
tionalibus ipsam rationē:sed quæ supra omnē rationem sit/oīs
rationis causa. In mentibus quas intellectuales vocant/ ipsam
mentē ipsam intelligētiam.& quodcūq; in vnoquoq; proprium
inuenias:ibi pminebit. Et cōtra/ipsum in oībus relucens & cō-
spicuum est. omni omniū pfectione admirabili sorte primū in
illo tum existēte tum æternū micante: omni tali nūcupatione ea
ratione/ peculiariter in eo sibi vēdicāte locū. Vbiq; igit illū tan-
tum & talem inuenietis o filię Hierusalē. Cōpressa est etiā in vo-
bis illius tanti & talis imago. Faciam⁹(inquit) hominē ad ima-
ginē & similitudinē nostrā. & Verūtamen in imagine pertransiit
homo. Et loquens de lingua Iacobus. In ipsa inquit maledicti-
onis hoīes qui ad imaginē & similitudinē dei facti sunt. Lege

sup hac re epyphaniū. Hęc mire i vobis relucet o filię Hierusalē
Hęc illa in vobis est imago/diuinā pxime referens tum trinita-
tem tum vnitatē. Intrate in cubiculū vestrū:in secretiora cordis
penetralia:& ibi orate patrē vestrū. ipse enim in abscondito exau-
diat vos. Potestis & mente conscēdere in spōsi cubiculū & spōse
etiānū cubiculū. habet enī vterq; suum diuinū & vltamūdanū
cubiculū:sed lōge differenti sorte. In illa vero itroite in cōspectu
eius in exultatione & omni mētis vestrę letitia. Quomodo vero
in abscondito:qui tam apta & clara imagine in vobis oībus est?
Vt illud Esaię/vix vnq; verius dici possit. Non in abscondito lo-
cutus sum:in loco terrę tenebroso. At cōtra poti⁹ in cādida & lu-
cētī imagine. Ibi pater in memoria fecūda. Fili⁹ q; & sapiētia/in
intelligētī animo. Spirit⁹ sanctus in volūtate actum quēdam lu-
cidiorē habēte & potentiā/semota veluti impficiente ipsa potē-
tia. Ipsum actum/atq; in illo eminentissimum obseruate actum.
Conscendite ex purioribus in purissima posthabitis impuriōri-
bus. Ex pulchris & candidis: in eum qui purissimus & candi-
dissimus.& qui omnis in mire absoluto & perfecto actu consi-
stit. Et si externa vultis conijcere:& tali coniectura ipsum spon-
sum meū querere: in ipsa luce ipsum summā lucem inuenietis.
Et in quacūq; re cōsistēti & minime dimota ipsum manētem/&
nunq; agitatā stabilitatem. In re quacūq; pspicua/ ipsum eterne
perspicuū & transparent. Illo quippe veluti admirabili & incō-
parabili trāslucido non solum ipsam diuinā contuebimur ente-
lechiam:sed rerū in vniuersum genera & species:& quęcūq; ad
foelicem & beatā vitā pertinent:pleraq; etiā rerum effecta/& sin-
gularia/& alia id genus. Et ostendit michi(ait Ioānes)fluuium
aquæ viuæ splendidū tanq; cristallū. quo significari volūt om-
nium beatitatē electorum. Sed quæ alia eorū foelicitas:nisi per-
spicua & splēdida sicut cristallū diuinitas:& explicat⁹ aliquid
in Esaiā dicitur. Ecce ego declinabo super eam quasi fluuiū pa-
cis:& quasi torrentē inundantem gloriam gentium. Non posset
ipā ecclesia aut mens quęcūq;/fluuius pacis esse:nisi ab inenso
mari & perēni fonte pacis decurreret. In flāma etiā quādoq; ap-
paret de⁹: ob eā causam fortasse quod omnia ibi longe clarissi-
ma sint. Dicit enim scriptura. Apparuitq; ei domin⁹ in flamma
ignis de medio rubi. Si vim quandam vitalem vt in aere per-
spicimus. Ipse est:quo respiramus/& præcipue vitales sumus. In
ipſo quidē/& celsioreq; in aere rōne vitales carpim⁹ auras. Viuis-
musq; nō solū scdm exteriorē:sed etiā scdm interiorē hominē. Ipſo
benignissime se in oīa cōferēte/atq; exhibēte. Ignis est agitabilis

calidus/candidus/& lucens. Deus (inquit) ignis consumēs est. In Daniele thronus eius (vt antea quoq; diximus) flāmę ignis. Rotę eius ignis accensus. fluuius quoq; igneus rapidusq; egrediebatur a facie eius. Quo diuiniore igne/quecūq; exuruntur mala. Id quod in cōsequentibus fortasse Daniel ostendit. Et vidit (ait) quoniā interfecta esset bestia: & perisset corpus: & traditum esset ad cōburendum igni. De spiritu & melioribus in hęc fortasse intelligentiā tacens. Quod isto igne lignum/fornum & stipula cōburantur: argentum vero/aurū & gemmę resideant. De quo etiam meminit Esaias. Quia ecce dominus in igne veniet: & quasi turbo quadriga ei⁹ reddere in indignatione furorē suum: & increpationem suā in flamma ignis. Quia in igne dominus iudicabit. Et quod tali igne incendantur: & ignis fiat in anterioribus docet. Isti fumus erunt in furore meo: ignis ardens tota die. Et i Ezechiele. Inferiora domini/ illa forte iustitia qua peccatores puniuntur/ describuntur ignea. Et a lumbis eius vsq; deorsum/ vidi (ait) quasi speciem ignis splendētis in circuitu. Et viden superiora/ nō absq; igne esse. Et vidi (inquit) quasi speciem electri velut aspectum ignis intrinsecus per circuitum eius & desup. Quanq; enim superiora ex purissimo sint electro: tamē ignea sunt. Quod lucidus ignis & cōburens sit: & qua parte lucidus est: totus in sublime feratur / sitq; superiorū partium. Totum penetrat hic ignis. At viuus est sermo dei: & efficax: & penetrabilior omni gladio ancipiti. Et pertingens vsq; ad diuisionem animę ac spiritus. Hic est ille ignis de quo in alio loco meminimus: quem venit dominus mittere in terram. Sed quid vult: nisi vt ardeat/ diuino aliquo ardore mētes inflamās: isto igne veluti rotis & curru trahimur in altū. Si in firmamētū & cōlū hoc/ quod videtur/ oculos attollis: ipsum est domini sedes. Cōelum (inquit) michi sedes est. Et domin⁹ in euā gelto. Nolite iurare per cōelum: quoniā thronus dei est. In Ezechiele. similitudo sup caput animalium firmamenti: & fortasse immobilis & i quadam incidentia/ sed sine inconstātia immobiliter mobilis. Id quod ad diuina reuerenter transferri potest. Quod enim in omnibus dimotis maxime imobile est: nequaquam dimotū ē sed perpetua stabilitate cōsistit. Audite quid de hac immobilitate dicat Apstus/ ad Hebręos scribens. In quo abundantius volens deus ostendere pollicitationē herēdibus: immobilitatem cōciliū sui: interposuit iurandū. vt per duas res immobiles: quibus est impossibile deū mentiri: fortissimum solatiū habeamus: qui confugimus ad tenendā propositam spem

quam sicut anchorā habemus animę tutā & firmam. Quid plura dicam in quacūq; mēsurā & successione illum obseruare potestis: qui supra omnē mensuram & tempora est habitās solus eternitatē. Id quod Esaias dicit. Quia hęc dicit excelsus & sublimis habitans eternitatem: & sanctū nomen eius in excelsis. Sunt omnia tantę diuinitatis signa: vt in omnibus & per oia sese exhibeat factissimū/ pulcherrimū/ immortalē/ & eternū et oīne qđ fact⁹ diuiniusq; nominari aut cogitari potest. Sūma in omni mole plenitudo est/ bonitas/ & pulchritudo. Quandoquidem omnia bona & pulchra sint. Si inueneritis (inquit) filię Hierusalem dilectū meū: nūciate illi/ quia amore lāgueo. Si inueneritis ait. Est enim signaculū non similitudinis: sed veritatis: in vestrū vnaquaq;. Nec amplius tale qđ aliquādo corruat signaculū similitudinis in delitijs paradisi: sed manens q̄tum in se est: & perpetuū oībus signaculū & quod tam multiplex & vniiformē in vobis omnibus est. Aliis iustitia / aliis fortitudo/ temperantia & magnanimitas: aliis pulchritudo/ nonnullis sed abdita & secretior pulchritudo/ & incomparabilis quidam decor. Honor optimus maximus. plerisq; qui honoratiores habentur: atq; alia id genus pro cuiusq; captu vnicuiq; efficitur. Aut fortasse aliquid grandius & sublimius: id qđ nō sentientibus vobis efficitur. Vnaq; vestrū se intus & extra perscrutās/ illum tam admirabilem / tam incomparabilem inuenire poterit. Hanc igitur ab vnaquaq; cognitionē summopere exigit. Si ignoras te o pulcherrima mulierū/ egredere & abi post vestigia gregum tuorum: & pasce hēdos tuos/ iuxta tabernacula pastorū. Vos ipas primū cognoscite: & ipsum optimū/ maximū sollicitius indagare. & ipsum vtcūq; fieri poterit cognoscite. Et conferte in vnum inq; ecclesiam & congregationem has tam candidas & lucentes imagines. Vt isto formarum mitocoalitu subsultet: vel sub arbore mambre quod claritudo siue pspicuitas interpretatur tam candida & fulgens sponsi imago: immo vero pulcherrimus & tantus splendor. Nec enim vna virtus solum est: sed omnes/ non vis vna: sed multiplices/ pulchre in vnum exurgentes. Immo vero vna multiplices continens virtus. Nunciate (inquit) illi: si tandem tantum & talem inueneritis: quia amore languero. Non potest tantus meus amor & ardor/ nisi in sūmo consistere aut conquescere amore. Aeternum habet quicunq; rationalis amor/ amoris tabernaculum. Infinitus quoquo pacto hic tantus appetitus est. Non subsistit aut residet aliger ille. & pennas habens de columba &

Spiritu sancto: nisi in infinito. Imago hæc qualiscunq; in suam contendit veritatem: nullis contenta simulachris. Et quæ conspicua plurimis sit ministris/atq; angelicorum protectione numinum: vnum tamē parentē petit/ in vno parente moratur. Tota eius mens & cogitatio in illo longe pulcherrimo & penitus admirabili est. Eius formas habitusq; per oīa perscrutatur. Nō tamen quiescere illo absente potest: quo præsente summe vigil et diligens est. Illi tota innixa & intendens/ & pulcherrima forma decora. Et nescio quis torpor/ & ebetudo illam suo absente sponso corripit. Nec lapsus quidē hic torpor & ebetudo est: sed sibi torpor & ebetudo est. Vt nō possit quicquid letitiæ aut iucunditatis suscipere: nisi in optimo maximo suo sponso. Iuxta quod dicit Propheta. Renuit consolari anima mea: memor fui dei & delectatus sum. Et hic languor: defectio & dissolutio quedā, quā do mēs ipsa amoris magnitudīe tota sibi deficit: dissoluiturq; nichil de se cogitans aut in seipsa oblectata: tantum aduentū amati spectans: fastidio plurimo ducens/quæcunq; siue sua/ siue externa: quod pulchritudini sponsi minime conferri valeant. Atq; ob eam causam in tales & similes frequenter voces erumpit. Mitte domine quem missurus es. Et. Emitte domine agnum dominatorē terræ: & osculetur me osculo oris sui. Nullis ego (ait) similitudinibus: aut destinatis munerib; plene oblectari: aut satiari possum. Et si vltior fuerit morę locus: tota ipsa dissoluor: tota ipsa michi commorior et deficio. Nec amplius meę compos sum mentis. Istud frequenter ingeminans repeto ego tota ferme destituta. Defecit in salutare tuum anima mea: & in verbum tuū super speravi. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes quando consolaberis me. Quando erit illa plena & integerrima letitia mea: & gaudium sufficiens/ de quo meminit etiam dominus. Iterum autem videbo vos & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Et alio loco. Hæc loquut; sum vobis/ vt gaudium meum in vobis sit: & gaudium vestrum impleatur. Mulier cum parit/ tristitiam habet. cum vero peperit: obliuiscitur pressurę propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Et quando erit: vt tristitia ista tota vertatur in gaudium? Quando plenis obtulibus/ dominus videbit me: tota hac tum dissolutione/ in miram harmoniam et temperamentum reducta/ & defectio in plenissimum gaudium? Fac domine IHESV pastor & sponse admirabilis. vt iterum atq; iterum videas me: & gaudeat cor meum. Tu enim me (ait sponsa) & quamcunq; fidelem animā

in hæc verba commonuisti. Petite & accipietis: vt gaudium vestrum sit plenum. Hanc diuinā tecum coniunctionem vniōnēq; pro omni defectioe & dissolutione mea sumopere peto: nō potens hos tātos & insuperabiles ferre estus. ferre nō potis amplius hanc defectioe/ lāguorē & dissolutionē: quæ tantum me corripit. Michi quies tantū in quadā spe est. Viuo ego/ atq; eadem spe/ quandoq; illo persuendi quæ diligit aīa mea tantū respiro: tamen nimia ipsa p̄tatione languet. nō potest hic languor a me ipsa cohiberi: superiore virtute opus. Nō potest imago aut vmbra seipsam cōtinere: superiore quadā virtute cōtinetur oportet. Atq; internū quodcūq; nostrū suo maxime iuuabitur simili nec tam simili q̄ analogo & supereminenti. quæ enim opifici ad factorē esse potest cōparatio: Cōtendit pulchritudo ad pulchritudinē. Illa vel maxime conseruatur: in illius regionibus spaciata vel maxime recreatur. Est ibi quippe infinite voluptatis abundantia: vt nichil deesse possit ad tantos explēdos appetitus. Gloria pulchritudinis omnis in summa est pulchritudine: in summo candore & luce. Illa vel maxime illustratur atq; in quadā euehitur infinitudinem: in quadam mirabilem satietatem. Vt tum illo tam præsenti optimo maximo lumine dicere possit. sat labor cum apparuerit gloria tua. & sat labor ab vbertate domus tuę/ & torrente voluptatis tuę. Est illa quippe per omnia sufficiens & vndiq; atq; ex omni pte replens vbertas. Et quæ admodum de pulchritudine sponsę diximus: haud aliter de amore dicēdam. Quiescit vt antea quoq; in immenso amore/ amor. Suum integerrimū atq; perinde absolutum gaudium est: quando nichil amplius est quo diffluere possit. sed vndiq; infinito atq; immenso retinetur. Habet illud quidem infinitam cōprehensionem/ innumerabiles & perfectissimos faciēdi atq; dandi satis modos/ & mirabiles se multiformiter (vt sic dicam) exhibēdi conatus. Vnicuiq; iuxta quod dicit Apostolus secundū mensuram suā immo vero in superabundantē modū sese largit; vt in donādī ratione ipse donans/ nō is cui largitio fit inspicat. Propterea imensa sunt munera. Est ille quidē infinitus: qui se pro omni munere donat. Sancti non aliā mercedē q̄ ipsum infinitum nec ab re poscebant. Sciebant illi quidem non alio quō hos posse satiari appetitus: has posse expleri capacitates nostras. Fingas inesse iustitię nostrę appetitum: infinita tantū explebit iustitia. & prudētia ipsa infinitiore prudētia. liberalitas/ liberalitate. magnificētia/ sup̄ma illa magnificētia.

fortitudo fortitudine. & illa $\alpha\epsilon\rho\pi\iota\delta\tau\eta\sigma$ siue $\sigma\omega\phi\rho\sigma\upsilon\mu\eta$ id est moderatio & tēperantia/ sūma atq; ęterna tēperantia. & qua singula dīstrīngit moderatione. Demū omnis virtus in sede tātum virtutis ęterna quietem habebit. Ipse enim qui prim⁹ est: etiā nouissimus est. quo nacto vltērius p̄gredi nō possis. Ego sū inquit alpha & ω principium & finis/ omnia cōplexus/ omnia dīstrīngens & mirę perficiens. In Esaia. Quis hęc operatus est (inquit) & fecit/ vocās generationes ab exordio. Ego dñs/ prim⁹ & nouissimus ego sum. Et in sequētibus. Hęc dicit domin⁹ rex Israel: & redemptor eius. Dominus exercituum/ ego primus & ego nouissimus. Et absq; me non est deus. Quis similis mei? Vocet & annunciet & ordinem exponat michi. & subdit. Nunquid est deus absq; me. Et iterum. Propter me (inquit) propter me faciam: vt non blasphemet: & gloriam meam alteri nō dabo. Audi me Iacob & Israel: quē ego voco. Ego ipse/ ego prim⁹: & ego nouissim⁹. Et quātę sit ipse potētę & virtutis: statim ostēdit. Man⁹ mea fūdauit terrā: & dextera mea mēsa est cōelos. Illa igitur tanta & tali virtute expleri (ait sponsa) cōcupisco. alioquin dissoluor lāgueo & prorsus collapsa deficio. Video cōtinuę quędam spectacula: quasdam imagines & ymbbras sed prę desiderio veri & immensī exēplaris atq; amoenissimi loci/ nulla in me vt nec in Daniele remāsit fortitudo. Sed & species mea immutata est in me: & emarcui: nec habui quicq; virium. Dissolutę sūt compages spiritus mei/ & repētina quędā diuulsio inter animā spiritum & corpus facta est. Illo quippe penetrata sum & faucia reddita amore: qui viuus est sermo dei & efficax: & penetrabilior omni ancipiti gladio pertingens (vt ait Apostolus) vsq; ad diuisionem animę ac spiritus/ cōpagum quoq; ac medularum. Hanc & tantā dissipationē ipse amor fecit. Quis retinebit? quis faucia mēbra integrabit: nisi ipse idem qui pulchre & vere de se dicit/ Ego (inquit) occidam/ & ego viuere faciam: & percutiā & ego sanabo. Ipse igitur tanto amore non plene fortasse: sed ymbratilitē pcepto/ vulnerat atq; totis expassis alis incūbens/ & plenis radijs & gurgitibus influēs/ immissusq; integrat pficitq;. Obtutibus suis istos qualescūq; obtutus perficiens. Istis virtutū virgineis & sacris/ quos fecit/ vultib⁹/ maiora incrementa & meliores successus impartiens. pulchritudinem inferens diuinam. et plenis ōnis foelicitatis atq; beatitatis amnibus: hos animos/ has voluptates deniq; totam animę entelechiam replens. Vt reatissime cecinerit propheta. Fluminis impetus lętificat ciuitatē dei. hoc est: quamcūq; in p̄fectionem contēdentem animam.

Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. hoc est omni sanctitate & foelicitate repleuit. Quid malus aut celsius his diuinis theurgis/ his sacrosanctis cum purgationibus tum illuminationibus/ hoc tāto diuinorū influxu/ hac tota cęlesti immissione? Nō poterant hęc tam dissipata animę p̄cipue membra ab quoq; nisi a diuina virtute & potentia in meliorē connecti consistentiam. At ibi in excelsa ęternitatis asilo omniparēs potentia & vis est. Sapientia & arte mirifica opus erat in tāta restauranda pene deperdita. Ibi ars est/ & sapientia/ archetypon/ & exemplar ęternum. Amore & tanto conatu in tanta perficienda opus. At ibi sempitern⁹/ immortalis/ & incōparabilis amor. Immensus ille est nec vnq; exhauriri potest. Aeternus est/ deficiet suapte natura nunq;. Amor est: ęternū amat. Ipso circulo & ambitu amoris omne odium & quicquid dīstrahens videtur/ in se absorbente. Ambitus ille imensus: & nouit terminū nullum. Sunt ibi spacia amplissima & amoenissimi tractus. In loco (inquit) pascue/ siue in loco viridi: ibi me collocabit. Quis vnq; satis pro dignitate/ loci vbertatem/ amoenitatem/ foelicitatemq; narrare posset? Quis tam incredibilem varietatē: atq; ī multiplici varietate cōuenientiam: & quādam si dicere dignū/ sympathiam & nexū? Ibi causę rerum omnium originales vīsuntur/ exempla sęq; forme/ in thesauris atq; recessibus non tam absconditę q̄ reuelatę ęternis. ex sese proditę & suapte natura/ quę diuina est/ supra omnem modū collucentes/ prominentes/ conspicuę. Ille vero causę omnium effectorū miram continent rationē/ virtutem/ & proprietatem/ atq; qualēcūq; p̄fectionē. Omnis quippe effectus p̄fectio in sua causa conclusa/ atq; longe eminentius est: q̄ in ipso effectu. At īfinita ab illa īfinitiore $\Delta\upsilon\pi\alpha\mu\epsilon\iota$ id est virtute & potestate effici possunt. Infinitorū igitur ibi rationes contentę/ p̄fectiones ibi conclusę. Immo vero amplitudine quādā in imensum sese extendentes. vt totum quicquid ibi videas: infinitum videas/ pulcherrimum p̄fectissimūq;. Nū ibi tractus multiplicium p̄fectionū multiplices itq; p̄fectissimę/ Ibi igitur pro variis tractibus candentia lilla & rubētes rosę. Ibi amoenissima flumina: hęc amādi sitim & tātos ęstus explentia. Ibi fontes signati sed totius sapientię/ potētę atq; amoris/ diuinis quidem signis signati. Ibi hortus cōclusus nō vnus sed multiplex. Et multiplices illi/ vnus deliciarū & oīs voluptatis amoenissimus hortus. Illo nimirum significatus quē constituit a principio dominus in Eden. De quo dicit scriptura. Plātauerat autem dominus deus paradīsum voluptatis a principio. Citima

In canticum canticorū.

enim sunt quedam vmbra & imago celestium, quēadmodum de lege & sacramentis veteribus dicit Apłus, quod sint vmbra futurorum. Mirabimur olim ibi palmā: in quam precipue nobis sit cōscendēdū: vt apprehendamus fructus eius. Et speciose oliuē dulcissimos etiam carpamus fructus / & sanctā catholicamq; illa vna p̄tendamus pacem. Corā quoq; videbimus cedrum exaltatā atq; in eo libano cui candoris precipuū a re ipsa nomen, & cypressum in mōte omnis speculē & diuinitatis obtutus, monte quidē syon & omnis tum foelicissimā contemplationis. Quid breui referam? Omnis ibi voluptas atq; amoenitas. Rigatur ibi vniuersa illo flumine diuinitatis gratiē & gloriē. De quo fortasse sub aliquo verborū velamento / statim a principio in libro Geneseos ita scriptū est. Sed fons ascendebat a terra: irrigans vniuersam sup̄ficiem terrē. Et aptius paulo post istud idem explicat. Et fluuius (inquit) egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandū paradīsum. Sed quid magis irrigare potest illā beatissimā fecundissimāq; terram viuentiū: q̄ fluuius diuinitatis gratiē & gloriē? Quis ros vberior / mellor / aut fecundior: quo possit omnis illa coelstū terra madere? De quo etiā meminit Ioānes in Apoca. & alio loco diximus. Quis enī dubitet / in illo tam vasto et amplo oīs amoenitatis loco / primora q̄dā ibi esse elemēta longe his nostris mellora & fecundiora? Est ibi celū empyreū: siue cui plurimus est igneus vigor. Sūt etiā aque q̄ sup̄ caelos collocatę censent. Et aquę (inquit ppheta) q̄ sup̄ celos sunt laudēt nomē dñi. De terra vero ait qdā sanctus / spem futurorū certissimā habēs. Credo videre bona dñi in terra viuentiū. Et de illa fortasse etiā intellexit ppheta cū dicit. Bñdixisti dñe terrā tuā: auertisti captiuitatē Iacob, quā terrā desiderabilē alio loco vocat. Videamus si de scripturis aerē ibi eē cōscere possim. & istud quidē valde difficile est: oīa ibi cōsequenter iuente. Sed Moyses in Exodo istud satis explicasse visus ē. Dicit enī scriptura. Ascēderūtq; Moyses & Aaron Nadab & Abiu: & septuaginta de senioribus Israel: & viderūt deū Israel. sub pedib9 eius quasi opus lapidis saphyrini: & quasi celū cū serēnū est. Coeli vocabulo / aerē intelligens, qd̄ enim suspicim9 & celū putamus: aer est. Manifestū est autē de more & consuetudine hūana Moysen esse loquutū. Et quis dubitet spēm ibi aeris esse: hac nostra lōge celsiorē efficaciorēq; & si hic noster aer vitalis est: vitalior ibi ille erit: quāuis cū sit. Sūt enim inferiora hęc: symbola quēdā & similitudines superiorū. Nec sine mysterio capreas & hinnulos ceruorū in diuinis enarrandis assumit scriptura. Quo illa ibi lōge q̄

Omelia IIII

hic mellora & diuina intelligamus: vt sint celestes capree et hinnuli ceruorū etiā celestes. Quānā etiā vox illa dñi esse potest p̄parantis ceruos. Vox (ait) dñi p̄parantis ceruos. & istos ceruos / celestes esse indicās: statim subdit. Et reuelabit dñs cōdensa: & in tēplo eius oīs dicēt gloriā. Manifeste demonstrans illos ceruos / celestes atq; intelligētes esse. Et quid dñs tāta sollicitudine de obseruatione partus ibicū meminit (cū ait). Nūquid nostri tēpus partus ibicū in petris: vel p̄tinentes ceruas obseruasti? D innumerasti mēses cōceptus earū: & scisti tēpus partus earū, quasi suā hanc peculiarē obseruationē esse indicās. sed nūquid cura est de tumentis dño & nō magis de hoībus ad beatitudinem cōsequendā benefice admodū cōditis? Et vt auditor occultus & manifestus: & Iudeus in occulto & in manifesto: nō ē aliter si veteribus credim9 / occultorū qdā sciētia & qdā manifestorū. Et q̄ vt denē facile dispereūt, quę vero nō vident: p̄petua atq; manētia sunt. Sūt igit in illo loco celesti & ābitu amoris amplissimo oīa spūalia / & diuina / immortalia & sempiterna & beato æuo p̄fruentia / & p̄pter inenarrabilē sapiētia oīgena varietate multo clarissima. Quę p̄ eo dixim9: vt ibi locū esse amoris significarem vbi oīa in diuino quodā amore cōsistūt. Ibi oīs decor & gloria. Et in tāto illo amore & lumine glorię: diuinos oīa agunt p̄ticipatus. vnicuiq; pro cuiusq; mensura celesti influente atq; imisso amore. Et quēadmodum hic secundum quod dicit Apostolus. Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensurā donationis CHRISTI: haud aliter secundum cuiusq; mensuram / erit glorię & amoris p̄ticipatus. Et vide si e re hoc loco dicere possumus: secundum differentes luminis glorię habitus: differre alterius ab altero gloriā. Vt magis illi hauriant de fontibus bonitatis / eternitatis / candoris / virtutis / amoris / & aliorum id genus: qui potioribus glorię luminibus habitibusq; illustrantur. Omnes illam propositam habent diuinam essentiam & bonitatem: propositum habent æternum / simplicissimumq; amorem: differenter tamen p̄ticipāt. secundum quod dicit Apostolus. Stellam ab stella differre in claritate. Vt ordo diuine sapientię in tanta varietate & concordia sit magis ac magis mirabilis. Hoc autem totum prouenire existimant e tali qua quisque induitur luminum diuersitate. Credibile est autem conferri lumina hęc pro modo anterioris vnicuique donationis gratię. Quę vero lux / quę foelicitas quę pulchritudo / quę amor / ex tantis simul luminibus amoribusq; consurget:

quādo vnusquisq; ad proximū & comparticipem glorię dicet. Nulla meis sine te quęretur gloria rebus. quā potius lā parta et quęsita gloria perfruar: idq; in perpetua pace. propter quod sequentia nō conueniunt. seu pacem seu bella geram. nisi forte vsq; ad consummationem seculi bellū illis foelicissimis animabus contra cacodemonas esse conciliamus: sed quomodo boni angeli contra malos pugnauerunt: & continue pugnare creditum est. sunt enī in eorum vtcunq; sortem ascite foelices illę ant me. Illud vero cōuenit. Tibi maxima rerū verborūq; fides. Si quidem corda cordibus aperta erunt. Et vt concludit ecclesia. Cessabunt verba: loquentur mutuo corda. Suspirabunt omnes in illum tam prominentē amoris omnis/ amoris nō tam fōtem q̄ purissimam entelechiam. nō amplius cōpagum interni spiritus atq; anime dissolutio: omnia in mirā cogente cōsonantiam diuina conionantia. Nō amplius langor ppter absentiam dilecti. sed ob diuinos presētes obtutus plenissimū gaudium. Nō cessant illum omnes coelestes animi/ tam splendidū & radiantem contueri vultū. Tantum egregio decore emittet ore. Et pspicue etiam dominus iuxta etiam humanitatem assumptā os humerosq; deo similis est: qui proxime accessit ad diuinitatem per omnē gratię & glorię plenitudinem. Nō amplius ibi in tales & similes voces erit erūpendi locus. Adiuro vos filię Hierusalem/ si inueneritis dilectum meū: nunciate ei/ quia amore lāgueo. Plena ibi erit amoris satietas: omnis desiderii presēte infinito & verissimo amore expletio. omnes ille continet amandi rationes amor. Quo nacto/ nulla amplius supeest amandi ratio: nō desiderium: aut vlla expetitio. Ipso eterno amore p omni amandi ratione amplissime sufficiente. Extra quippe infinitum nichil amplius quęras. Sed hoc loco quęrendū fortasse videretur. cum sponsa pfecta sit/ pprecipue filiarū Hierusalē comparatione. quę nondū eousq; profecerunt vt sponsę dici mereantur: imo absolute illā scriptura pfectā vocat. Vna est (inqt) colūba mea pfecta mea. & tā quidē pfecta vt illā filię Hierusalē siue filię syon admirarentur. vt pxime dicit. Viderunt eam filię syon & beatissimam pdicauerunt: reginę & concubinę laudauerunt eam. & iterū spō. *Qz pulchra es & q̄ decora charissima in delicijs. Et. Tota pulchra es amica mea: & macula nō est in te. Et tāta quidem pulchritudine & decore insignis. vt a dextris spōsi & regis ipsa etiā regina consedeat. vt in Psal. xliiii. dicit. Astetit regina a dextris tuis/ i vestitu de aurato. Quomodo inq̄ illa tam pulchra & clara nō tamen indignatur in hunc modū*

obtestari filias Hierusalem. vt si inuenerint dilectū/ nuncient ei: quia amore languet. Aut qui fieri potest. vt ipse imperfectiores inueniāt: ipsa pfectissima haud q̄ inueniēte? Possemus istis obiectamētis in hunc modū satisfacere. Spōsam quidē/ nō omnino veluti pfectissimā/ expertē esse inuentionis & clarissimi quādoq; obtutus spōsi. Sed interuallis quibusdā dñm se subtrahere. quo fortasse sollicitior atq; studiosior illū quæreret. Propter quod dicebat in euāgelio dñs. Modicū & iam nō videbitis me. Et iterū modicū & videbitis me/ quia vado ad patrē. Quod nō solū fortasse de presentia corporali dictū sit/ sed de illis etiā presentibus aspectib; quibus plerūq; se quibusq; sanctissimis infert vris/ & gratię & secretioris doctrine largi munerā/ donat illapsus. Atq; diuino quodā ordine sapiētię se & secretiora q̄cūq; sua posthabitis maiorib; prodit minoribus. Vt in quodā loco dñs testatur. Gratias tibi ago pater: quia abscondisti hęc a sapiētib; & prudentib; & reuelasti ea paruulis. Et Apostol; satis istud explicat: cū decernit. Vt si pphetatibus plurib; cuiq; primū fuerit reuelatū: ille primū loquatur: alio tacēte. Nec enim est acceptio psonarū apud deū. immo incredibili sapientia dimissis quādoq; ecclesię primorib; quos picipes vocāt diuina sua secreta manifestat minorib; quā rem cōtingere in sanctis plerūq; videm; mulierib;/ atq; alijs paulo rudioribus. quibus dñs magis quādoq; illucet. Et hoc est qd dicit sponsa/ hoc est quicūq; pfectus ad minores. Adiuro vos filię Hierusalē/ si inueneritis dilectū meū: vt nūcietis ei: quia amore lāgueo. Sciebā tamen his alternatibus canticibus & lugubribus & iucundis hanc me debuisse exigere vitā. Vt pote quę suapte natura miscellanea est/ & talē ppter meliores ecclesię pfectus dñs esse velit. Descēsu enim & ascensu opus. Ascensu quo diuina recipiam; illuminationes. Descēsu/ vt minorum necessitatibus provideamus. Hoc suo per si alam Iacob ascensu & descensu iudicantibus angelicis numinibus. Et pulchre dominus ait in hanc fortasse intelligētiam. Si non abiero: paradetus non veniet ad vos. Si autem abiero: mittam eum ad vos spiritum veritatis/ qui a patre procedit. Plus quandoq; absens maiora spiritus munera confert. Quādo pluribus utilitatem afferimus: plus virium nobis tum cōdonatur. Videamus si in aliam intelligētiam in hunc modum filias Hierusalem cohortatur sponsa. Si forte quēadmodū Ioannes destinauit ad dominum IHESVM discipulos quęsituros. Tu es qui venturus es an aliū expectamus. non/ quod ignoraret Ioannes illum eum esse qui venturus erat destinandus mittēduq; a patre pro omni

omniū salute. Sed vt illis accuratius etiam quærentibus ipse satisfaceret dominus / merereturq; studiosa interrogatione sua diuina responsa: coraq; videret audirentq; eum: qui iam destinatus erat: certiorq; eiusce aduentus iamā reddiderat Ioānem: & dño idē etiā testimoniū perhibuerat. Fuit homo (inquit) missus a deo cui nomen erat Ioannes: hic venit in testimonium. vt testimoniū phiberet de lumie. et. Quia hic est agn⁹ dei qui tollit peccata mūdi. Haud aliter pfectior ipsa sponsa sollicitas reddidit filias Hierusalem: atq; hortatu suo / inuentrices tanti regis & sponsi facit. Et ne diffidant obtestatur. Adiuro (inquit) vos filia Hierusalē si inueneritis: nā & inuenire potestis si quomodo vobis tandem / quæ imago / & similitudo / siue signaculū similitudinis dei estis / appareat: si veritas suis candidis & immortalib⁹ similitudinibus respondeat. Si suis fulgoribus diuinū tādē incumbat lumen. Nunciate illi / quia amore langueo. Ego hūc languorem cōcepi suis incōparabilibus apparitionibus / quādo illius inenarrabilem pulchritudinē decus / ornāmētū / bonitatem / amorem memoria repeto. Nullum quippe bonū michi videtur absq; illo / esse viuere aut intelligere. Nō tantillū subsistere. Quādo hoc ōne meū subsistere / qualecūq; sit: ab illo totū depēdeat. oīs mea quoq; hęc pulchritudo & forma. Et vos ita esse aliquā sentietis: si quo modo tandē inueneritis. Pares vos subibūt: sed fauorabiles languores. Pares concipietis amoris æstus. Nichil enī amabile / nisi idē cognitū sit. Cognoscetis illū suo pte lumine & diuinis apparitionib⁹. Quādo vt me olim vos etiā osculabit osculo oris sui: & dicere poteritis. Quia meliora sunt vbera tua vino: fragrātia vnguentis optimis. Et sentientes incōparabile illam odoris spōsi fragrātiā / tum dicetis. Curremus in odorē vnguentorū tuorū / memores vberū tuorū sup vinum. & rectitudinem illā sese oībus rectis inferentem contuentes / illam vnice collaudabitis dicentes. quia recti diligunt te. Hęc pro eo quod admirantur commonenturq; ab sponsa filia Hierusalem / si tandem inueniant sponsum: vt ipsi nuncient. quia amore languet: nō quo ipsa post illas inueniret: quē tum forte (iuxta hanc intelligentiā) inuenerat & nactum habebat. Sed quo illas ad inueniendū tali quodā exemplo cohortaretur. Et fortasse se iuuari ab illis etiam petit. quasi totus nō sufficeret mūdus etiā celestis / ad illius dignam inuestigationem. Siue humilitatis quæ in tota eminent ecclesia indicū est. Deferunt quippe maiores minoribus. Vide quid ait Apostol⁹. Et vos patres nolite ad iracū-

diam / puocāre filios vestros: sed educate illos in disciplina & correptione domini. Et vos dñi eadem facite: illis remittētes minas. Quia & illorū & vester dominus est in coelis. & personarum acceptio nō est apud deū. Et preceptū de mulierib⁹: paulo ante subtexit. Viri diligite vxores vestras: sicut & CHRISTVS dilexit ecclesiam: & seipsum tradidit pro ea: vt seipsum sanctificaret. Et subdit. Ita & viri debent diligere vxores suas: vt corpora sua. Qui suam vxorem diligit: seipsum diligit. Et vide vt explicatius quēadmodum & alio loco meminimus quoscūq; subditos sibi collaborātes velit. Ita enim ad Philippēses scribit. Collaborantes (ait) fidei euangelij: quasi forte diceret cum sponsa. Mecum illum quærite in quo omnis veritas & pulchritudo est. Et si fore primum inueneritis: si forte primum apparuerit vobis nunciate illi: quia amore langueo. In quam & cōsequentiam & sententiā subdit Apostolus. Quia vobis donatū est pro CHRISTO / non solum vt in eum credatis: sed vt etiam pro illo patiamini / idem certamen habentes: quale & vidistis in me. & nunc audistis de me. Poterat & sponsa dicere. Tale quid forte inuestigando vos patiemini filia Hierusalē: quale ego perpeffa sum: quādo me sollicitius quærentē / inuenerunt custodes: qui circūeunt ciuitatem: percusserunt me: & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meū custodes murorum. Et obserua quo pacto respondeant vltimis prima / noua veteribus / Apostolus Salomoni. Vt quēadmodum Salomon pulcherrimum progressum & mirabiles profectus describit ecclesie: non aliter & Paulus describere & coram proponere videatur. Et nimirū: cum esset doctor gentium in veritate: & illo flānatus diuino verbo: qđ seipsum tradidit pro ecclesia: vt illam sanctificaret: mūdans eam lauachro aque in verbo vitæ. Vt exhiberet ipse vnigenitus sibi gloriosam ecclesiam / non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata. Et nos sancti & immaculati præstante domino nostro IHESV CHRISTO. Cui cum patre & spiritu sancto / est honor & imperium per infinita secula. Amen.

In canticū canticorū Omelia V. de eo quā scribitur Quā-
lis est dilectus ex dilecto O pulcherrima mulierū.



Ilia Hierusalem stupētes in verbis spōse: quā
nimirū nouerāt pfectissimā atq; immaculatā.
Miratē quo pacto illas in hūc modū rogaret:
vt si inuenirēt spōsum nun ciarēt ei. Maiorib;
adducebātur admiratione, quippe quę scirent
ipsam spōsam diuiniorib; spōsi pfrui cōplexi-
bus: atq; illius sanctissima libare oscula: tamen
adiuratē recusare nō audēt. Rogāt tamen spōsam de spōsi qua-
litate atq; specie. Nouerūt illam quidē ista oīa multo certissime
nosse: quę oīs esset ī assidua cōsuetudine & cōspectib; spōsi. Pro-
pterea interrogāt/nō oblitē se ab illa cōtinētes & iuges suscipe-
re cū purgationes tum illuminationes & pfectiones. Nec illam
oblitam materni officij vt secretiora mysteria narret filijs suis.
et cognoscat generatio altera etiam dñm. Qualis est inquit
dilectus tuus ex dilecto O pulcherrima mulierū qualis est dilectus
tuus ex dilecto: quia sic adiurasti nos. Tu enī ea oīa melius rese-
rabis: q̄ certissima assiduis ex cōspectib; habes: q̄ pxime hauris
de fontib; saluatoris: & in tāto lumine vberū vides lumē. Qua-
lis inquit est dilectus tuus. Cui; formę aut speciei: hoc enī no-
bis p singula liniamēta narrari volum; . Scimus enim generaliter
atq; in vniuersum/ qd speciosus sit forma p̄ filijs hominū:
& diffusam esse gratiā in labijs ei; ppter incōparabilē eloquio-
rū eius venustatē: & diuina sensa: accinctū gladio sup femur suū
potētissime legim;. & specie & mira pulchritudine intēdentē p-
spere pcedentē/ vel ex patris iussu atq; etiā regnātem. Nūc spe-
cialiter & p̄culatim descriptū effigiatūq; abs te volum;. Qua-
lis est igit dilectus tuus ex dilecto O pulcherrima mulierū. O su-
perbenedicta inter mulieres: q̄ egregia & pstanti forma pxime
ad pulcherrimū accedis. Qualis est inquit dilectus tuus? quasi
meliori & ardētiori te sup oēs psequatur amore/ tu; p̄pterea ob
quandā excellentiā dilectus est: & nō solū dilectus: sed ex dilecto:
lumen quidē de lumine p̄diens. & deus de deo. Et quēadmodū
regē regū/ dñm dominatiū rectissime nūcupare possumus: atq;
ob eā rem montē montiū & cādorē candorū: haud aliter regem
ex rege/ dñm ex dño. Et (vt hoc loco inquit filię Hierusalē) di-
lectū ex dilecto. Nam q̄cūq; habet pater: filij sunt. Omnia inquit
quęcunq; habet pater: mea sunt. Et alio loco. Pater meus quod
dedit michi/ maius omnibus est. Subdit. Ego & pater vnum su-
mus: vnus amor: vna pulchritudo: vna essentia & substantia.

Et q̄q; vnū sint simplicissimū absolutissimūq;: tamen filius de pa-
tre accipit/ hoc est de patre orit/ idq; eterne & infinite. ppter qd
dicit. Quod dedit michi: maius oībus est. & nemo potest rape-
re de manu patris mei. Qualis est igit tant; ille dilectus eterna
& manēti generatione a patre genitus: vt q̄cūq; sint patris in cō-
mune cōferatur filio/ nullo vel tātillo adēpto? Aeternus quidē pa-
ter: eternus etiā filius. oīpotens pater: omnipotens etiā filius. &
alia id genus innumerabilia. vel possumus dilectum ex dilecto/
intelligere dilectā humanitatē assumptā. Ex dilecto. quasi tota
subsistētia humanitatis ex diuinitate depēdeat: et sit dilecta illa
tanta pulchritudo & decor humanitatis ppter vnā diuinitatis
verbi speciē. Pulcher igit ex pulchro. amans hūanitas ex amāte
diuinitate. Et cōtra/ dilecta humanitas ex dilecta diuinitate. Al-
tera quippe & altera natura/ ambę quippe dilectissimę erāt cum
patri regi illi seculorū immortalī & inuisibili: tum spōse ecclesię.
Sed ratio amādī primor in filio & verbo: vt in fonte & principio
oīs amoris omnisq; amādī ratiōis. & p̄cipue fons ē. & tale prin-
cipium in cōmune cōtulit ipsi vni humanitati assumptę/ qui iuxta
nostrā etiā assumptā dulcius vberiusq; de fonte illo potabat. qui
fecundius tātis illustrabatur radijs. Qualis est (iterū ingemināt)
dilectus tuus/ ex dilecto. O regina & cōiunx: quia sic adiurasti nos
Dilectū ex dilecto. fortasse in hanc etiam intelligentiā accipere
possumus: quod sit per omnē amādī ratiōē dilectus quasi omni
amore totis viscerib; & amoris abditissimis penetralib; dilectus.
Ipse quidē oīs amādī & beatissimo amore p̄fruenti ratio. Totis
etiā amoris intētionib; & diuis conatibus in eum intendit spō-
sa: vt sup omnia sit illi dilectus. in vnū illum totis cōtendat viri-
bus. illi vnice incumbat. in eius complexus/ & sancta oscula per
omnē amorē feratur. Et si infinitas amādī rationes haberet: in eū
qui infinitus amor est/ totis illis tam sanctis fulgorib; raperetur.
Et vide quomō pulcherrime repetit illū dilectū esse ex dilecto:
illū per omnē amorē & si nō ipsi; sponse amorē/ qui nō satis di-
gnus eidem sponse videretur: tamen paternū/ qui oīs etiā atq;
imēsus amor est: dilectū esse. Et fortasse audet dicere spōsa tātis
amorib; patris/ filij/ & spiritus sancti illustrata/ per omnē suum
amorem & dilectionē etiā dilectum esse. Vt enim bonitatem &
pulchritudinē sponsę donauit pater: ita & rōnes quasdā amādī
innumerabiles/ incōparabiles/ inexhaustas. Et potest in hāc in-
telligentiā/ primū ad patrem referri. vt p infinitas amandi pa-
ternas rōnes dilectus sit/ imo vnū sup sanctę trinitatis amorē q̄tū
ad naturā assumptā p̄tinet. secūdo fortasse ad sponsā vt dilectus

In canticum canticorum.

per omnē amorem spōse eūq; infinitū dicatur. Nec enim amore suo pfectissima amat sponsa: sed amore paterno/amore maiori. Maiores quippe amoris ardores induat oportet: vt eum cōtinere possit. Nec enī eternus nisi celsiorib⁹ & potiorib⁹ atq; sempiternis luminib⁹ attingitur. Nō possunt mortales cōplexus nisi immortalitate desumpta illā stringere aut cōplecti immortalitate & incorruptionē. Propterea dicit apłs/corruptibile hoc quādoq; induere incorruptionē, & mortale hoc induere immortalitē. quid vetat si tēporale hoc etiā æternitatē quadā ratione imo vero dñm IHESVM CHRISTVM iuxta Aplī testimonium/ & quadā ratione oēs eius rōnes induat: vt occupās moles plenitudinē: & mors ipsa quadā cōpatione vitā. Induit igit celsiores q̄ suos amans spōsa/amores/ & splēdorib⁹ sanctorū/immo vero sancti sanctorū illū summū capeffit splendorē. & sancti sanctorū amore/summū sancti sanctorū amorē. Et tota induta dño IHESVS/ ipsum cōtinet atq; apprehēdit veluti omni virtute & potissimo amoris indumēto dñm IHESVM. Propterea dicit Apłs: sed induimini dñm IHESVM CHRISTVM. Induimini oēm virtutē/lucē/amorē. Ea q̄ppe oīa dñs noster IHESVS CHRISTVS ē. Et multo q̄dē excellentissima: q̄ vt a mortali quoq; aut imortali lumie cōphēdi possit. Nā simplicit̄ dixit dñs IHESVS CHRISTVS. quia q̄d dedit sibi pater maius oib⁹ est. maius q̄dē oib⁹/q̄ dici/aut a quoq; vtcūq; cogitari possit. Est enī deus omni eo q̄d cogitari potest superior eminentiorq;. Talia igit/ & tā magna nobis q̄q; nescijs donat: illis nos mire irradiat: quo illū iugiter amem⁹. Quo dilectū ex dilecto istar spōse/capeffam⁹/strigam⁹/amem⁹. Qualis est (inquiūt) dilectus tuus ex dilecto: quia sic adiurasti nos: simpliciter obtestata est spōsa & adiurauit. Per q̄d simpliciter obtestatā & per oīa sacra/ & diuinas psonas/ patre scilicet/filium & spiritū sanctū/itelligere possum⁹. Antea fuerat obtestatus spōsus p capreas ceruosq; cāporum: quod quidā ad patriarchas/ pphetasq; referūt. Nos ad dñm IHESVM de more veterū melius referre possumus. qui ppter acerrimū visus acumē/caprea est. ppter veneni extinctionē/ ceru⁹ cāporū. hoc est totius ecclesie est/ quā tantis laborib⁹ excoluit dñs & antiqs extirpatis sentib⁹ diuine virtutis illā aratro sulcās & sctarū virtutū semia cōserēs eādē suo p̄cioso sāguie fecūdauit. Per seipm obtestabat spōsus filias Hierusalē: ne suscitaret neq; euigilarēt dilectā: quoad usq; ipsa velit. Et iterū ne suscitaret neq; euigilare facerēt dilectā donec ipsa velit. Et fortasse hoc loco spōsa paulo reuerēt⁹/nō audet in testē afferre spōsū/in talia ipm tātū verbi

sacramēta suscipere satis innuēs p̄ illū ipsas obtestari. quippe q̄ vna sit pfectissima spōsi imitatrix. Nec speciē modo ei⁹ referre satagat: sed mores & eloquia & iurisiurādi p ea q̄ immobilia sunt obseruationē. Est enī potissimū ipm iuramētū stringēdi vīculū. Et immobile hoc & ppetuū p ea q̄ immobilia sūt iurisiurādi vīculū Apłs demonstrare volēs: ait. Hoīes enī p maiorē sui iurāt: & oīs cōtrouersie eorū finis ad cōfirmationē est iuramentū. In quo abundātius volēs deus ostēdere pollicitationis heredib⁹/ imobilitatē cōsiliij sui interposuit iurisdū. Vt p duas res immobiles quib⁹ ipossibile est deū mēiri: fortissimū solatiū habeam⁹/ qui cōfugim⁹ ad tenendā ppositā spem quā sicut anchorā habem⁹ aīe ac firmā & incedentē vsq; ad interiora velaminis: vbi p̄cursor pro nobis introiuit secū dū ordinē Melchisedech/ pōtifex factus in eternū. Viden immobilitatē cōsiliij/ & tāti firmitatē & cōstantiā iurisiurādi. quā ob causā/re quadā immobili cohortabat illas filias Hierusalē sponsa. Propter q̄d dicūt. quia sic adiurasti nos. Re immobili & manēti sanxisti tuā in nos cohortationem. Possunt etiā dicere. quia sic simpliciter adiurasti nos/ non p capreas ceruosq; cāporū nō iā p pphetas & apłos: sed nouū aliqd̄ itelligēs p ipm optimū maximū nos obtestaris quasi p oēm modum/ p omnē veritatē. Et iuxta q̄d dicit Apłs per maiorē tuum iurās. At quis maior/ quis clarior: nisi dñs IHESVS? nisi illud numen/ illa sūma diuinitas. Et qui oīs veritas tum legis tū prophetarū est/ imo & p̄minētior q̄dam/ oīs in substātia & essentia cōsistens veritas. Nō iam typos & vmbas assumis sed ipm quē inueniam⁹ & ōne quicquid maius sanctiusq; est. Fortasse ob eā causam vt dimissis veteris legis vmbis pulcherrimā scētemur veritatē. qua sum⁹ vnice adiuratē. Et viden si fortasse spōso liberior liceat cāpas ceruosq; cāporū in iuramēti verba assumere. Ipsī vero spōse nō liceat. Sētiebat iā iā legē euangelicā/ qua dñs cōmonuit non esse p cōlū iurandū/ quia thronus dei est: neq; p terrā/ quia scabellū pedū eius: neq; per aliam quācūq; creaturā. Maiora ergo sētiebāt p hęc iuramēti verba filie Hierusalē: quasi numen diuinū nullis iā sub velamētis aut potiorib⁹ radijs esset cōphēsum. Atq; p hęc tantā obtestationē: mirā volūtātē & incredibile ardorē spōse itelligūt. Quia sic inqt adiurasti nos. Narra ergo nobis q̄ meli⁹ nosti: vt abs qua quotidie purgamur illuminamur/ & p̄ficimur. Memora quātus & qualis sit ille: quē vt inueniamus: tātope a nobis exigis. Quo inuēto possum⁹ illo p̄frui/ illū videre/ reuereri/ amare: qui cū patre & spū sancto est imēsus & infinitus, & illi oīs honor & gloria in æterna secula.

In canticum canticorum de eodem
Omelia sexta.



Dilectus meus (inquit) candidus et rubicundus electus ex milibus. caput eius aurū optimū: comę eius sicut elatę palmarum: nigre quasi coruus. Est enim candidus: quippe qui cādor est immortalitatis/cādor lucis eternę/& speculum sine macula.& decus & pulchritudo/īdumentum eius. Et si verbum/descriptū ab spōsa intelligamus/iste candor/illa lux/inenarrabilis est: absqua omnia illuminātur subsistuntq;. De seipso dominus loquitur. Ego sum lux mundi. Et Ioannes. Erat lux vera quę illuminat omnem hominē venientem in hunc mundū. Et secundum quā dicit in alio loco. Et annunciamus vobis quoniam deus lux est/ & tenebrę in eo nō sunt vllę. Et vide quo pacto subnectit/ ipsum in luce/veluti in quodam vestimento esse. Si autē in luce ambulamus/sicut & ipse est in luce:societatem habemus adinulcem. Hęc tanta lux propter immensitatē suam/colnclens cū tenebris est. & tenebras (inquit) posuit latibulum suū. Et alio loco. Et tenebrę eius sicut & lumen eius. Est enim nobis adhuc in tenebris agentibus incōprehensibilis. cum vero similes illi effecti erimus:tum lucē illam fortasse cōplecti atq; videre poterimus. iuxta quod dicit Ioannes. Scimus quoniam cum apparuerit: similes ei erimus. quoniam videbimus eū sicuti est. Et hac diuina spe vt ambulemus/commonet. Et omnis (ait) qui habet hęc spem in eo: sanctificat se: sicut & ille sanctus est. Sed ista per digressionem sint dicta. Sanctitas etiam ad candorem refertur. Est enim sanctum/immaculatum. Et ἀγιος ὕμν id est sanctitas secundum Dionysiu: ab omni immundicia libera & perfecta/et omnino immaculata mūdicia. Candor etiam ad puritatē/ & innocentiam pertinet. Propter quod/ei quod dicit/candor lucis eternę: annectit & speculum sine macula. Sed videam⁹ quo pacto rubicundus est secundum quā deus/dominus noster IHESVS CHRISTVS est. In prouerbiorū volumine/sapientię indumentum sub typo mulieris fortis bissum & purpuram legimus. Bissus & purpura indumentum eius. Vestem purpuream insigne regū esse/perq; notū est. At domin⁹ IHESVS CHRISTVS & verbum illud quod ī principio erat apud deū: rex regum est & dominus dominātium Et in capite eius (inquit Ioannes) diademata multa: insignia etiam regia: quasi omnium

regnorum rex vnus/ & imperator sit. Et vt secundum diuinitatem illum efformari intelligeres: subdit. Habēs nomen scriptū quod nemo nouit nisi ipse. vestitus erat veste aspersa sanguine. Quod quilibet ad humanitatē referatur: tamē conuenienter ad diuinitatem propter purpureę humanitatis indumentū pertinere posset. vt forte loquatur secundum proprietatē vocabuli purpureę. fit enim ex sanguine conchilli aut muricis. quasi vestem respersam sanguine/purpureā id est regalem intelligeret: aut (vt diximus) propter humanitatē roseo sanguine madentē/ rubicundum diceret. qua/ nulla mellior/ insignior aut preciosior purpura esse possit. Si autem ad humanitatē referimus/ id quod factius est: sanguinē domini IHESV CHRISTI intelligit. Et quā non inepte ad diuinitatē referatur: statim ostendit. Et vocabit nomen eius verbū dei. Possumus candorē misericordię conferre quę semper sereno/ clementi & splendido vultu est. Ipsum vero roseum ruborem ad iustitiam pertinere quasi medius arbiter omnium dominus noster IHESVS CHRISTVS mediator dei & hominum vtrāq; mire iunxerit virtutē. Et ī illo precipue Misericordia & Veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculante sunt. Et est illa iustitia quę de celo prospexit. Et secundum quod misericordia est: stat veluti columbę/ innocentes/ misericordes/ & purissimę ad fenestras suas. Hoc est in summa diuinitatis specula. Sunt enim columbę/ misericordię insigne/ hoc illa significante columba quę ramū oliuę/ iam pace terris redita in arcam inuexit. Obserua igitur quo pacto pro fenestris stat ad miserandum misericordia. sed infinita/ sed immensa/ & iustitia de celo prospexit: quā alio insigni significans Ioannes ait. Et de ore eius procedit gladius ex vtrāq; parte acutus: vt in ipso percutiat gentes. Et paulo explicatius diuinitatem verbi/se monstrasse ostēdit. Et ecce equus albus/ quo hūanitas domini IHESV secundum eruditos designatur: & qui sedebat super eum/ vocabatur fidelis & verax. ille quidem qui vlt/ veritas/ et vlt/ est: & cum iustitia iudicat & pugnat. & in sequentibus hanc diuinam & regiam iustitię verbis purpuram ostēdens ait. & calcatur torcular vini furoris ire dei omnipotentis. & habet in vestimento & in femore suo scriptum. Rex regum & dominus dominātium. Qui enim insidet humanitati/ verbum est/ cuius vestes purpureę sunt & sup admirabili & diuino/ si dicere dignū/ sanguine rubricatę. quo eius incōparabilis iustitia designaret: ipsius nimirū humanitatis indumentū. Habet enim diuinitas ipsa vt hūanitas sua τρωικῶσ. i. allegorice indu-


inēta. Dominus regnauit decorē indutus est: indutus est dominus fortitudinem & præcinxit se. Et alio loco. Qui præparat montes in virtute/accinctus potentia. Et amictus describitur lumine sicut vestimento indutus confessionē & decorē. & abyssus sicut vestimentū amictus eius. vt in. clix. Psal. scriptum legitur. Et præcinctus virtute plerūq; describitur. licet ista ad humanitatem siue sanctam & immaculatam eius ecclesiam nōnūq; referantur. De humanitatis indumentis notū est. & facta sunt (inquit) vestimenta eius alba sicut nix. Candidus ergo & rubicundus secundum diuinitatem est: atq; per hoc electus ex milibus cui milia milium ministrant & decies centena milia assistunt ei. Et illi omne genua flectitur/coelestium/terrestrium/& inferorum. Et omnis lingua confitetur. quia dñs IHESVS CHRISTVS in gloria est dei patris. Nā tibi videt delectus ex milibus? Cui enim aliquando angelorum dixit filius meus es tu: ego hodie genui te? Et. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Et viden quomodo electus ex milibus: idq; æternum est. Non a principio (ait ipse in Esata) in abscondito loquutus sum. Erat enim in clarissima patris luce: ipse certissima & clarissima lux. Ex tempore illo quidem æterno anteq; fierent ibi eram. Et nunc dominus deus misit me & spiritus eius. Hæc dicit dñs deus redemptor Israel. Viden vt electus ex milibus est (si dicere licet) q; mit tere. De quo dicit Apf: qd adueniente tēporis plenitudine: misit deus filium suum vnigenitum/natum ex muliere: factū sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret. Hic est ille: qui omnia portat verbo virtutis sue. qui anteq; terra fieret. ibi erat in summo scilicet æternitatis sinu manens. & se designatum esse atq; perinde electum esse ex milibus: descendens ait. Et delictū meū esse cū filiis hominum. ad quos redimendos selectus sum. Et obserua ex hoc loco sacramentū trinitatis personarum siue pluralitatis in diuinis. Qui enim electus est/ab aliquo sit electus oportet. & illo quidem vel tantū origine priore. Prior origine pater. sed progrediamur. Nō potuit quisq; veterū hanc diuinā diuinę remissionis & incōparabilis ventę lucē inferre mundo. Nō potuit quisq; alius antiquū delere chyrographū/nō misericordiam neq; iustitię. Nec illā dissidentium pacem procurare mundo. Eius vna lux nescit tenebras. alię omnium luces/ si modo luces dici mereantur: permixtę fuere. Quę eius comparatione nō tā luces sunt q̄ tenebrę. Ipse igitur priogenitus in multis fratrib; iura priogeniturę iuxta Apostolū nactus. Alter nimirum iacob immo plusq; iacob hic. alter Melchisedech qui sine generatione recensetur. At vero plusq; Melchisedech: aut

quisq; veterum patrum cuius ineffabilem generationē secundū prophetam/quis enarrabit? Id quod non de eterna modo: sed de temporali ex virgine generatione sit dictū. Pulchre quidā sanctorum dixit. Quid autem sit diuina substantia/que altera ex naturis domini nostri IHESV CHRISTI est: vel quopacto vbiq; sit: & in omnibus: quomodo deus ex deo genitus est: aut processit: aut quēadmodum semetipsum exinanuit vnigenitū filius & deus homo factus: ex virginis sanguinibus alia q̄ nature lege plasmatus: aut quomodo siccis pedibus sup. aquas incessit: et ignoramus et eloqui nō valemus. Tantum illa eloqui possumus: quę nobis enūciata sunt. Viden vt tantus & talis electus ex milibus est. Videamus si candidū & rubicundum in candorem diuinę veritatis & igneū siue roseum vigorem iustitię explanare possumus. Ipsa veritas tota est candida & fulgens. & vt quidam ait/per se maxime patet. ergo candida maxime. Et quod suapte sorte & natura tam aperta & clara/facile vincit omnia. vt in quodam quoq; libro Esdrę si forte reciplatur/scriptum est. Et dominus ignis consumens est/ & ante faciem eius ignis vorans ait Ioel. & post eum exurens flamma. Atq; olim cum legem promulgaret: in specie ignis apparuisse refertur. Habebat tum forte illa species ruborem quendam terribilem. Et ita terribile erat/quod videbatur: vt exterritus Moyses dixerit. Exterritus sum & tremebundus. Et pulchre in refectione siue reuelatione ostendit Ioannes candorem videlicet pacis & veritatis & igneum fulgorem iustitię. Caput (inquit) eius & capilli erant candidi tanq; lana alba & tanq; nix: et oculi eius velut flamma ignis: & pedes eius similes aurichalco. sicut in camino ardenti. Vtrumq; connectit & candorem & roseum siue igneum ruborem. Id quod Ezechiel in electo omni preciosiore auro & igne consumenti in celebri illa & famigeratissima visione designauit. quod a plerisq; licet sub velamentibus & sacramentis factitatum est. Candidus igitur & rubicundus dñs IHESVS deus & hō est. Atq; vtinā ille eternus nobis illuceat fulgor diuinę veritatis & lucis: quo ista/ōni pietate & puritate/ & si nō satis p dignitate (oīs qppe sermo infero r est) enarrare possim. Descēdam ad hūanitatē aut vtrūq; simul diuinitatē hūanitatēq;. Dñs noster IHESVS CHRISTVS purissimā habēs hūanitatē/candidus: & ppter eū quē abūde effudit sanguinē p redēptionē nostrā/rubicundus ē. Tu autē (ait ppheta) i sanguine testamenti tui eduxisti victos de lacu. Ipse vero Apf locupletissimū affert in ea re testimoniū. atq; iter inūerabilia/hoc quoq; dicit.

Deus autē pacis / qui eduxit de mortuis pastorem magnū ouīū
 in sanguine testamenti æterni / dominum nostrum IHESVM
 CHRISTVM: aptet vos in omni bono. Et hoc tanto sanguine
 & omnia in lege veteri & noua: licet illo tēpore in figura / hic au-
 tem in veritate mūdabantur: & sine sanguinis effusione non fit
 secundā Apostolū remissio. Necesse est (inquit Apostol⁹) exēpla-
 rīa cœlestium his mūdari: ipsa autē cœlestia melioribus hostijs /
 q̄ istis. Et hæc erant fortasse illa vestimēta respersa sanguine, q̄
 magis litterę quadrare videtur: & illa bisus & purpura de quib⁹
 antea meminimus. Et obserua quo pacto non dicit bisina aut
 purpurea eius esse indumēta: sed bisum & purpurā. Erat enim
 dominus IHESVS CHRISTVS / ipsa puritas & ipse roseus
 fulgor, erat enim mitissimus & speciosissim⁹ forma etiā secundū
 humanitatē assumptā præ filijs hominū. quidā existimāt candi-
 do siue albicātī & roseo colore (quod ille miscellaneus color pul-
 cherrimus fit) humanitatem fuisse insignē, vt iuxta primā litterę
 frontem etiam pleraq; explicētur. Candidus igitur & rubicū-
 dus dominus noster est & electus ex milibus. Fuit enim vinctus oleo
 exultationis præ participib⁹ suis: qui etiā (vt antea de Apostoli
 testimonio dixim⁹) est ante oēs: & ōnia in ipso cōstant. Quoniā
 per ipsum oīa facta sunt: & sine ipso factū est nichil. Videamus
 si vtrāq; naturam in eo quod dicit candidus & rubicū-
 dus exp̄-
 sam conijcere possim⁹. Candida est diuinitas / nam & cādor est
 (vt antea diximus) lucis æternæ & speculum sine macula. Rubi-
 cunda vero ipsa humanitas quando visus est despectus: & non
 erat ei species / neq; decor. Et non sine grandi mysterio eius in
 Apocalypsi vestimēta tantum esse respersa sanguine legūtur. Et
 in Esaia. Diuina numina illū intinctis vestibus ppter roseū san-
 guinem mirantur. & istud fortasse cōuenientius dicitur. Veniam⁹
 mus ad reliqua. caput eius aurum optimū. Est enim regio opti-
 moq; decore insignis. In capite sapientiā esse existimāt: quę tota
 aurea & regali ornāmēto p̄ illustris est. Ipse vero dñs IHESVS
 CHRISTVS sapientia est. Aurum ad sensus mysticos & regiā
 dignitatem refertur / & ipse omnes sensus mysticos & omnē spi-
 ritālē traditionē / q̄tum necesse erat intulit. Vt ex illo veluti fonte
 in omnes ecclesię riuulos isti imortales sensus deriuarētur. Atq;
 ex ipso veluti capite in oīa membra aureus sapientię fulgor de-
 curreret. Propterea forte & aurea vestis ecclesię cōmemoratur:
 quippe quę regnū / decus / & gloriā ab ipso æterno & immortali
 rege susciperet. Reges factur⁹ erat dñs IHESVS: regem igitur
 eum esse oportebat. Creaturus erat p̄ticipes. P̄ticipem igitur

esse oportebat, idq; secundum mellorē q̄ vt sub lege esset ordinē.
 ordinem quidē Melchisedech. De quo frequentius meminī
 Apostolus. Ab ipso igitur sapientissimo sapientes plurimi pro-
 dituri. Et obserua quo pacto aurū optimū / nō simpliciter au-
 rum dicitur: quod omnia in domino IHESV CHRISTO opti-
 ma maxima sint. Fortasse hoc loco electrum / omnīū metallorū
 preciosissimū designans: vel aliquid omni auro superius. Aurū
 quippe optimū maximum est: sed quale nusq; nisi in ipso in-
 ueniri possit, sunt enim oīa in ipso cū præcipua tum singularia &
 de spiritu sancto tantum formata. Si aurum in sapientiā reputa-
 mus: ipse quidē sapientia, nec tam sapientia / q̄ omnis fons / ori-
 go & causa primor sapientię: & eminentiori ratione sapientiā: q̄
 a quoq; dici aut cogitari possit. Nec enī illuc conscendere datur:
 vbi infinitudo præcipue agit. Nec solum secundū diuinitatem
 infinitudinem sapientiæ ibi spectare possumus: sed etiam si eru-
 ditis credimus / secundum illā diuinam: quæ cū carne / in ean-
 dem hypostasim & personam a diuinitate suscepta est animā.
 Illi nempe lunatissima fuit. Et tam sanctę & penitus admirabilī
 animæ / infinitam sapientiā / diuinitas ipsa cōmunem fecit. Atq;
 idem de omnipotentia fecisset: si illud quidē suapte natura aut
 forte fieri potuisset. Fieri quidē aliqua ratione cōmunis omnis
 sapientiā potest: nulla vero ratione omnipotentia. At satis no-
 bis est illā personā & hypostasim domini nostri IHESV CHRI-
 STI omnisapientem omnipotentēq; esse. Illū quoq; optimū
 maximum regē & imperatorem esse: in cuius manu omnia sunt
 posita / & nō est qui possit suæ resistere voluntati. Possumus au-
 rum / ad charitatem siue ingentem domini IHESV diuinitatē
 conferre. Nam & posteriora columbę in pallore sunt auri. & ip-
 sum quoq; caput totum in scripturis ad diuinitatem pertinet.
 Sepe diximus iuxta eloquiā caput viri CHRISTVM esse:
 CHRISTI vero deū esse. & totum dominū IHESVM CHRI-
 STVM in caput referri ostendit Apostolus. Et ipsum dedit ca-
 put supra omnem ecclesiam / quę est corpus ipsius & plenitudo
 eius: qui omnia in omnibus adimpletur. Et ipse verus deus. Vt
 i diuinitatis quęcūq; optima clarissim⁹ quomō pater / nō susce-
 ptus quidem: sed vt sepe meminimus æternę q̄tum ad diuini-
 tem genitus.

In canticum canticorū.
In canticum canticorum de eodem
Omelia septima.



Omē eius sicut elatē palmarum / nigrē quasi coruus. Elatē palmarum / rami siue frondes sunt palmarum: fortes quidē & plurimo robore donatē atq; in sublime sese erigentes. ἑλατη grēco vocabulo ables est. & ob quādam cum illa arbore similitudinē: frondes siue rami palmē / elatē dicti sūt. Quasi palma exaltata: dicit̄ alibi Sapientia in cades. Cades translata vel fontē iudicii interpretatur. & dominus noster IHESVS illa victoriæ palma est pene translata. quando exinanuit semetipm formam serui accipiēs: in similitudinē hominū factus & habitu inuentus vt homo. quando veritas de terra orta est. Et iterum translata hęc victoriæ palma: quando exiuit a summo cœlo. & exiuit vincens vt vinceret: dato arcu in manu eius. Et iterum translatus tum cum ascendit pandens iter ante eos. Et quis est qui ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo: CHRISTVS dominus qui est in cœlo? Foelix hęc quidē & diuina pro oībus nobis trāslatio. Exaltata igit̄ hęc palma victorię in cades. Palma nota arbor est / eaq; nobilissima quā Gręci Φοίνικα hoc est phœnicem vocāt. quod comā in cacumine habeat circūextensam & ramos in digitorum modum protensos. Alexandri milites palmis viridibus stragulatī leguntur. & tanta dactylorū qui poma palmē sunt musteis suauitas est: vt finis mādēdi nō nisi periculo fiat. Item palma victoriā. quoniam apud vetustiores in certaminibus palma victorię signum erat. Qd̄ ideo institutū putant: qd̄ ingenium huius ligni est / vt vrgētibus pmentibusq; nō cedat. Nā authore Aristotele si sup palmē arboris lignū magna pondera iponantur: & adeo vrgeatur onereturq; vt oneris magnitudo ligno sustineri nō possit: nō deorsū palma cedit vt ceterę arbores sed aduersus pōdū surgit: & sursum nitit̄: recuruatq; vt pōdus relinquit. A palma vero cū victoriā significet / palmatā siue palmariā togā veteres dixerē. Comē igit̄ dñi IHESVS hoc ē virtutes cogitat̄ & gratiē siue ei⁹ diuinę pprietates sicut elatē palmarū. Fuerūt enī semp iuictę semp i altū erectę. nulli vnq; cedentes oneri. Si nō facio (ait) opa quę nemo alius facit: nō credite michi. & plerūq; cōfusi & stupentes Iudęi non audebāt illū amplius interrogare. Ecce (inquit Esaias) validus & fortis dñs sicut impetus gradinis / turbo cōsurgens. sicut impetus aquarum multarū inundantiū: & emissarū super terrā spa-

losam. Pedibus conculcabit̄ corona superbie ebriorum effraim. Et iterum amplius hanc dñi IHESVS fortitudinē designās. In die illa erit dñs exercituū corona glorię / & sertum exultatiōis residuo populi sui. Et paulo post fortitudo reuertētib; de bello ad portam. Et vide iterum illā palmam dñi IHESVS semper inuictā. In Esaiā ita scriptū est Multiplicabitur eius imperiū / & pacis nō erit finis / super solū Dauid & super regnū eius. vt cōfirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia / a modo & vsq; in sempiternū. Zelus dñi exercituū faciet hoc. Et iterum. Exaltabitur autē dominus solus in die illa. quia dies dñi exercituū super omnē superbū & excelsum & sup omnē arrogantē. Subdit. Et incuruabitur oīs sublimitas hominū & humiliabitur altitudo virorū / & eleuabit̄ dñs solus in die illa. & idola penitus cōterētur. Et frequēter ingeminat. In oībus his nō est auersus furor eius: sed adhuc manus eius extenta. Intra dñi exercituum conturbata est terra. & erit popul⁹ quasi esca ignis. Et quicqd̄ in eo est / forte & validū esse ostēdit. Nō est deficiens neq; laborās in eo: nō dormitabit̄ neq; dormiet neq; soluet̄ cingulū renū eius. nec rūpetur corrigia calciamentū eius. Sagitte eius acutę & oēs arcus eius extenti. vngulę equorū eius vt filex: & rotę eius quasi impetus tēpestatis. rugitus ei⁹ vt leonis: rugiet vt catullus leonū & frendet et tenebit̄ pdam: & āplexabitur: et nō erit qui eruat. Posset ne exp̄ssus illā semp inuictam palmā dñi IHESVS describere? Posset ne virtutes ei⁹ & diuinas pprietates aptius explicare? Quis enī fortis sicut deus noster: magn⁹ & terribilis & facies mirabilis? Dicit̄ et̄sā exaltata hęc palma in cades / hoc est in fonte iudicii. Nā & ipse dñs secundū pphetā. spūs iudicii est sedenti sup iudiciū. Propter qd̄ fortasse dixit Esaias dñm corroboraturū regnū in iudicio & iustitia. Viden vt apertissime palma & victoriā i fonte iudicii ē. Iustitia quippe / veluti fonte vberissimo iugiter roborat̄ / atq; irrigat̄. Nec sine fortasse tātę ref̄ mysterio / incurrerūt filii Israel i. lxx. palmas & duodecim fōtes in solitudine. Qd̄ q̄q; in. lxx. discipulos: & duodecim ap̄licos fōtes referat̄: tamē & hoc mysteriū / vt pleraq; alia / cōtinere pōt. vt sit exaltata palma in cades in fōte scilicet seu fontib; iudicii. Erāt enī sec⁹ limpidissimos illos fōtes palmę crescēt̄s quasi nō nisi i iudicio victoriā esse possit. Et Ap̄li primores fōtes iudicii sunt. qbus pollicit⁹ est dñs sessuros illos eē sup sedes. xii / iudicātes. xii. trib; Israel. Et obserua quo pacto in Helim sunt palmę & fōtes. Helim quippe interpretatur fortē eorū / siue arletes / aut robustos. De quibus arletib; & vigesimus octauus psal. dicit.

Afferte domino filij dei: afferte domino filios arietū. Sunt igitur palmę & fontes apud arietes & robustos principes gregis. Viden vt victoria fortis & iclita est: & nusq̄ alibi nisi apud fortes et robustos principes gregis. At hic dominus noster IHESVS CHRISTVS / & fortis & robustus & princeps nobilissimus gregis est. De quo dicit Petrus apostolus. Eratis enim sicut oves errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopū arietum vestrarum. Olim in ariete immolabatur / ipse fortissim⁹ aries. De quo tanto & tali ariete omnes superante arietes / ait Apostolus. Si enim sanguis hircorū & taurorum & cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emūdatiōem carnis: q̄to magis sanguis CHRISTI qui per spiritū sanctū semetipsum obtulit immaculatū deo / emundauit conscientiam nostram ab operibus mortis / ad feruendum deo viuenti: & ideo noui testamenti mediator est. Hic est ille aries quē leuatis oculis Abraā vidit post tergum (uenturus quippe erat post eū) inter vepres herentem cornibus. De quibus ait Abacuch. Et cornua in manibus eius. Cernis vt mysteria vndiq; mire conueniunt. vt vbi arietes sint: ibi & palmę & fontes / ibi victoria sit & iudiciū. In Ezechiele vbiq; in templo dominico sunt palmę. Et palmę (inquit) celatę in fronte eius hinc & inde. Templum dñi / dominus IHESVS CHRISTVS: in quo vbiq; insignis est victoria. Vt sit victor ipse sibi & alijs / egregius. Et palma quidem victoria: aq; in plenitudine est scientiæ: nec nisi in tanto fulgore / esse potest. Et palma (inquit) inter cherub & cherub. Quasi vndiq; valata victoria esset / plenitudine scientiæ. Duasq; facies habebat cherub / duas fortasse naturas in domino nostro designās. Iuxta quas vndiq; palma & victoria. Dedit ei (inquit) potestatem iudicium facere: quia filius hominis est. Et de illo quoq; dictum est. Arcum conteret & confringet arma & scuta comburet igni. Et subdit. Et faciem hominis iuxta palmā ex hac parte: & faciem leonis iuxta palmā ex alia parte. Et aduerte si geminam faciem / duas in domino nostro volūtaes dicere possimus: et iuxta vtrāq; victoriam esse. Quoniam nō est inuētus dolus in ore eius. Et pulchre in eo respondebant infima sūmis. Iuxta ingenium palmę / natura & sancti domini mores expressi sunt: qui nunq̄ prementibus cessit. De quo scriptū est. quod vere lāguores nostros ipse tulit & dolores nostros ipse portauit. Et quod vulneratus est propter iniquitates nostras: & attritus propter scelera nostra. Disciplina pacis nostrę super eum. Et omnia ipse pulcherrima vincit patientia. Propterea dicit. oblatus est: quia

ipse voluit: & nō aperuit os. Sicut ovis ad occisionem ducetur: & quasi agnus / coram tondēte se / obmutescet: & non aperiet os suū. De angustia & de iudicio sublatus est. Cui attestatur etiam Ioannes. Quia vicit Leo de tribu Iuda radix Dauid: aperire librum & soluere septem signacula eius: & illi data est omnis victorię corona. Fructus etiā huius palmę dulcissimi sunt. De quib⁹ in cātico meminit in psona verbi spūs sanct⁹. Ascēdā in palmā / & apprehendā fructus eius. Virtutes igitur & pprietates tā multiplices dñi IHESV / sicut elatę palmarū miro ordine dispositę & cōstāti robore suffultę in sursum de natura palmę semp erectę / semp sublimes. Sed quomodo istis diuinis pprietatibus virtutibusq; qđ sequit̄ conuenire potest? Nigrę (inquit) quasi coruus. Pelles Salomonis nigras legimus / tabernacula etiā cedar quasi fusca vel ex ipsa pprietate vocabuli & nigricātia sint obseruamus / quib⁹ tamen ecclesię decor & pulchritudo cōfertur. Nigra sum / ait / sed formosa filię Hierusalē: sicut tabernacula cedar: sicut pelles Salomonis. Cedar vero tenebras interpretatur. Et tenebras posuit dñs latibulū suū. Operculū igit̄ dñi / tenebrę. Sed quale domini operculū & amictus esse potest: nisi eius forte ratioēs innumerabiles & immēse: nisi eius immēsitās / incōprehensibilitas / eternitas / omnipotētia: De vna quadā illarum dictum est. Et sapientię eius nō est numerus. Et de alia quapiā. Et magnitudinis eius nō est finis. De pulchritudine & decore qđ in indumentis domini referantur: sepe dictū est. Pulchritudo & decor indumentū eius. Et indutus etiā dñs fortitudinē dicitur: accinctusq; potentia. Hec sunt pulcherrima regis & spōsi operimēta sed propter immēsitatem suā tenebrosa. sunt tales & tantę eius comę nigrę quasi coruus. Nigredo tamen aut fuscedo qđ aliqd ppter colorē negantis habeat: plurimū tamen affirmātis significationis retinet: robur enim & florem iuuetutis designat. Decebat in epythalamio spōsum iuuenē & robustū introduci. Vbi oīa letā & vegeta sunt / diuinaq; pulchritudine florentia. In Daniele / & in Apocalypsi Ioānis / eius comę albicātes erāt & candidę sicut nix: quod in specie iudicantis ibi introducatur: & talis (qualē decet iudicem) maturus & senex efformetur. Et capilli (ait Daniel) capitis ei⁹ / quasi lana mūda. Ioānes quoq; in Apocalypsi ait. Caput eius & capilli erant candidi tanq̄ lana alba & tanq̄ nix. Et obserua caput ibi efformari candidū: & in cātico aurum optimū esse refertur. Idē tamen domn⁹ noster IHESVS CHRISTVS est: cui⁹ caput nunc aurum optimū est: nūc vero candidū. Et cui⁹ comę hic nigrę: ibi candidę legunt̄. Et nimirū

eum opposita in illo qui incomparabilis est/ inenarrabilis sint concordia:& in eo qui omnia est/ vniuersa tametsi contraria & aduersa mire coincidunt. Et qui vniformis maxime est: idem & multiformis est. In florida & vegeta etate spiritali tamen/& robustus & vegetus est. eiusq; comæ nigre quasi coruus. Senibus vero & prouectis & quibus iudicandi potestas data est: & senex & prouectus & iudex efficitur. Nam secundum quod dicit Esaias/ rex noster est/ & legifer noster:& ipse saluabit nos. Nigræ ergo propter lucis & fulgoris immensitatem sunt comæ/ & tantę proprietates:& nigræ quasi coruus extremam quãdam & vltimã nocte nigredinẽ. Sed mirũ quo pacto immundũ aial in sancto dñi vertice effigiãdo suscipiatur? Nisi forte dicam⁹/ nichil ibi immundũ esse: vbi quęcũq; visuntur/ aurũ sunt optimũ. Nec in sancto lintheo/& diuo dñi capite quicq; immũdum esse. alioquin si sepositũ fuerit/immundũ. Coruus in hãc fortasse sententiã q̄ diu in arca dñi est: mundus vt colũba est/ aut iter mũda receptus. extra vero arcam consistens/ atq; mortali putredini herens/ immũdus est. Et vox de cœlo secũdo ad Petrum: vt in Actionibus apostolicis scriptũ est. Quæ deus mũdauit tu ne cõmune dixeris. Sed q̄ magis mũda: q̄ quę in sancto dñi capite recepta sunt? Videam⁹ si possumus comas dñi/ sanctos quoscũq; dicere: qui p̄ insigni corona/ coma/ & cincinũs dñi sunt. Nã sunt & illi mire dispositi/ sicut elate palmarũ: victores atq; in superiora semp festinãtes. cãdidũ sunt: & palmæ in manib⁹ eorũ. De quibus dicit Ioannes. Post hec vidi turbã magnã quã dinumerare nemo poterat ex oĩbus gẽtib⁹/ & populis/ & linguis/ amicti stolis albis: & palmæ in manib⁹ eorũ. Nõ sunt sine palmis: qui victorem dñm & regem regũ sequũtur. Non possunt sine victoria esse tanti & tales. Qd̄ vero sequãtur ostẽdit in sequẽtib⁹ Ioãnes. & exercit⁹ qui sunt in cœlo: sequebãtur eũ in equis albis/ vestiti byssino albo & mũdo. Et hi sunt in quorum manibus palmæ (vt antea dixit) erãt. Et palmę (inquit) i manib⁹ eorũ. Quomodo enĩ cum vincente capite nõ vincerẽt ipsi? Sunt igit̄ isti elate palmarum/ in dñi IHESV sponsi & regis capite. Et si tẽplum dñs est & agnus (vt ait Ioãnes. Et tẽplũ nõ vidi in ea. Dñs enĩ de⁹ omnipotens tẽplum illius est: & agnus) videamus si possum⁹ dicere palmas illas q̄ multiples p̄ tẽplo Ezechielis sculptæ erãt/ sanctos quoscũq; tẽplo dñico: hoc est ipsi dño IHESV: eiusve capiti mira & incõparabili dispositione herentes. Sunt enĩ iuncti vt elate palmarũ. Et obserua secũdum hanc intelligentiã inter angelicos ordines: sanctos quoscũq; receptos esse pro modo meri-

torum & graduũ. Id quod vetustissimi theologi ex dñi sententiã arbitrati sunt. Vide quid ait scriptura. Et palma inter Cherub & Cherub. Possit ne explicat⁹ dicere. Et sanctus quicũq; inter Angelum & Angelũ. & vbiq; similitẽ ordinẽ inueniri ostendit in sequẽtib⁹. Dicit enĩ. per omnẽ domũ in circuitu/ de terra vsq; ad superiorẽ partẽ Cherubin & palmę celatæ erant in pariete tẽpli. Dñs in euãgelio. Erũt (inquit/ de hoĩbus loquẽs) similes angelis dei. Si similes: ergo & in ordinẽ eorũ recepti: sed nõ nisi victores & qui in pulcherrimas relati sint palmas: siue victoriæ palmas gestãtes in manibus eorũ. Aut tanq̄ elatæ palmarũ/ relati in dñi caput: illũ tam sanctũ & venerabilẽ dñi verticem quoquo pacto obtegẽtes. Sed videam⁹ quo modo tã venerabiles comę: nigre sunt quasi coruus. Nigra etiam est ecclesia vt antea diximus/ & ipsa quoq; de se dicit. Nigra sum sed formosa filiæ Hierusalem. Nichil officit tãtæ suę pulchritudini/ quęcũq; nigredo. Et iterũ. Nolite me cõsiderare qd̄ fusca sum: quia decolorauit me sol. Idẽ forte sol iustitię/ qui decorã & pulchrã fecerat: nigricãtem quoq; fecit pro eius meliorib⁹ & robustioribus p̄fectibus. Non spernit sanctus Moyses nigricãtis ethiopissę cõplexus/ pro qua dominus in sanctũ Aaron & Mariam Moyis sororẽ exposulat. Ruth Moabitũ atq; ob eã rem fusca fortasse & nigricãt/ tamen in sancta generatione domini recẽsenda suscipitur. Quid mirũ igitur si comæ dominicæ/ sancti quoq; omnes in sponsi capite nigri obseruãtur? Et qui olim caligo & tenebræ sub pedibus domini erant: pro quo dictũ est. Et caligo sub pedib⁹ eius: nunc in sacro sancto vertice migrantes & vegetę sunt comę: eundẽ forte p̄pter eminentem virtutẽ & natiuam efficaciam colorẽ retinentes: tametsi non eãdem p̄prietatem/ aut significationem. Et vide si in hanc intelligentiã/ ille fumus qui sup̄ luminari sublato in Esaia repleuerat domum: nunc purissima & fulgẽtissima lux sacrum circũfulserit Pauli caput. Ait enim scriptura. Et subito circũfulsit eũ lux de cœlo. Et quę ignorantia & tenebris affecerat rebelles Iudeos: nunc Paulum diuino & plurimum flammato & ardenti repleat lumine. Cõtra illos dictũ est. Vade/ & dices populo huic Audite audiẽtes/ & nolite intelligere: & videte visionem & nolite cognoscere. Excęca cor populi huius/ & aures eius aggraua: & oculos eius claude. Ne forte videat oculis suis: & auribus suis audiat: & corde suo intelligat & cõuertatur. Nõne tibi videtur domũ illã repletã esse fumo: Cõtra vero de Paulo dictũ est. Vade quoniã vas electionis est michi iste: vt portet nomen meũ corã gentib⁹/ & regib⁹ & filijs Israel. Et paulo post ait scriptura.

In canticū canticorum.

Saulus autē/multo magis cōualescebat:& cōfundeat Iudeos/
affirmās/quoniā hic est CHRISTVS. Nōne tibi videtur illas
olim Pauli siue synagoge tenebras:cōuersas esse in lucem:& in
hūc sensum nigricātes comas/cōuersas esse in cādidas & lucen-
tes? Et tentandū si secūdū ordinē p̄destinationis: ista explicare
possum⁹. Vt qui demū ob merita sua electi sunt:& ob eā causam
sint in sancto dñi capite. Ij⁹ p̄pter p̄sentem iustitiā nigricātes &
reprobi videātur:tamen susceptos p̄pter finalē iustitiā/& p̄inde
in capite dñi esse. Vbi etiā futura p̄pter immēsam & ineffabilem
eternitatem p̄sentia sunt. id qđ ostendit scriptura. Cū enim (ait
Apostol⁹) serui essetis peccati: liberi fuistis iustitię. Subdit. Nunc
vero liberati a peccato/serui autē facti deo: habetis fructū ve-
strum in sanctificationē. finē vero/vitā eternā. Et aptius in cō-
sequētibus istud idē explicat/iuxta Osee vaticiniū. Vocabo non
plebem meā/plebē meā. & non dilectā/dilectā. & nō misericor-
diam cōsecutā: misericordiā cōsecutā. Et erit in loco vbi dictū
est eis/nō plebs mea vos: ibi vocabūtur filij dei viui. Possit ne
aptius dicere iuxta hunc sensū/nigricātes comas quasi coruus:
tamen in cādidas & lucētes penitus cōuersas/& qui sp̄sus erat
ecclesię de gētib⁹ cōgregatę: voluit hanc mirabilē potestātē in se
ostendere: vt ex nigra & ethiopiā siue muliere fornicaria cādī-
dam faceret & pulchrā: imo vero vnicā suā colūbam. Audi qđ
dicit Apostolus. Quod si deus volēs ostēdere irā:& notā facere
potentiā suā:sustinuit in multa patiētia vasa irę apta in interitū
vt ostēderet diuitias glorię suę/in vasa misericordię/quæ p̄pa-
rauit in gloriā: quos vocauit nō solum ex Iudeis/sed etiā ex gē-
tibus. Et in hūc sensum dixit Ioannes/cognomēto baptista. Qđ
potens erat deus ex lapidib⁹ istis suscitare filios Israel. & tanto
amore ducebāt sp̄sē suę qđ tum forte meretricis & nigre: vt illā
tametsi nigrā & fuscā:tamen in decus capitis assumeret. Vt sint
come eius quasi elatę palmarū/nigre quasi coruus. Et qđ nigre/
tamen sūt victrices tales/& tātę comæ/ī caput dñi/in illud opti-
mum aurū assumptæ. Eius qđ meretricis tamen se virū vocat.
Frons inquit mulieris meretricis facta est tibi:noluiſti erubescere.
Ergo saltē a modo voca me pater me⁹: dux virginitatis meę
tu es: vir igiſ & pater aduersatricis & meretricis dñs. Et nimirū/
cū illos quoscūq; rebelles tñ velit cōgregare sub alas: qđ incredi-
bile igiſ si volētes tametsi nigros p̄pter pristinā vitā referat ī ca-
put vt cādidos & fulgētes reddat: qui iuxta Hylariū/arūdinib⁹
ī capite cefus est: quo delictorū nostrorū vanitatē deleret. Et tāta
ille rex & sp̄sus charitate insignis est. Vt relicis nonagitanouē

Omelia VII

51

in deserto: ouem errantem suis gestans humeris in numerum
redderet. Ibi in humeris peccatricē defert: hic vero gestat in ca-
pite nigram. Et vide si dicere possum⁹ nigrā ecclesiam qđ diu hic
militat/esse. At vero in cœlesti illā & triumphāti Hierusalem re-
gio amictu/decore/& ilumiē insignē. Et eadē nūc nigra dicitur/
propter iuges & continuos quos hic patitur æstus. Nunc vero
dealbata: quando in æternum eterni sponsi thalamū introduci-
tur. Quæ est ista (inquit) quę ascēdit dealbata. nec nisi e mortali-
tate in regnū immortalitatis conscēdens/dealbata conspici po-
test. Et aduerte si propter eam causam in Apocalypsi/capilli do-
mini tanq̄ lana alba & tanq̄ nix describantur. In quibus fortasse
gloria sponsę & membrorū designatur. Vt iam tum nō sit opus
propter certamina/robore: atq; propter eam causam nigredine.
Sed vbi in pace omnia sunt/omnia albicātia & plena decore &
gloria cernātur. Nec solū ibi in albicantibus capillis habitus iu-
dicantis describatur: nec illud fortasse (vt quidā existimant) cum
nec vlla ibi sedes iudicātis vt in Daniele describat. sed in illo cā-
dore/sponsę gloria expressa sit. Id quod p̄cedentia & sequētia
manifeste demōstrāt. Et facies eius (inquit) sicut sol lucet in vir-
tute sua. Talem etiā glorię designationē demōstrationemq; in
monte Thabor discipulis fecerat: quādo resplenduit facies si-
cut sol/& vestimēta eius facta sunt alba sicut nix/siue vt lumen.
Et manifeste eius gloriā in Apocalypsi describit Ioānes: dum sic
loquentem explicat. Ego sum primus & nouissimus. & viuus/&
fui mortuus. Et ecce sum viuens/in sēcula sēculorum. Viden vt
aperte gloriā domini & perinde membrorū & ecclesię describit.
In canticō vero dum adhuc in certamine est ecclesiā: sponsus &
sp̄sa describūtur. & ibi come/& sancti qđ fortes & victores ta-
men nigri/vt ecclesia adhuc obseruatur. In cœlesti vero Hieru-
salem vbi plenissima & pacata erit gloria/totus ille nigror in cā-
dorem vertet/quando dies diei eructabit verbum/nec amplius
(quādo flores apparuerint in terra) nox nocti indicabit scientiā.
Vbi oīa in pulchro & manēt: lumine & plenissimo meridie erunt:
nec quicq; deficiens/aut deficiētis speciē habēs erit ibi admissū.
Atq; illū oēs in splendore admirabili imitabūtur: qui de se dicit.
Ego sum genus & radix Dauid: stella splendida & matutina. &
omne maledictū siue speciē maledicti habēs non erit amplius.
Quoniā dñs deus (vt ait Ioānes) illuminabit illos & regnabūt in
sēcula sēculorū. Hęc fortasse plusculis p̄sequuti sum⁹. quę semp
cum bona venia & diuę obedientię p̄fatione/dicta sint. Nunc
ad reliqua veniamus.

In canticum canticorum.

In canticum canticorum. de eo quod scribitur Oculi eius sicut columbæ
Omelia octaua.



Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum: quæ lacte sunt lotæ: & resident iuxta fluueta plenissima. In spirituali cantico omnia spiritualiter & diuine intelligenda esse ambigit nemo. Oculi ergo/ admirabilis vis eius qua singula intelligit/ mire omnibus prouidet: oculi sunt sapientie/ scientie/ & prudentie. Qui omnes in ipso incomparabiles sunt vires virtutesque quibus vniversa condidit. Dominus (inquit/ & alio loco meminimus) in sapientia fundauit terram/ stabiluit celos prudentia/ scientia illius. ita enim plerique legunt eruperunt abyssi/ & nubes rore concreuerunt. Sunt etiam oculi spiritus & regis nostri quibus eterne videt patrem. Nemo (inquit) videt patrem nisi filius: & cui voluerit filius reuelare. quam visionem: in plerisque cognitionem appellat. Oues ait meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas. Quæ eius diuina cognitio/ dilectio & approbatio est. Propter quod subsequenter dicit. Et ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum. Et contra/ non cognitio eius/ reprobatio est: quando non indulgenter creaturam respicit. Amen amen/ dico vobis (ait) nescio vos. Non quod ignoret: quæ & quales sint: sed non nouit suis æternis exemplaribus similes: aut sanctos & mirabiles characteres in illis non recognoscit/ non comprehensas fulgentesque tantarum eius virtutum imagines. Hi sunt oculi qui cæcis clauduntur: videtibus autem aperti sunt. Sed videamus quales oculi. Sicut colubæ: inquit. Diximus alio loco colubas hic accipi non oculos solum colubarum. alioquin cur diceret: quæ lacte sunt lotæ & resident iuxta fluueta plenissima? Quales vero & quæ sunt istæ quibus oculi spiritus conferantur? Verbum & spiritum sanctum alio loco in colubas explicari legimus. In spiritu laudes dictum est. Oculi tui colubarum. Sunt enim oculi spiritus de verbo & spiritu sancto longe perspicaciores. Quid mirum igitur si spiritus oculos: verbum & spiritum sanctum dicamus? Sed quo pacto verbum & spiritum sanctum colubas dicemus: nisi tales & tam mirabiles colubæ/ a patre etiam ob simplicitate/ & benignitate metaphoricis colubæ/ mire & inenarrabiliter manuerint? Est enim verbum & spiritus sanctus id quod pater: eadem diuinitas & essentia. Simplicitate/ colubæ accommodant. At quid simplicius patre? eterna quippe simplicitas & genuina originalisque bonitas patris: eterna simplicitas & bonitas filii: eterna simplicitas bonitasque spiritus sanctus. Hæ sunt illæ forte colubæ quibus simplicitate

Omelia VIII

52

nostram conferri voluit dominus. Estote/ inquit/ simplices sicut colubæ. Isto oculo perque simplici: se & omnia beata illa trinitas perspicit. & contra/ eadem simplicitate se & omnia ab quocumque intelligenti animo perspicit vult. Nimirum igitur si huius tantæ simplicitatis dominus meminit. Meditabunda est colubæ. Meditabit (inquit) sicut colubæ. At eterna manensque sed absque obicibus vllis/ aut distrahente successu contemplatio meditatiove pater: eterna meditatio filius: eterna quoque meditatio siue clarissima cognitio spiritus sanctus. In purissima ruunt oscula colubæ/ amabilemque congressus. Aeterno concreditur osculo filius patri: & contra/ filio pater: alternumque patri filioque spiritus sanctus. Sunt tales super omnes amores/ amabiles purissimi que complexus. Nichilo purissima vt sic dicam puritate purius existente. Sepe spiritus sanctus in huius tam simplicis atque amabilis specie colubæ apparere & diuinam suam efficaciam ostendere haud indignatur. Quia vidi/ inquit Ioannes ille baptista spiritum descendente quasi colubam de celo. Et in euangelio quod secundum Mattheum scribitur: ita scriptum est. Et ecce aperti sunt caeli: & vidit spiritum dei descendente sicut colubam & veniente super se. Hic aptius spiritum dei explicans. Marcus apertissime spiritum sanctum nominat. Vidit caelos (inquit) apertos & spiritum tanquam colubam descendente & manente in ipso. Aliquid aliter per hoc quod dicit in ipso/ nobis indicans. Quod ista etiam colubæ: quæ est spiritus sanctus simul cum verbo/ & patre omnia videret. Et si dicere audeamus/ quia fortasse de scripturis auctoritatem non habet/ quomodo verbum colubam affirmant Origenes & Hieronymus/ pari ratione patrem colubam propter genuinam benignitatem quis fortasse diceret/ cum colubæ igitur paterna si quis forte recipiat/ cunctis prouideret/ atque eterna & immortalis potentia/ diuina efficeret opera. Et adhuc manifestius Lucas hanc diuinam explicat apparitionem. Apertum est caelum (inquit) & descendit spiritus sanctus corporali specie/ sicut colubæ in ipso. Et simul presentem patrem attestatque filio inducit/ cum ait. Et vox de celo facta est. Tu es filius meus dilectus/ in quo complacuit michi. Nimirum vox illa patris erat quæ filio attestaretur. Sed videamus si possemus asserere rationem/ aut testimonium de scripturis vt filius & spiritus sanctus/ colubæ dicantur. In Esaiâ legimus. Qui sunt isti/ qui vt nubes volant: & quasi colubæ ad fenestras suas. Quod quæ ad apostolos siue quoscumque populos qui assumptis aliis spiritus sancti festinabant ad ecclesiam/ conferatur: tamen non inepte ad filium & spiritum sanctum/ quæ tales/ colubæ & spiritus concedebant alas/ sed analogos referunt. Nec enim quicumque filius facit nisi quod viderit

patrem facientem. Nec item spiritus sanctus quicquid externe molitur: nisi quod simul peragere viderit patrem filiumque. Possumus etiam dicere: quod si oculi sponsi / verbi sunt & spiritus sancti oculi (quomodo existimant Origenes & Hieronymus / ut oculi columbarum intelligantur esse filius & spiritus sanctus / licet quantum ad verbum de scripturis auctoritatem non habeat) oculos etiam esse patris. Sunt enim simul sibi arctissime immanentes pater / verbum & spiritus sanctus. & qua genuina simplicitate spiritus sanctus columba dicitur: eadem filius & fortasse pater dici posset hoc loco: licet nunquam in specula columbe apparuisse filium legatur / aut pater. Et quicquid verbum illud quod in sinu patris hanc humanitatem nostram in eandem personam vnicuique sibi desumpserit: non tamen sine patre authore. in cuius eternis & placidissimis sinibus sepe agit. Nec sine spiritu sancto simul eque & continenter a patre filioque procedente. Simul quippe sunt immovibile sunt purissimum simplicissimumque. Nimirum igitur si omnes referantur in columbas: si forte unus aut duo columbe sint / aut ipsa columba designetur. in similitudinem quidem columbe spiritus sanctus apparuit: non ipsam quidem columbam in eandem hypostasim assumpsit. Manifeste autem spiritus sanctus columbe speciem & nomen induit ut in eo loco. pennis columbe deargentate. Et. Quis dabit michi pennas sicut columbe: Et si diuinam illam trinitatem motes appellamus. Ut in eo loco. Motus excelsi ceruis. & ubi dicitur. Illuminans tu mirabiliter a motibus eternis. & in alijs plerisque locis vel ex Hieronymi & vetustissimorum sententia. Quid mirum igitur filium & spiritum sanctum in columbas / ipsa quidem nuncupatione & tropice siue allegorice referamus. propter puritatem / simplicitatem / continentiam / & incredibilem amorem. quando & id quod unus in manenti illa trinitate est: & alius atque alius est. Hic tamen ut nec in alijs locis / haud quicquam temere affirmare volumus sed sanctissimorum patrum traditionibus continenter herere. Hec sunt igitur columbe quarum pennas diuinos fauores & voluntates sibi vir sanctus poscebat donari. Quis dabit michi (inquit) pennas sicut columbe / & volabo & requiescam. quae in sensibus & eloquijs mirabiliter prominentes sunt. Pennae (inquit) columbe deargentate ob singularem eloquiorum fulgorem / pulchritudinem & sonoritatem. & posteriora eius in pallore siue fulgore auri. Propter sensuum magnificentiam & regalē quādam maiestatem. Tales sunt istae columbe. quibus domini IHESV CHRISTI sponsi & regis oculi conferunt. Ab ipso quidem mūera eloquiorum non solum argentea / sed ipsum argentum igne examinatum pur-

gatum septuplum. Data est enim lex per angelos in manu mediatoris. & eloquia prophetica etiam a tanto verbo manarunt. Factum est (inquiunt) verbum domini ad me. id est singulariter ad unumquemque. Et vis videre quo pacto et a verbo et spiritu sancto tales efformantur coelestes animi. Audi quid dicat propheta. Verbo (inquit) domini / caeli formati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Manifeste autem esse spiritum sanctum / a verbo demonstrans: absque & a verbo omnes coelestes effigietur animi & formentur mentes. Et alio loco de eodem spiritu dicit. Spiritus domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Nec minus a sapientia replentur omnia: a qua ut a patre omnia condita sunt. Per ipsum enim verbum (ex Iohannis testimonio) omnia facta sunt. Imbuuntur quoque coelestes animi omni virtute & eruditione. Per me (inquit) reges regnant & legum conditores iusta decernunt. Oculi igitur domini perquam simplices / amabiles / suauissimi que & decori / sicut columbarum. Proxime enim dominus IHESVS qui quantum ad humanitatem iunctissimus atque in eandem personam erat verbo / ad diuinam accessit imitationem / conuictum / prouidentiam: illarum columbarum purissimis oculis omnia videt. singula amantissime perspicit: & pulchra / praeicipue suam ecclesiam / simplicitate contuetur: conspiciat affectu: totus in eam est meditabundus. in cuius etiam sanctissima ruit oscula amantissimosque congressus. Nec minore fertur affectu in quantumque delectam animam: quam ardet in sinibus paternis ubi ipse mire agit collocare satagit. & in pulcherrimas illas unde omnia conuictur educere fenestras: inque diuinas unde omnia conspiciuntur speculas. Hi sunt oculi columbe: quibus mire & inenarrabilibus modis trahit sponsam. ut vno illo tametsi triplici aeternitatis / unitatis / virtutis / simplicitatis / vulnerata oculo sponsa dicat. Trahe nos post te. Curremus in odorem unguentorum tuorum: memores verbum tuorum super vinum. Memores illius tuae tantae dulcedinis quam oculis tuis nobis indicasti. Et dilecta quemcumque anima tali se oculo vulnerata tam sauciaque sese sentiens dicere potest. Vulnerasti cor meum o aeternae & amabilis sponse: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum: & in vno crine colli tui. Vno illo decore / & radio vno / et admirabili / quo cuncta illustrant. Non possum sine te consistere qui summa mea consistencia es. Non possum diutius amare: in illas diuinas reficereque succedi flamas / absque tui incomparabilis amoris conuictu. Videamus si geminos sponsi oculos / columbis sed singularibus ut postea dicemus / comparatos: amorem sanctumque timorem dicere possumus. sed qui timor in sancto epithalamio

In canticum canticorū.

(vbi omnia amabilia) perq̄ sanctus & reuerentissimus sit amor. Istis omnia sed p̄cipue coelestes mentes afficit amātissimus dominus: passim omnia istis genuinis radijs illustrās: & in coelestes amores succendens. Et qui columbarum hic dicuntur oculi: in Apocalypsi velut flāma ignis describuntur. Quē ignem timoris/sanctiq; amoris venit dñs mittere in terrā. Sed quid volo (inquit) nisi vt ardeat: vt diuinos pariat amoris factiq; timoris aestus? Et quid mirum si timorē amorēq; in oculos referimus: quando timor amorq; geminis columbē alis cōparatur. quibus se optat donari illisq; volare/vir quicūq; iustus. Sed aptius fortasse istos oculos sponsi in amorem/diuamq; intelligentiam ex supremorū ordinum significatione & tātis muneribus designabimus. Amant illi p̄cipue: & diuinę lucis & intelligentię plenitudinem habent. At quid supremū nō erit in domino IHESV CHRISTO: qui omnibus angelis vel ex eloquiorū & verustissimorū Hebręorū traditione lōge excellētior est? Supremus igitur contuitus amoris et intelligentię/in illo est. Ipsa etiā visio siue cognitio/amorem in scripturis intelligentiāq; designat. Cū enī dominus IHESVS dicit/cognosco meas: se incōparabili las amore prosequi ostendit. Cum autem filiū vnice videre patrem dicit: illū plenissimo intelligentiæ et scientiæ lumine cōsequi affirmat. Viden vt gemini sponsi siue spōse oculi (proxima enim imitacione spōso/ sponsa cōfertur) intelligentiæ atq; amoris oculi dicuntur. Et oculus amoris ille forte oculus est: quo se vulneratū refert sponsus. Vulnerasti cor meum amica mea spōsa: vulnerasti cor meū in vno oculorū tuorum. Oculo amoris/ illo videlicet tā penetrabili & oīa pulcenti oculo. Nec enī tam afficit intelligentię oculus: vt amoris. Propterea fortasse supremus ille ordo totus in amore est. quo proxime sentiat: & amātissimū illius eterniq; amoris/ si dicere dignū/ vulnera: sed sanctis & amabilibus conatibus referat. Fortasse in vno oculorum q̄diu hic agit vulnerat sponsa spōsum. Ibi vero in coelesti atq; immobili Hierusalem/ vtroq; oculo diuina intentabit vulnera. Hic inferior intelligentia amore: ibi vero intelligentia amoris equalis erit. in qua etiam tāte lucis visione: vt in beata amoris perfructione vita beata cōsistet. hæc est/ inquit/ vita æterna vt cognoscāt te deū verū & quē misisti IHESVM CHRISTVM. At tantam pulchritudinē minime quidē contueri possunt: nisi illa simul perfruantur. Agit quippe diuina incendia/ conspecta vel tantillum tam elegans & insignis pulchritudo. Id quod in Paulo perspicue videre possumus: vel in subitario illo visionis

Omelia VIII

54

diuinæ raptu. Quanta inde subsultarunt amoris incendia. quid non erit in felicibus illis & beata immortalitate perfruentibus animis: qui in sempiterno illo æuo iugiter hauriūt de fontibus saluatoris imensis? Et vide si iuxta hanc interpretationem per quandam consequentiā/ beatam illam visionem siue cognitionem: de qua meminit dominus IHESVS: intelligentię & amoris visionem dicere possimus. Si enim spōsi oculi/ vt antea dixim⁹/ amoris & intelligentię sunt oculi: & spōsæ ecclesię & cuiuscunq; electę animę amoris & sanctę intelligentiæ & cognitōis erunt oculi. Propterea coelestes quascunq; animas tametsi hic agentes/ tametsi paulo rudiores: nō prorsus huiusce intelligentię expertes cōllicere possumus. Mystica nouerūt æterni amoris incendia. flāmas nouerunt & longe quidem altius q̄ quęcunq; erudita anima: si minime illa quidē coelestis fuerit: aut diuinis ardoribus haudquaquā incensa. Fieri enim nō potest vt diuinioris solis calorem sentiamus: quin protinus videamus & lucem. Simul enim sunt radii solares calorq;. Aeternus quoq; ille iustitię sol simul & inflamat/ illuminatq; simul intelligentiam conferēs & amorē. propterea illuminās mirabiliter/ hoc est efficaciter: a mōtib⁹ eternis dicit. Amat enī quos p̄cipuis & mysticis radijs illustrat mirabiliter/ & diuinis cęstris purget: afficitq; illas mētes quib⁹ infidet aliquādo deus: intelligentes & mirifice mātes facit. Sed de his hæctenus. Sequētia ostendūt diuinioris alicuius magnificentię istas colūbas esse. Ait enī. Quę lacte sunt lotę: & resident iuxta fluēta plenissima. Diximus alio loco. manus aliqd lac portendere: q̄ vt infirmorū tantū cibis sit. Habet quippe & dulcedinē cui cādor colūbarū mire cōfertur. Illo tā dulci & cādido/ plurimū oblectatur colūbē lauari lacte: illi penitus imitti cādori et lactis dulcedini. Et in quodā loco (sapientia iqt) & delicię meę esse cū filiis hoīm. Sed qui vere sint filii/ & verorum quidē hominū filii: quib⁹ quoq; cādor infit: & vitę puritas: et incredibilis deū olectādī efficacia. Et vis videre candorē illius qui candid⁹ & rubicūdus est: cādori cōferri. Ego/ inquit/ diligētes me diligo: & sollicitus q̄rentibus occurro. Nam qui mane vigilat ad me/ inueniēt me. Atq; inter eos se ambulare & pene in illis esse/ q̄ per iustitię obseruationē sancti & immaculati sūt. In vis (inquit) iustitię abulo/ in medio semitarū iudicii: vt ditem diligētes me: thesauros eorum repleam. Sed quę alię sunt vitę iustitię aut iudicii semitę: nisi sanctorū immaculatę/ sanctę atq; purissime vitę? Beati/ aut/ immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. In his agit diuina sapientia: q̄ & verbū. In istis totas diuinæ suæ

providentiæ extēdit alas: diuinę suę clemētię & charitatis fauores, in ipsis veluti in lauachro purissimo & mundissimo diuina illabitur sapiētia: atq; diuinus spiritus. Nō quo quicq; ab illis suscipiāt: sed quo ipse vnde/ omnes suscipiāt e tātis colūbis/ e tanta illarū iunctura & lauachro/ & benedictionē & sanctificationem. Qui me inuenerit (inquit) inueniet vitam: & hauriet salutē a dño. Vt sanctificantes vnde/ magis ab ipsis colūbis quę penitus sunt sanctę: sanctificētur. Id quod plane in baptisando dño explicat Ioānes; cum secūdum quorūdā traditionem ait. Sanctifica me saluator, quasi nō sanctitatē illo baptisate cōferret in dñm: sed omnē reciperet ipse: & sancti quicūq; sanctitatem: & ipse quoq; vndę sanctitatē. Sine modo (inquit dñs istud idē paulo latentiū significās) sic necesse est impleri omnē iustitiam. Lac purissimum suauissimūq; illę dño fuerunt vnde: quādo eius mēbris tanto capiti vnice herentibus tantā prestiterit vitę dulcedinem/ & puritatē. Columba igitur dñs IHESVS CHRISTVS & lactelota colūba/ ōni videlicet suauitate & puritate insignis. Nichil luce purius. Ipse vero lux mūdi. Ego sū lux mūdi/ ait. Nichil humilitate & mansuetudine suauius. Et ipse. Discite a me (inquit) quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiē aīabus vestris. Quasi ab ipsa humilitate/ et māfuetudie/ quib; si dicere dignū/ totus imergit dñs: tot; in illis est: imo totus ἀπερὴν .i. virtus est: nobis plenissima requies cōferatur. Nimirū igitur si lacte dicantur lotę colūbæ: quādo & domin; noster IHESVS CHRISTVS baptisat; est. Ipsa etiā presente columba: hoc est spiritu sancto: immo spiritu sancto in ipso pleniter habitate. Nec aliter q̄ pater in illa perq̄ sancta humanitate erat. Simul enī illā incolēbant pater filius & spūs sanctus. In quo (ait Apostolus) habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter. In sacris igitur vndis illę purissimę columbæ: pater videlicet filius & spiritus sanctus: nō tam dilutę colūbę siue q̄tum ad presens attinet lactelotæ: q̄ purificantes/ illuminātes/ perficiētēsq;. Quod preclare dñs ostendit: cum in euāgelio dicit. Ite baptisantes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Et mirū quod lotę hic tales & tantę secundū hanc intelligentiā colūbę dicātur: cū ipse potius purificēt/ sanctificentq;. At mystica hic omnia: & admiranda & vltamūdāna sacramēta. Sed vide si possim; in tam difficilib; locis aliquid dicere. Tanta est iunctura membrorū (vt paulo antea diximus) cū capite: vt quęcūq; seu bona seu mala membrorū in caput referātur. Et dñs noster qui iuxta Apostolū caput est ecclesię: eiusdē ecclesię delicta/ sua esse existimet. Deus deus me; (inquit) quare

me dereliquisti: longe a salute mea verba delictorū meorum. Nō quod delicta sua essent: i quo nō est inuentus dolus: nec in ore eius mendaciū. Sed ob illū optimum maximum: quo totus ardet/ amorem: suę tam dilectę sponsę delicta/ sua esse pronunciet. Quo sanctissimus ille parēs eidem liberius velit mederi. Et vide si in hanc intelligentiam creata esse sapientia dicatur: vt in Ecclesiastico scriptū est & canit ecclesia. Ab initio & ante secula creata sum. quod in se perfectissima & alloquin vltimū/ in creatum eternūq; exemplar: in rebus per tempus ortis & cōditis ipsa velut quędam imago est. hoc est in suis imaginibus/ vestigiis aut simulachris expressa. Sitq; tanta imaginis ad veritatem cōmissura connexionē/ vt in vnum quoquo pacto mystice quidem in vnāue nuncupationem abeat. Ipsa tamen veritate in se/ in sua pulcherrima subsistentia penitus increata manēte: nec tali ratione vllam talē creationis nomenclaturā subeunte. Perinde ac vnus ille & maxime simplex amor/ iu imagine & tantis vestigiis suis multiplex est amor: quo varie & multimodē/ vari & multiplices amātur. At in celsa & manenti veritate vnus purissimus simplicissimus integerrimusq; amor est. atq; in hęc sententiā pleriq; sanctorū illud interpretatur. Lege Hylariū et vetustiores. Atq; de alijs diuinis proprietatibus in hęc modum differas. In quo ars diuinorum intelligendorū non parua est. Volumus & aliud de scripturis afferre testimonium. In Zacharia vbi legitur. Ecce rex tuus venit tibi iustus et saluator. Hebręi legunt NOSCA: qđ saluatum/ patiendī vocabulo interpretantur. quasi Israelem Dominus saluum faciens/ saluat; siue saluus redditus secundum corpus mysticum quoquo pacto censeatur: vel ex vetustissimorū/ quos Cabalistas vocant/ testimonio. Qui existimāt salutē Israel: salutem quoquomodo desse. In quām sententiā quidam magnus apud eos interpret venit. Id quod forte ad humanitatem domini IHESV referendū esset. Secundum quā dicit. Conserua me domine: quoniā speraui in te. Vt ex eo loco deus & homo cōliceretur. Aut/ vt atea quoq; diximus/ ppter corpus CHRISTI mysticum. Viden vt in saluatis ob inenarrabilem quandā connexionē saluatus vt cūq; sua admirāda dignatione dicitur. Nimirū/ quod salutaris σωτήρ & seruator noster i medio suorum electorū sit/ sicut qui ministrat. Iuxta quod in. xxi. Psal. qui ad personā CHRISTI refertur/ dicit. Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti longe a salute mea verba delictorū meorum. & q̄tum ad presens attinet/ in dilutis quadam ratione diluta colūba: imo

In canticum canticorū.

ista interpretatione/dilute columbæ in mēbris videlicet domi-
ni IHESV/ & sacrosancto lauachro ablutis hoibus/in se vero
optime maxime diluentes. Nec iniuria lac veluti candidus &
suauis hic in factiore lauachro assumptū est. Quādo saluberrime
& sanctificātes vnde hanc omnē proprietatem contineant, a
proprietate igitur cognomentū. Et si colūbas in verbum & spī-
ritum sanctū iuxta veterum sententiā interpretemur: mos scri-
pturarū spectādus est: quæ de rebus diuinis & vltimūdanis (si
eruditus credimus) more nostro siue humano siue vtcūq; citimo
et sensibili loquūtur. & ob eā causam lacte lotas dicit. & perinde
de est: ac si diceret. Candide sunt: & suauissimæ illæ colūbæ & la-
cteo candore micantes. Est enim vnigenitus/candor lucis eter-
næ: & speculū sine macula. & candor est in cādore patris sicut
tu pater in me (inquit) et ego in te. & perinde spiritus sanctus
etiam candor est. Diuinū nimirū lac ibi est: siquidem fontes sa-
pientiæ & scientiæ ibi obseruētur. In quos vbera sponsi & verbi
Origenes & Hieronymus interpretantur. Fons igitur lucis & om-
nis originalis bonitatis et sapientiæ pater: fons etiā & bonita-
tis & sapiētiæ domini noster IHESVS CHRISTVS: de quo
scriptum est. Haurietis aquas in gaudio de fontib9 saluatoris.
Fons etiam lacteus omnis dulcedinis/suauitatis/amoris/ben-
gnitatis & clementiæ spiritus sanctus. Hæ sunt. igitur candidæ
et lacteæ in hanc intelligentiam colūbæ nostræ: omnem talem
candorem ex sese in nos deriuantes/emanantesq;. Nec quicq;
lapsum aut imperfectum hic intelligi volumus sed superdiuinū/
vltimūdanum/ & prorsus cœleste: secundum quod decet il-
las supersanctas hypostasēs verbi/ & spiritus sancti/ patri eter-
no immensoq; & deo vero/coęquales et substantiales. Et si lit-
teram spectemus/satis leue aut deridiculum videretur colum-
bas lacte dilutas confingere. Sed spiritalis omnia q̄ rectissime
disiudicat. Et lapidi illi angulari singula vtcūq; visa dissona
concinentissime & q̄aptissime quadrant. Atq; ista in hunc mo-
dum intelligenda: sequentiā apertissime monstrant. Videamus
si cōsequentiā iuxta hanc interpretationē intelligantur. Et re-
sident iuxta fluentia plenissima. In flumina beatitudo siue ple-
nitudo gratiæ comparatur. Et ostendit michi (ait Ioannes) flu-
uulum aquæ viuæ splendidum tanq̄ chrystallum/ procedentem
de sede dei & agni: quasi ab vno illo throno & sede immo ve-
ro a deo & agno vna pendeat beatitudo. Splendidus erat qua-
si fulgor immortalitatis de fulgore sempiterno manans. Si de
throno & sede dei et agni egreditur: ergo continenter illi de-

Omelia VIII

56

us & agnus incumbunt. Quæ iuxta nostram intelligentiā sunt
columbæ residentes iuxta fluentia plenissima. Est enim plenis-
sima & nunq̄ deficiens ipsa beatitudo. Quia nec oculus vidit/
nec auris audiuit/ nec in cor hominis ascendit: quæ preparauit
deus diligentibus se. Nam & perfecta / & iuxta Apostolum si-
ne poenitentia sunt dona dei. Ille quidem spiritus siue sanctus
siue principalis/siue rectus/omnis felicitas nostra est. Quos
p̄cipue vtr̄ iustus desiderabat a se nunq̄ dimoueri aut secede-
re. Cor mundum (inquit) crea in me deus: & spiritum rectum
innoua in visceribus meis. Ne proicias me a facie tua: & spī-
ritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde michi letitiam sa-
lutaris tui: & spiritu principali confirma me. Pleriq; hos spī-
ritus/diuinam trinitatem intelligunt: in qua omnis beata vita cō-
sistit. Proxime igitur iuxta omnis felicitatis flumina resident.
Flumina hæc/gratiā quā hic credentes suscipiunt: interpreta-
ri possums. Secundū quod dominus ait. Qui credit in me/ flu-
mina de ventre eius exient aquæ viuæ. intelligens de spīritu quē
recepturi erant credentes in eum. Imago est siue gratia/siue
quęcunq; beatitas: illius diuinitatis plenitudinem quam proxi-
me refert habēs. Audi qd̄ dicat Esaias. Vidi dominū sedētem
super solium excelsum/ & eleuatum: & plena erat omnis terra
a maiestate eius: & ea quæ sub ipso erant replebant templum.
Fortasse quācunq; hominū siue angelorū beatitatē intelligens.
Et vt gloria maiestatis dominicę vniuersū replet: nō aliter glo-
ria cuiuscunq; rationalis animæ quæ templū domini est: ipsam
penitus replet animā. Et ea (inquit) quæ sub ipso erāt: replebāt
templū. Subsident enī creata beatitas/increate felicitati. Pen-
dent p̄xime mēra nostra ab illo sūmo datore. Et de hac diuina
plenitudine alio loco. Cœlū & terrā ego impleo dicit dñs. Et si
spiritaliter intelligimus/ cœlestes & terrenos hoies in vniuersū
sed p̄ modo suo implet. Et alio loco. Spūs dñi repleuit orbē ter-
rarū. Diuina quippe & ad diuina ptinēs & inter diuinas pprieta-
tes nō inferior/diuina plenitudo ē. Et terra (igt̄ Ezechiel) splēde-
bat a maiestate ei9. Et paulo post explicati9 hanc plenitudinē de-
mōstrat. Et. Ecce (ait) repleta erat gl̄ia/dñi dom9. Et adhuc i cō-
sequētib9. Et ecce impleuit gl̄ia dñi/ domū dñi. Quæ dom9 sumus
nos. Dicit Ap̄s. Si fiduciā/ & gloriam spei vsq; in finē firmam
retineam9. Et nimirū si beatitudo plenitudinē habeat: quādo &
scientia domini replere etiā dicatur. Audi quid dicit Esaias. Et
repleta est terra scientia dñi/ sicut aquæ maris opulenti. De hac
eadem plenitudine dicit Ap̄s. Vt impleamini in omnē pleni-

tudinem dei. Et de domino IHESV CHRISTO loquens dicit. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et hanc plenitudinem per omnes velut flumina diffundit/ostendit dicens. Et estis in illo repleti/qui est caput oīs principatus/ & potestatis. Et iterū. Nō cessamus/ inquit/ pro vobis orantes & postulātes: vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia & intellectu spiritali. Et vide quomō vt gratia & omni bono nos repleat: spm sanctum in nos effundit abunde. Iuxta quod ait Apłus. Sed secundū misericordiam suā saluos nos fecit/ per lauacrū regenerationis & renouationis quā in nos effudit abunde per IHESVM CHRISTVM dominū nostrum. vt iustificati gratia ipsius heredes simus secundum spem vitę æternę. Tantis igitur illis fluminib9: quę plenissima sunt opus erat/ vt iustificaremur. Illo etiam flumine quod letificat/ sed impetu suo & abundantia ciuitatem dei. Fluminis/ ait/ impetus letificat ciuitatē dei. Est enim domin9/ secundū quod idem Apłus dicit. Diues in omnes qui iuocant nomen eius. Et obserua quo pacto plenitudinem ad virtutem siue gratiam spectare dicat Apłus. Quod si delictum eorum diuitiæ sunt mūdī: & diminutio eorum diuitię gentium: q̄tomagis plenitudo eorum. plenitudinem ad gratiam & susceptionē eorum referens. Et iuxta hanc plenitudinē fortasse. In omnem terram exiit sonus apostolorum: & in fines orbis terrę verba eorū. Quoniā ex ipso/ & per ipsum/ & in ipso sunt omnia/ & ipsi honor & gloria in secula seculorū Amen. Et mirā affert plenitudinem verbum apud nos manēs. Id quod pulchre docet Apostolus. Qui pro proprio filio suo (inquit) nō pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo nō etiā cum illo omnia nobis donauit: Et iterum. Vt ostenderet diuitias glorię suę in vasa misericordię. Mira igitur & incomparabilis diuinitatis plenitudo/ incōparabilem etiā secum plenitudinē & diuitias afferens. Et tantę plenitudinis est: vt vocet ea quę nō sunt: tanq̄ ea quę sunt. Et p̄spice excellentiam & plenitudinem donorū dei. Sed nō sicut delictum: ita & donū. Si enim vnus delicto multi mortui sunt: multomagis gratia dei/ & donum i gratia vnus hominis IHESV CHRISTI in plures abundauit. Et subdit. Si enim vnus delicto mors regnauit per vnum: multomagis abundantia gratię & donationis/ & iustitię acclpētes in vita/ regnabunt per vnum IHESVM CHRISTVM. Posset ne apertius dicere columbā nostram imo vero sibi imanentes idq; inseparabiliter columbas ob genuinam simplicitatem & benignitatem: patrem: filiū

& spiritum sanctū residere iuxta fluuenta plenissima. Et mire illā plenitudinem amare: qua & ipsi plenissimi sunt. Qua nimirum plenitudine repletus Abraam/ expectabat repromissionē/ plenissime sciens (ait de ipso Apostolus) quia quęcūq; p̄misit de9/ potens est & facere. Et incōparabilem esse hanc plenitudinē & diffusionē diuinarū/ ostēdit Apostol9 dicens. Spes autē nō cōfundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum/ qui datus est nobis. Et tanta est huiusce gratię spiritualis plenitudo/ & vbertas: vt facile in alios absq; sui diminutiōe largiri & cōferri possit. Desidero enī (ait Apostolus) videre vos. Vt aliquid ipartiar vobis gratię spiritualis/ ad cōfirmādos vos: id est simul cōsolari in vobis/ per eam quę inuicem est/ fidem vestram atq; meam. Secū dū quā spiritus vbertatē de plenitudine spiritus a Moyse in septuaginta viros a domino cōmunicatio/ siue in cōmune exhibitio facta est. Et iuxta hanc spiritus foelicitatem optabat Heliseus/ spiritū Helię in se duplicari. Propter quod nos abundātes esse in opere dñi in quodam loco optabat Apostol9. Itaq; (ait) fratres mei dilecti/ stabiles estote & immobili. abundātes in omni opere domini/ in omni dñi virtute ab illo manāte. Et gratia/ plenitudo & quēdā abūdantia est. Vt quemadmodum suis sanctis similitudinibus singula donat: ita & plenitudine donet. Iuxta ergo hęc fluuenta plenissima charismatum virtutis & gratię/ resident pulcherrimę illę colūbæ: residēt iuxta deiferas animas: quæ talibus charismatib9 & gratijs/ immo deo ipso & domino nostro plene sunt. Vt ex Pauli testimonijs paulo antea demonstratum est. Qui manducat meam carnem: & bibit meum sanguinem (ait dominus) in me manet/ & ego in eo. Et alio loco. Si quis aperuerit michi: cenabo cum illo/ & ille mecū. Et tanta plenitudo & per omnē charitatem & benignitatem latitudo illius animæ est: vt per illam inambulare dicatur deus & dominus noster. Vos enim (inquit Apostolus) estis templum dei viui. Sicut dicit de9. Quoniā inhabitabo in illis: & inambulabo inter eos. & ero illorum deus: & ipsi erūt michi populus. Ambulauit olim dominus super aquas: sed fortasse quotidie magis super istas spirituales inambulabat aquas. Nam & aquę multę ex testimonio Ioannis/ sunt populi multi. Illa nimirū turba innumerabilis electorū quam dinumerare nemo poterat: ex omnib9 gentibus/ tribubus/ populis/ & linguis. Et tanta huius diuinitatis turbæ amplitudo/ & latitudo est: vt super eam non solum ambulare dicatur dominus: sed meliori quadam sorte totas (vt antea diximus) expandere alas. Atq; super eā foeliciter volitare/

diuinis inde manantibus fauoribus: melioribus aspirantibus at-
 ris. immo illo alarum alterno crepitu & concrepantibus sonis:
 omni bono & vitali ethere in nos demisso. Et tanta virtutum per
 hoc nobis latitudo indulta est: vt nos ipsi per fidem/atq; per om-
 nem perinde virtutem ambulare dicamur. Sed per eam fidem
 atq; virtutem quae in nobis sint. Per fidem (inquit Apostolus)
 ambulamus. Et iterum. Nonne spiritu ambulauimus. Quasi in
 nobis latissimi sint tractus & campi: sed spiritus sancti & diui-
 norum charismatum. Vt per illa diuina latifundia foelicissime
 spaciari nos aliquando posse creditum sit. Et istud satis vni-
 cuiq; credenti possibile est. Siquidem & in nobis templum/& do-
 mus dei & triclinium/& regia eaq; amplissima sponsi nostri aula
 est: et thalamus ille nuptialis in quo vnice nobiscum recumbe-
 re dignatur. Est & in viris sanctis hortus conclusus: & dominus
 in illo oem omnium florum pulchritudinem & gratiam pretendens.
 Nam & in illis dominus flos campi est/& liliū conuallium. Quid mirum
 igitur si & arca illa saluatricis in tantis & talibus fluminibus est/longe
 quidem dignior illa typica tametsi saluate Noe arca: Illa patres
 nostros ad vitam reseruabat mortalem: per hanc prosperis nauigantes
 ventis: ad vitam feruamur immortalem. Et crispantia mundani maris
 equora hac labenti carina et tutissima arca fulcamus. Et si quando
 in scopulos incurrimus & tumetibus fluctuum montibus pene
 obruimur: tamen praesenti carina praesens habemus auxilium: &
 facile obuias & occurrentes nobis contrarias potestates/illius di-
 uinis armamentis superamus. Et quod magis est/habentes de
 nostris columbis cum argenteas tum aureas pennas: his veluti
 diuinioribus cum alis tum armis vndique circumtectis: facile vni-
 cimus & deijcimus quaecumque contraria/carnalia sint siue spiri-
 tualia nequitiae in caelestibus. His ducibus foelicissimis colubis
 facile quae hic peregrinantes a domino/tamen migramus ad do-
 minum: & tantos maris mundani aestus perquam facile relinquimus.
 Diximus secundum hanc interpretationem aquas multas/ po-
 pulos esse multos: sed illam turbam candidam & praelucentem
 electorum innumerabilem. Foelix illa quidem multitudo/ quae
 veluti amnis placidissimus de paradiso dei decurrit: in quatuor
 euangelica diuisus flumina. Vt omnis illa beatitas in foelicitati
 fluminis vnitae & quater gemino eiusdem fluminis sacramento
 consistat. Et fluuius (ait scriptura) egrediebatur de loco volu-
 ptatis: qui inde diuiditur in quatuor capita. De voluptate egre-
 ditur gigniturque fluuius ad irrigandam voluptatem. Voluptas
 summa/deus optimus maximus: vnde omnis gratiae flumina

decurrunt: & voluptatem ipsam in multiplices animarum vo-
 luptates irrigant. Affert voluptatem domino foelix quicumque
 homo. Et deliciae meae (inquit) esse cum filiis hominum. Et con-
 tra/ ipse omnem salutem affert: & perinde voluptatem quae om-
 nis in diuina salute & vita consistit. Qui me inuenerit/ait/ inue-
 niet vitam: & hauriet salutem a domino. Ludit coram diuo pa-
 rente sapientia. Nec sine incomparabili vtriusque voluptate lu-
 dit verbum. Et delectabar/inquit/per singulos dies: ludens cor-
 ram eo omni tempore: & ludens in orbe terrarum/ & deliciae
 meae esse cum filiis hominum. Ludit quidem in orbe terrarum:
 hoc est tantae voluptatis & omnis foelicitatis flumina demittit.
 Et hoc est fortasse/quod in mysterio statim in principio Gene-
 seos dicitur. Sed fons ascendebat a terra. ab illa forte viuentium
 terra/ ab illo loco viridi/& loco pascuae & voluptatis. id quod Gre-
 ci significatiore vocabulo tempe vocant: locum pulcherrimum/ amoenum
 gramine/ refertum arboribus/ canorum auium concetu: iugis dextra
 leuaque leuiter sese attollentibus/ eo vocabulo explicantes. de quo quod
 dixit. Est nempe Hemoniae praeputa quod vndique claudit silua/ vo-
 cant tempe. Irrigans/ait/ vniuersam superficiem terrae/ iam in conceptu eter-
 no irrigans/ & diuino rore suffundens omnes veteras/ electas ani-
 mas. Videamus si secundum aliam interpretationem omnes
 sanctos in columbas referre possumus/ quae lacte sint lotae: san-
 cto regeneratae lauacro: atque per hoc pulchriores / & candi-
 diores: & lactis diuini alimoniam/ siue maiorem siue minorem
 sentientes: & tantam diuini verbi & sacramentorum dulcedinem. Et re-
 sident istae colubae iuxta flueta plenissima/ iuxta flueta domini salua-
 toris: iuxta fluentia foelicitatis & beatitatis. Igne diuini incendij
 apud Danielē calefces hic fluuius est. Ait enim. Fuuius igneus ra-
 pidusque egrediebatur a facie eius. Ignis in scripturis non solum
 malorum vltices poenas: sed in re nostra maiora semper incendia in
 nobis significat. De quo dicit dominus. Quod ignem venit mittere in ter-
 ram. sed quid volo inquit: nisi vt ardeat? Placidus & hic fluuius est &
 lenis: & secus illius decursus/ arbores spirituales vegetiores sunt.
 Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quia
 fructum suum dabit in tempore suo. lignum quidem spirituale/ & quoquo
 modo vite lignum designans. Sunt enim arbores spirituales/ diuiniore
 etiam fructus habentes. Audi quid de spirituali ligno ait propheta: Et
 cognoscet omnia ligna capi: quod ego dominus qui humilio lignum altum
 & extollo lignum humile. Et iterum spirituales esse arbores de-
 monstrat/ cum dicit. Accipiam ego de electis cedri/ & de vertice
 cordis eorum auellam: & plantabo ipsum in monte excelso: &

In canticū canticorum.

suspendam ipsum in monte alto Israel: & plantabo / & producet propaginē / & faciet fructum & erit in cedrum magnā. Assumptis pennis sermonis dominici: poterimus sub hac arbore con- quiescere / & spiritalem illam totam arborem intelligere: quæ requiescat in monte sancto dei: in CHRISTO IHESV domino nostro. Quæ per digressionē dicta sint. Et qualis sit iste tantus & talis fluuius: describit Ezechiel. Et cōuertit me (inquit) ad portā domus. Et ecce aquæ egrediebātur subter limen domus ad orientem. Non est domus dei sine aquis: sed quæ egrediuntur ad orientem. In illum foeliciter deducūt cuius oriens nomen eius. Nam & tota facies domus respiciebat ad orientem: in eum scilicet intendens / qui ascendit super cœlum cœli ad orientem. Et paulo post / istarum aquarū / sed presente viro domino IHESV CHRISTO / plenitudinem & redundantiam quæ sub plurimo verborum inuolucro ostendit. Et ecce (ait) aquæ redundantes a latere dextro. Dextrum est quicquid redūdat: quicquid subsultat: quicquid plenū est. Cum egrederetur (ait) vir ad orientē: qui habebat funiculum in manu sua. Nisi egrediente domino IHESV ad orientem & habente funiculum in manu sua / & iuxta cuiusque mensuram / beatitudinem etiam distribuentem: aquæ nullo pacto redundant. nec esse in dextra possunt absque eo / qui plurima voluptate foelicitate & gloria / ad dexteram patris confedet. Et post multas dimensiones / tantus denique tamque profundus fuit beatitudinis ille torrens (qui tamen nunquam arefcit) ut trāsuadari non posset. Non potest maiorū numinū foelicitas capi. Accedit ad infinitudinem ipsa prope infinita / illius tantæ infinitatis / ut aliarū omnium diuinarū rationum pene particeps / quæcunq; cœlestis anima: siue sanctarum animarum beatitas: ingentem plenitudinem de tanta plenitudine nacta. Et saluberrimas & omnis foelicitatis / atque vbertatis vndas esse / paulo post ostendit. Et sanabūtur (inquit) & viuent omnia / ad quæ venerit torrens: & stabūnt super illa piscatores. ille forte meliores columbæ: quæ potiore forte residēt iuxta fluēta plenissima. Quibus dixit olī dñs. Venite faciā vos fieri piscatores hominū. Et in Hieremia. Ecce ego mit tam piscatores multos & piscabūntur eos: sed in mōtib⁹ & collibus vt annotāt eruditi. Et in cōsequentibus addit. Et sup torrētē oriet in ripis ei⁹ ex vtraque parte ōne lignū pomiferū. Nō defluet foliū ex eo: & nō deficiet fruct⁹ ei⁹: p singulos mēses afferret primitiua. i. cōtinue recētia & noua spectacula. Noui erūt & recētes talis & tantæ foelicitatis & vbertatis fruct⁹. Nā renouabit vt aquilæ cuiusque foelicis animæ iuuētus. vt in cētēsimō & secūdo psalmo scriptū est. Et pulchre dicit. Renouabit. quasi cōtinue res nouæ

ibi exoriantur nouæ delectationes & voluptates. Nouū sit oportet quod sine fastidio istis vndis / sed omni sole splendidioribus replebitur. Anima per hoc effecta lucidior / clarior / prominētor: atque illo tam maximo & nunquam arefcenti foelicitatis torrente & conspicuis vndis / mirū in modū in ōm foelicitatē & beatitatē replebitur: veluti si crySTALLINUM preciosissimū aliquod sole illo immenso suffunderetur: claritatem perinde maiorē semp induens. Atque vt immensus forma & splendore ille per omnia admirabilis sol nouos continue fulgores fauoresque / noua cōtinenter mysteria e tantis penetralibus eruta: in vas delectissimum immittit: haud aliter replebuntur sed incomparabiliter a diuiniore vbertate / & sub immensitatis alis cœlestes conquiescent animi. Id quod diuinius in xxxv. psal. a propheta explicatum est. Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt: inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: a vino illo plurimum letificante: quod se nouum bibiturum in regno patris sui pollicetur dominus. Nouum fortasse ob hoc & continue recens: quasi voluptates cōtinue recentiores / & novos semper amores gignens. Et de torrente ait voluptatis tuę potabis eos. Fluentia quippe (vt in quodā loco scriptū est) de fontibus saluatoris haurient: & dicent in illa die. Confitemini domino: & inuocate nomen eius. Et obserua hic & in superiore de Ezechiele loco / torrentem in illa celsiore Hierusalē & tam admirabili foelicitate suā exuere: & plenissimorū fluentorum induere naturam. Nichil ibi amplius arefcens / aut deficiēs: vbi omnia / summa quadā foelicitate & vbertate donata sunt. & quæ videtur immūda animalia: in perq; fulgenti dñi curru nequaquam immūda sunt. sed posthabita immūdorum natura: sortem mundorū suscipiūt. Et quādo lupus & agnus simul pascūtur: lupus non amplius immundus / nō amplius rapax. Et quæcunq; animalia dicūtur per legem immūda: oblita tum immūditie / antiquā puritatem recipient. de quibus etiā alio loco diximus. Et torrens totius tum siccitatis nescius / plenissimi & perennis fluminis suscipiet sortem. Omnia meliorā & multo prestantissima in domino sunt. Et quæ hic habentur imperfectiora: in eo sunt perfectissima. Nichil amplius aliquid negantis suscipientia aut lapsi. Omnia in ipso in pulchra affirmatione & immensa dignitate consistunt. Et si perfecta dei sunt opera: quid nō erit ille longe perfectissimus qui nō tam perfectio est quæ omnis perfectionis causa. Sed hactenus ex occasione digressum fuerit. Diximus colūbas / Prophetas aut Apostolos esse: iuxta omnis foelicitatis fluenta plenissima residētes. Et residēt

(inquit) iuxta fluentia plenissima. At quid ipsa fecelicitate plenius aut cōsumati⁹ esse potest? Videam⁹ si fluēta plenissima; populos spū sancto repletos dicere possumus. Secundū qđ dicit Ioānes aquas multas populos esse multos. Ergo fluentia plenissima/ spiritus sancto plenissimi populi erūt. Et obserua quo pacto ī plenissima effusione spūs sancti fluēta sunt. In actionib⁹ Apostolicis de Iohēle testimoniū defūptū est. Et erit in nouissimis dieb⁹ (dicit dñs) effundā de spiritu meo sup omnē carnē: & pphetabūt filij vestri/ & filie vestre; & iuuenes vestri visiones videbūt. & seniores vestri somnia somniabūt. Et quidē super seruos meos & ancillas meas in dieb⁹ illis/ effundā de spiritu meo & pphetabūt. Nouissimi dies/ dies secūdū omniū veterū sententiā sunt messie siue vincti & CHRISTI. Et consequēter domini nostri IHESVS CHRISTI. Effusionis nomen abūdantiā significat. Quali omnes quicūq; inuocauerint dñm: in redūdantiā (diuino recepto spiritu) efficiantur flumina. & salutis sortē atq; hereditatem dñi inter medios clericos (id est in geminā Israel vocationem quā in duas fortes cōnumerāt) recipiāt. Et oīs (inquit) quicūq; inuocauerit nomen dñi/ saluus erit. Hi sunt igitur fluentia plenissima/ sancte & fideles animae: quib⁹ velut colūbæ pulcherrime sancti insidēt Apostoli. vt olim primoris synagogę patriarchę & prophetę. In quā forte intelligentiā dixit Apostolus. Quia vos fecistis indignos verbi dei; ecce conuertimur ad gētes: illis veluti quēdā colūbæ insidētes. At quo pacto dñs IHESVS qui sapientia & equalitas patris est. siue archetypus & verissimū exēpiat/ minorib⁹ quibusdā colūbis cōferēt? Satis id videri potest absurdū maiores minoribus cōferri. Nisi forte dicamus sanctos. Aplos & diuine legis & ecclie parētes ī oculos dñi p̄cipue susceptos. Illis videt dñs & singulis mire prouidet. Atq; vt ipse fundamentū erat: eos etiā in fundamēta stabilīuit. secūdū quod ait. Fundamēta eius in montib⁹ sanctis. Et fundamēta ait Ioannes muri ciuitatis/ omni lapide precioso ornata: & fundamentū primum/ iaspis. secundū/ saphirus. & consequēter in duodecim lapides enumerat. Qui sancti Apostoli ex numeri & differētię gemarum sacramento intelligūtur. Et apertius vt dominus porta & ostiū est. ego sū ostiū. inquit. Per me si quis introlerit/ ingrediet & egredietur/ & pascua inueniet/ duodecim quoq; Apostolos in ostia quēdam & portas cōfert. Et habebat inquit ciuitas scilicet illa celestis murū magnum & altum habentem portas duodecim & in portis angelos duodecim. Duodecim nimirum Apostolos. & illos eadē aut pari dignitate suffultos paulopost ostendit. Et duodecim ait portę/ duodecim margaritę sunt per sin-

gulas. Et singulę portę erant ex singulis margaritis. Dominus igitur qui porta est nimirū pulcherrima & multo prestātissima: portas etiā/ suos perq; diuinos facit Apostolos. Et qui fūdamētum est: in eandē fundamētisortē eosdē sanctos asciscit Aplos. Quid mirū igitur si in oculos etiā sint suscepti: quādoquidē & in vestes & zonam dñi illam quidem aureā desumpri sint? & zona aurea (vt pro mysterijs concinunt/ & sacer Gregorius inquit) id est sanctorū caterua. Quid enim aliud dñm amictum esse lumie sicut vestimento/ significat: nisi sanctorū circūuallatum agminibus? Iste est decor dñi/ sed quem ipse sibi facit/ & suo sanguine peperit. Ista est gloria & pulchritudo/ & mira illa potentia siue fortitudo qua p̄cinctus est. qui enim potens est: potētes facit. Testimoniū illi duo peregrini attulerūt. Potēs (inquiūt) in ope/ & sermone. Quin igitur sancti illi primores/ in oculos & perinde columbas suscipientur? Diximus antea iuxta aliam expositionē columbas patrem/ filium/ & spiritum sanctum. Hic quodā participatu/ & q̄q; remotiore imitatione/ colūbæ sancti sunt Apostoli: quibus diuinā suam disponit ecclesiam domin⁹ IHESVS CHRISTVS. Quarum sonoris/ cādidas & concrepantibus alis super illam volitat: & illi totis incumbit alis. secundum quod quidam sanctorum orabat. Sub vmbra alarum tuarum protegenos. Vestimenti quēdam extensio/ alę apud eruditos nonnunq; dicuntur. vt quemadmodum vestimenta diuini sunt Apostoli: ita & alę siue extensio quēdam ad protegendum vestimenti. Nec mirum aut nouum propterea aliquid introducit: si minoribus ipse maior dominus cōferatur. Antea spōsa illum capree hinuloq; ceruorum comparauit. Per hoc patriarchas & prophetas intelligens. quibus q̄q; maior sit: tamen illis cōfertur. Maiorem docet Esaias inquiens. Ecce intelliget seruus meus: exaltabitur & eleuabitur/ & sublimis erit valde. Vbi eruditi Hebrei existimant maiorem futurum angelis: tamen capree hinuloq; ceruorum comparari haud indignatur. Nec modo ceruis confertur: sed hinulo ceruorum/ propter ingentem qua p̄cinctus est humilitatem. Ob quam etiā dicit. Ego sum vermis & non homo: opprobrium hominū & abiectio plebis. Ille hoc de se dicit. Cui testimonium ingens affert in Esaiā domin⁹. Quod brachium eius sit extentum. Parauit (inquit dominus) brachium sanctum suum: in oculis omnium gentium/ & videbunt omnes fines terrę salutare dei nostri. Et obserua quo pacto Moyfi apertissime conferatur: idq; autoritate diuina. Propheetam (ait) de gente tua/ & de finibus tuis: sicut me suscitabit

tibi dominus deus tuus: ipsum audies. Et dominus. Bene omnia sunt locuti / prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui. Vbiq; similis dicitur qui maior Moyse est. quem maiore aperte ad Hebreos scribens dicit Ap[osto]lus. Amplioris enim gloriae iste pre[ter] Moyse (Inquit) dignus habitus est: quanto ampliorum honorem habet domus / qui fabricauit eam. omnis na[m]q; domus fabricat[ur] ab aliquo / qui aut[em] omnia creauit deus. Et Moyse quidem fidelis erat in tota domo eius tanq[ua]m famulus in testimonium eorum qua[m] dicenda erant. CHRISTVS vero tanq[ua]m filius in domo sua. Ecce apertam apostolicam sententiam / maiorem CHRISTVM Moyse esse. cui tamen Moysi ipse eundem dominum nostrum co[m]parat. Dicit enim in anteriorib[us]. Vnde fratres sancti / vocationis coelestis participes / co[n]siderate Apostolum & pontificem co[n]fessionis nostrae IHESVM: qui fidelis est ei qui fecit illum: sicut & Moyse in omni domo eius. Possit ne apertius dicere. Similis est dilect[us] meus capreae hinnuloq; ceruorum / similis illi Moyse cui loquebatur dominus facie ad faciem. Ore (ait in Numerorum volumine Dominus) ad os loquor ei. palam et no[n] per enigmata & figuras deum videt. Et rectissime hinnulum ceruorum appellat. Cui testimoniu[m] affert scriptura: quod mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra esset. No[n] indignatur igitur his etiam conferri columbis: quae lacte sunt lotae: sancto lauaculo regenerate: & resident iuxta fluentia plenissima / gratiae / foelicitatis / virtutis / omnium charismatum o[mn]is deniq; gloriae. Possemus et alia plurima afferre: sed ista tantilla sufficiant. Indult secundu[m] eruditos dominus subditorum patriarcharu[m] aut prophetaru[m] pleru[m]q; personam / no[n]nunq[ua]m angelorum in quibus loquebatur & speciali quadam ratione & typo in eis erat dominus. Veteres omnes q[ui] differenter tamen omnes typum gessere domini saluatoris. Illum vnice referebant qui illis olim se velle fieri similem haud indignabatur. Alii eius patientiam & longanimitatem / alij iustitiam / alij benignitatem et mansuetudinem / alij alia id genus retulere. non inepte igitur istis confertur columbis qui similis est capreae hinnuloq; ceruorum. Quibus sacrosanctis similitudinibus nos donet qui cu[m] patre & spiritu sancto deus fortis & admirabilis est: & viuit & regnat per infinita saecula Amen.

In canticum canticorum de eo quod scribitur
Gen[esis] illius sicut areolae aromatum. Omelia nona.



Gen[esis] illius sicut areolae aromatum / consistat a pigmentariis. Decor fere omnis in genis: omnis inde modestia / verecundia & omnis honestas prodire videtur. & virtutes illinc pene exoriri. atq; in illis ostendi antea ostendebat in descriptione pulcherrime sponse. Dixerat enim. Sicut fragmen mali punic[um] / ita genae tuae. Candor enim innocentiae puritatis & humilitatis in candore mali punic[um] est. seueritas vero iustitiae & inuictus martyrii animus: vna illa magnanimitas / in rubore etiam est. Absq; eo (subdit) quod intrinsicus latet / quasi meliora int[er] sint charismata diuinioreq; gratiae. Et totum esse spirituale quod dicitur significat. Quis enim describere interiora genarum corporaliter ut pulchritudine[m] aliquam referant / possit? At nos spiritualibus spiritualia conferamus. & existimemus interiora genarum interioribus mali punic[um] propter summum ordinem conferri. Sumus etiam charitatis ordo in tam specioso vultu & decore sponse est. In genis ibi diuorum charismatum dispositio. Hic vero aliquid amplius sponso conferri: immo vero in illo esse significari. Genae (Inquit) illius sicut areolae aromatum consistat a pigmentariis. Vt inde plurimus & tantus respiret odor sicut ex agro pleno floribus / cui benedixit dominus. De quo in benedictione Iacob / sentiens vestimentorum eius fragrantiam meminuit Isaac. Accessit (ait scriptura) & osculatus est eum: statimq; ut sensit vestimentorum eius fragrantiam benedicens illi ait. Ecce odor filii mei / sicut odor agri pleni: cui benedixit dominus. Post oscula sentit odorem: in quo explicari videtur no[n] tam vestimentorum q[ua]m genarum odorem fuisse. Praesentebat enim odorem e genis atq; humanitate domini IHESV manantem. Talis tanq[ua]m iocundus erat odor unguenti in capite quod descendit in barbam / barbam Aaron. Et vide ut in euangelio / domus repleta est ex odore unguenti non tam suo quidem odore q[ua]m ex contactu domini tacto. Nec prius repleuit domum odore: q[ua]m sanctum domini verticem contingeret. Et obserua quo pacto illa per omnia fragrans domini humanitas ab sponsa predicatur: quia meliora (Inquit) sunt vbera tua vino / fragrantia unguentis optimis. quibus unguentis non modo carnem domini saluatoris sed eius

In canticum canticorū.

preciosissimam animam & nomen comparat. Oleum effusum nomen tuum (ait) tam diua & cœlestis anima. & illud nomen quod est super omne nomen. Ideo adolescentulę & quęcunq; fideles aīę alūt. Curremus in odorem vnguētorum tuorum. Et omnia ex contactu domini mirabilem sortiri odorem explicat/ etiam iuxta veterum sententiam/ dum dicit. Dum esset rex in accubitu suo/ nardus mea dedit odorem suum. Nō prius spirat odorē nardus spōsæ: q̄ rex in accubitu suo sit: hoc est in medullis cordis penetrabilibus. Quę dixerimus/ vt ostenderetur hanc fragrantiam nō tam ex vestimentis: q̄ ex purissima domini IHESV humanitate/ quę in vestimenta refertur/ manasse. & omnia suum qualęcunq; ex illius contactu deriuare odorem. Genę igitur sponsi mel (ait sponsa) sicut areolę aromatum. Areolę sunt (sicut alibi) alligamentū guttę siue gutta situlę propter incomparabilem eius humilitatem. Alligamentum guttę/ fratruelis meus michi. Alia interpretatio habet. Fasciculus mirtihę dilectus meus michi. Vndiq; humilitas regis & sponsi designatur qui non ceruo sed hinculo ceruorum conferri mauult. qui semetipsum exinanuit/ formam ferul accipiens: qui liber erat & filius in domo & patris & sua. Quorum enim vna erat potestas: & vna domus erat. Omnia sunt fragrantia: & mirum respirantia odorem. In domino IHESV/ eius præcipue vita & conuersatio spirabat odorem suum: spirabat odorē diuinum. Tota enim eius actio erat admirabilis quędā (si Dionysio credimus) theandria. humaniter diuinitatq; singula agebat. atq; in humana diuina prominebat actio: & cōtra diuinę humana sese quoquo pacto admouebat. Vt totum quicquid cerneret/ mirabile & stupendum cerneret. Essetq; summum quoddam vel domus IHESVS miraculū. Areolas aromatum/ genas dicit esse. Sed quę tam multiplicia sunt illa aromata: nisi forte diuinę/ infinite atq; incomparabiles virtutes: quę in illo preciosissimo vultu relucebant prominebatq; non sine fragrantia plurima. Ille etiamnum æternus virtutum splendor. Vt tantus etiam fulgor illi pro vnguento esset. sed vnguento exultationis præ participibus suis. quo diuinitatis & tam inenarrabilis gratiæ oleo ineffabiliter in dominū IHESVM secundū humanitatē assumptam effuso/ mire spirantissimus esset. Genę illius sicut areolę aromatum consistē a pigmentariis. Et vitam & diuinam conuersationē/ istis genis significari antea nos admonuit. Ait enī. Pulchrę sunt genę tuę sicut turturis. cuius inenarrabilis pudicitia & castitas est. Et sponsi genę & totū vitę institutū areo-

lis aromatum conferuntur. quod non solum eius vita sit purissima: sed mire in omnem vtilitatem nostram fragrans: & penitus incomparabilis. quo odore et sponsa & filię Hierusalem incomparabili tractu & potestate trahuntur. Curremus / inquit/ in odorem vnguentorum tuorum / memores vberum tuorum super vinum. quo vel solo tanto tractu ad ipsum & patrem venire possumus. Id quod dominus in euāgelio explicat. Nemo potest venire ad me: nisi pater meus traxerit eum. Nec ad patrem quicunq; vadit/ nisi per dominū IHESVM CHRISTVM: qui via & ostium est. Per quod si quis non intulerit: fur est/ & latro. Et vide vt nō vnum genus aromatum: sed multiplicia exprimit aromata. quasi vastissimum pelagus virtutum & gratiarum in domino IHESV sit. In quo sunt omnes thesauri scientiæ & sapientię reconditi. & omnia in ipso/ vt ait Apostolus/ constant. Omnia in ipso expromittentius (vt ita dicam) sunt visibilia & inuisibilia. & præter illa oīa/ innumerabilia charismatum & gratiarum munera / amplissimę opes. Sicut areolę/ inquit/ aromatum quasi omnia indefinite aromata velint intelligi eius esse: qui omnia in omnibus est. & peculiarius siue eminentius omnia: & sine ipso / veluti exemplari omnium æterno factum est nichil. Videamus vt consistē sunt a pigmentariis. Sponsæ / murenulas aureas vermiculatas argenteo faciunt sodales sponsi/ siue vt alia interpretatio habet. similitudines auri cum distinctiōibus argenti. Nec enim meliora donare poterant. Aurum: munus regum est. Similitudines auri: sodalium regis & sponsi sunt munuscula. qui non in eam usq; dignitatem ascenderunt vt aurū cōferre possint. Qui sunt igitur pigmentarii: qui in sponsi genis areolas aromatum conferunt/ Nō ipsi sodales sponsi tales sunt qui tāta efficere possint: aut tanta largiri munera. quibus abunde satisfactum est: si illa aut illorum similitudines ab spōso suscipere possint. Nō patriarchę isti pigmentarii erunt aut prophetę/ aut alii quicunq; sancti. Quibus ab angelis veluti sponsę donatum sit. Et si deum iuxta Hebræorum sententiam hic Salomonem & sponsum intelligimus. Quales igitur & quanti erunt pigmentarii isti: qui in dominicis genis areolas & areolas quidem aromatum conferant/ Diuam igitur trinitatem intelligamus oportet quę in dominū IHESVM CHRISTVM inq; eius supersanctam humanitatē qui verus Salomon est/ deus & homo/ tales areolas cōferat. Sed intellige quātū ad humanitatē p̄tinet. Habebat enī in eo/ sed in omnē puentū/ in omnia mūera/ charismata & gra-

tias/plenitudo diuinitatis corporaliter. Pater videlicet/filius & spiritus sanctus. sed speciali ratione filius/per illam nimirū hypo-
staticam & per oīa admirabilem vnionem. in quē videlicet tāta
vnio & nexus humanitatis cū diuinitate (vt aūt) terminaretur.
Hi sunt pulcherrimi & diu pigmentarij qui in animam domini
IHESV veri Salomonis nostri areolas conferunt aromatum. &
quātum ad diuinitatē ptinet/volumus intelligere iuxta numerū
genarum/areolas aromatu. cernam⁹ intellectū in cuius ratione
vt existimāt eruditi/gignitur filius & verbum. Illud quidē conti-
nue manans manēsq; verbum/& vnū nimirū/modo naturæ &
cuiusdā diuinę necessitatis/sed quæ super omnem necessitatem
admirāda sit libertas/genitū verbum. Oportebat quidē intelle-
ctum infinitū siue memoriam fœcundā in sua pulcherrima atq;
infinita actione esse & cōsistere/idq; perpetuū atq; æterne. vt di-
ceret quod in. ij. psal. scribitur. Ego hodie genui te. Et q̄q; nō vi-
deretur in tanta diuina actione/generationē modo agi volūta-
tis: quę in progressionē siue admirabili spiritus sancti processu lo-
cum sibi vendicaret: non tamen admirāda illa aberat in diuina
filij generatione volūtas/non libertas. quæ tam diua voluntas
in alteram etiā tum forte genarū/illius speciosissimi verbi vult⁹
ascriberetur. Hę sunt forte areolę aromatu consitę a pigmen-
tarijs quasi verbū a patre prodiens/siue genitus sit. lux de luce: lu-
men de lumine: deus verus de deo vero. Omnibonitate diuina
a patre filio in cōmune veniēte/fœcūditate/intellectū/sapiētia/
iustitia/misericordia/infinitudine/imensitate/tota essentia sub-
stātiaq; & alijs id genus infinitis. Quę nō tam multę aut innu-
merabiles virtutes/attributa/dignitates proprietatesve diuinę
sunt: q̄ vna optima maxima virtus immensa/ infinita/ supemi-
nens/æterna. Et si quis quadā cōsequētia in pigmentarios re-
ferre auderet/nō tam plures sūt q̄ vnus simplicissimus optimus
supeminēsq;. plures ratione: vnus essentia. noīa plura/res eadē.
Nec istud genus explanationis a consuetudine scripturarū siue
sanctorum doctorū alienū est. Qui in eo loco. Oculi eius sicut co-
lumbæ. Colūbas ibi iuxta vnā explanationē simpliciter in spiri-
tum sanctū referunt. Quātum ad humanitatem pertinet areolas
aromatu/duas in domino & deo nostro voluntates siue simpli-
citer charismata/gratias & admirādas virtutes itelligere possu-
mus. Quæ sunt consitę a pigmentarijs a supersanctis illis hypo-
stasibus patre & filio & spiritu sancto. Eadem omniū voluntas/
eadem mens: eadem virtus/omnipotentia/potestas. Sed de
his hactenus. Quę magis conlectādī q̄ affirmandī gratia dicta

sint: si quicq; fortasse in tam difficilib⁹ locis odorare possemus.
Vetustiores admiserunt huiuscemodi loquutionum genera:
monas gignit monadem. Et sacer Augustinus Sapientiam de
sapientia dixit. quod genus loquutionis / ob quandā efficiētīę
siue actus cum persona vicinītatē: minus improprium cen-
suit Thomas. Nos cum catholica ecclesia hypostasim de hypo-
stasi dicimus: hoc est patrem generare filium: & illi omnē com-
municare (vt sic dicam) essentiā/virtutem & potestatem sacro-
sanctę fatemur. Hę sūt pulcherrimę duę illę quidē tam odo-
rę tam fœcundę areolę aromatum: consitę a pigmentarijs. Et
quantum ad vnū intellectum pertinet/non videbitur profus
ineptum: pigmentarios patrem/filium/& spiritū sanctum affir-
mare. Videamus si possemus de scripturis afferre testimoniū.
In Exodo locutus est dominus ad Moysen dicens. Ecce voca-
ui ex nomine Beseleel filium Huri filii Hur de tribu Iuda: &
impleui eum spiritu dei/sapientia & intelligentia / & scientia/
in omni opere: ad excogitandum quicquid fabrefieri potest. Et
paulo post. Deditq; ei sociū Ooliab: et in corde hominis erudit⁹
posui sapientiam: vt faciant cuncta quæ p̄cepti tibi. Et post
multa infert. Vestes sanctas faciāt scilicet in mysterio Aaron sa-
cerdoti & filiis eius: vt fungantur officio in sacris/oleum vncti-
onis & thymiana aromatum in sanctuario. Nū tibi videtur pa-
trem/filium & spiritum sanctum/qui deus vnus sunt/ pigmen-
tarios vel p̄cipue esse: qui tales creat pigmentarios artificesq;
Et obserua in anterioribus dominū siue tres sanctas illas hypo-
stases apertius pigmentarios esse. Dicit enim scriptura. Locu-
tusq; est domin⁹ ad Moysen dicens. Sume tibi aromata prime
mirrhę & electę quingentos siclos: & cinnamomi mediū / id est
ducentos quinquaginta siclos: calami similiter ducentos quin-
quaginta siclos: cassię autē quingētos siclos in pōdere sanctua-
rii: oleū de oliuetis mēsurā Hin. faciesq; vnctionis oleū sanctū
vnguētū cōpositū opere vnguētarij. vngesq; tabernaculū / & re-
liqua. Erit ne vnguētarius pigmētariusue dñs sed ὀρωτόν
πρωτόν. i. primitiu⁹ & exēplaris: qui tāta rōne vnguētū cōficien-
dum dicit: & admirandā dispositione & quę tanta sacramenta
p̄tendit/aromata cōmiscenda cōstituit: quo tabernaculū / sū-
mus p̄cipue sacerdos / & reliqua sancta inungerentur. quo tū
forte in mysterio in typo & figura dominus IHESVS quantū
ad humanitatem pertinet inungeretur: sed oleo exultationis p̄-
participibus suis. Aaron (inquit) & filios eius vnges: sacrificā-
bilisq; eos: vt sacerdotio fungātur michi. Hę sunt igitur a diuinis

et per omnia admirabilibus pigmentarijs patre/filio/ & spiritu sancto cōfite areolę aromatū. Videamus si possimus pigmentarios in sanctos pphetas & p̄cipue patriarchas: e quibus domini IHESV preciosissima humanitas deriuata est: referre. id quod fortasse magis receptum genus expositionis erit. Hi preciosissimas i materno tabernaculo domini IHESV conseruere genas/illas quidē areolas aromatū & fragrantissimos vultus. Ex illis longa patrū successione humanitas IHESV decurrit. sed de spiritu sancto nō de virili semine in maternis visceribus formata. Vt in tallum pigmentariorū concessum spiritus sanctus sed longe dispare sorte haud indignetur admitti. Quid nō prophete etiā admissi videbuntur: qui talla & tanta de reuerendis domini IHESV mysteriis/lege & vitę instituto p̄dixere? Quid nō apostoli & antecessores: qui eadem p̄dicauere & posteris dignoscenda reliquere? ōnes deniq; electę & sanctę animę quoquo pacto pigmentarij erunt. qui diuinitate fide & sanctis virtutibus ista celeberrima conficiunt mysteria: & quantum in ipsis est/dominum IHESVM parturiunt quousq; plenius formetur in ipsis. Nec solū in ipsis sed etiam quadam synaxi in alijs. Filii (ait Apostolus) quos ego parturio donec CHRISTVS formetur in vobis. Ecce dominū IHESVM in spiritualib⁹ hominibus spiritaliter format. Pigmentarij igitur illi qui tam diuas conserunt genas: cōserunt areolas: tam splēdidos formant vultus/foelices sūt aīę quib⁹ tāta peragere concessū: vt in sortē dominicā eamq; p̄cipuam admittantur/diuinū in nomen itur & illę animę in talem & tantā sortē admisse: vt fide q̄tum in ipsis est/cōserere has diuinas areolas credantur. Omnes igit nos in sortem dñi asciti: pigmentarij si velimus sumus: diuinas si dicere dignū / in dño IHESV purissima fide conserētes genas: immo vero dominū in nobis ipsis assidua meditatiōe formātes. iuxta qđ dicitur. Crede & manducaſti. Subdit cōsequēter. Labia eius/lilia distillantia mirrhā primā. Quis tam difficiles locos satis pro dignitate explicabit: nisi ingressus in cubiculum domini: & gustauerit bonū dei verbū: & vinū illud optimū/quod in sancto & nuptiali dñs donat symposio: quo inebriatus & p̄inde in nouū demutatus hominē/noua quēdā de thesauris dñicis p̄ferre possit? Quis vnq; vidit lilia distillantia myrrhā? Rerū diuersa natura/sua cuiq; distribuens mūera/istud nō patitur. Sed de more spūallium/spiritualibus spūalia cōferamus. vtcūq; miscelanea & diuersa in illū cōferamus/qui diuina est omnī tametsi differentīū p̄ueniens cōcordia. Omnia illi astipulantur & qua-

drant qui medius omnī rerū/etiā qualiūcūq; nexus & colligatio est. Dñs IHESVS sponsus & rex noster liliū cōuallū est. Ego flos campi (inquit) & liliū conuallū. Olim tantū flos erat in Iudeorū vetustiore synagoga: malus aliquid & peculiaris in ecclesiā contulisse videtur. Vt liliū sit conuallū. liliū in ecclesia sit: q̄ olim conuallis erat: & de more conuallium aspera erat/sine cultu & saxosa: nec poterat sanctarum virtutum redolentes germinare flores. dominica diligentia/suā in campū excolente synagogam. Liliū igitur dominus IHESVS in ecclesia: qui illā puriori donauit candore: melloribus & fragrantioribus odoribus. Nec modo generalibus sed singularibus. Et ex contactu & sanctis domini osculis nardus ecclesię dedit odorem suum. Sacramenta ex ipsorū proprietate & virtute dederūt odorem suū. Propterea dixit. Dum esset rex i accubitu suo: nardus mea dedit odorem suum/siue ei⁹. dum p̄deret dominus & ibi suam immaculatam in sinibus confoueret & ecclesiam: nardus mea / mea michi exhibita sacramenta suū sanctum spirauere odorem: vt sua in ipsam penetraueret animam: munera illi & gratias cōtulere. Nūc explicatus aliqd dicere videt. quādo labia sponsi lilia dicit. Omnis in sermonibus domini & sponsi puritas & veritas: qui se p̄cipue lucem & veritatem nuncupat. quasi ex eius labijs lux veritatis vniuersum mundum illuminet. Erat quippe lux vera: quę illuminat omnem hominem vententē in hūc mūdū. Cui etiam certa rōne candor inest: qui est candor lucis æternę & speculum (sicut antea diximus) sine macula. Hęc sunt candida sicut liliū labia. In quo/cū contra aliorum naturam/mirrhā primā distillare possint: eius videtur expressa diuinitas. Antea labia sponsę cocinea dicit. Sicut vitia cocinea labia tua: tum forte de sermonibus passionis & sanguinis siue purpurę dominicę rubricata. Et propterea eloquium tuum (inquit) dulce. Et nimirum purpurea siue cocinea erant sponsę labia: cum et capilli eius tali etiam rubricati sanguine / p̄ter rerum ordinem essent. Sicut purpura regis iuncta canalibus. Nunc vero rerum pene mutata conditione: labia sponsi candida erant sicut lilia. et quę suapte natura & decore rubra sunt: in niueum erant demutata candorem. Non enim loquebatur a semetipso / sed quęcūque audierat a patre loquebatur. Et sermonē (inquit) quem audistis non est meus: sed eius qui misit me patris. Et alio loco. Quia ego ex meipso (ait) nō sum loquutus / sed qui misit me pa-

ter: ipse michi mandatū dedit: quid dicam: & quid loquar. Et cādidos esse sermones paternos: & p̄inde labia verbi/lilia esse: aperte dicit cū ait. Et scio quia mandatū eius/vita eterna est. Quę ergo ego loquor/sicut dixit michi pater: sic loquor. Et iterum labia sua lilia esse/sed noua ostendit cū dicit. Mandatū nouum do vobis: vt diligatis Inulcē: & verba quę ego loquutus sum vobis/spiritus & vita sunt. Et nō suū humanum sed paternum & diuinū candorem in labijs suis esse ostendit/dicens. Si ego (inquit) glorifico me ipsum: gloria mea nichil est. est pater meus qui glorificat me: quę vos dicitis: quia deus noster est: & non cognouistis eū. ego autē noui eum. Et vtriusq; paternum et filii verū esse testimoniū in eodem secundū Ioannē euangelio demonstrat. Et si iudico ego: ergo iudiciū meum verum est. quia solus nō sum. sed ego & qui misit me pater. Et in lege vestra scriptum est: quio duorū testimoniū verū est. Ego sum qui testimoniū perhibeo de me ipso: & testimoniū perhibet de me qui misit me pater. Et totū hūc candorem sermonū & perinde labiorum a luce paterna deriuatū apertius demonstrat dicens. Qui a semetipso loquitur: gloriā propriam querit. qui autē querit gloriā eius qui misit eum/hic verax est: & iniustitia in illo nō est. Nū aptius dicere posset labia eius lilia distillantia mirrhā primā: incorruptionē primam: gloriā distillare paternam: qui primus & originalis om̄is incorruptionis fons est. Per oīa atq; in omnibus dominus IHESVS gloriā patris querebat. In hoc vno erant om̄es eius sermones/omnesq; eius efficiētē. Mirrhā primā beatitudinē scilicet & regnū cœlorū esse cōstat: cuius primū in nouo testamento facta est repromissio. Pœnitentiā agite (ait Ioānes) appropinquabit enim regnū cœlorū. Olim terram quandā repromissionis pro tanta laborū remuneratione habebant. nunc per dominū IHESVM Ianua regni cœlorū patefacta est. Et vls aperte videre labia eius/lilia esse distillantia mirrhā primā. In euāgelio quod secundū Mattheū scribitur/ ita legimus. Et aperiens IHESVS os suum docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnū cœlorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terrā. Beati qui esuriūt et sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. & alia pleraq; in hunc modum prosequitur: labia eius distillant facten scilicet et mirrhā primā. Est autem mirrha arbuscula in Arabia precipue nascens inciditur bis isdem temporibus quibus thus. sudat autem sponte priusq; incidatur facten: cui nulla præfert.

Et quam mirrhā primā hoc loco dicit: in Exodo facten vocat. Hanc mirrhā primā & doctrinā precipuā dñs IHESVS sua sponte stillyauit/ipse quidē arbor vitę odoratissima: sed admiranda quadā ratione/lilium hic distillat mirrhā. Est enim dñs IHESVS & liliū & oīa quęcūq; bona/sed meliore sorte: ex quo quęcūq; preciosissima manāt. Referunt autē lilium etiā ad candorem virgineū & vitę puritatē: quę oīs in dño IHESV CHRISTO precipue fuit. Qui cōfidenter dicebat. Quis ex vobis arguet me de peccato. Et labia eius lilia ppter eam causam erant distillantia mirrhā primā. Nam eloquia dñi eloquia casta: noua de castitate instituta introducētia. Sunt/inquit/quidā eunuchi: qui se castrauerūt ppter regnū cœlorū. Subdit. Argentū igne examinatū. purgatū septuplum. Et iterum. Lex dñi immaculata conuertēs animas: testimoniū dñi fidele sapientiā prestans paruulis. Et preceptū domini lucidū/illuminās oculos: diuino lumine & puritate afficiens. Hęc sunt lilia distillantia mirrhā primā. Omnia prima sunt in dño saluatore: qui iura primogeniturę potiore sorte q̄ Iacob sibi vendicauit. Primogenit⁹ resurgētium: & primogenitus oīs creaturę. Quoniā in ipso eodē eterno principio condita sunt oīa. Nec solū aperto ore attraxit spiritū: sed abūde oībus spiritū sanctū dedit. Et insuflauit in eos: accipite spiritū sanctū (inquit) quorum remiseritis peccata: remittuntur eis: & quorū retinueritis: retenta erunt. Deus quidē/deus est: qui talē potestātē dedit hoībus: & certo om̄ine & p̄lagio eternę hereditatis hęc imperat: & sua pulchro voluit cōmercia mūdo. Talia aut similia labia aperiri sibi vir iust⁹ poscebat: quo sermones incorruptionis & perpetuę laudis pferrent. Dñe (inquit) labia mea aperies: & os meū annunciabit laudem tuā. Et quod antea dixim⁹ sermones in filio esse paternos manifeste ostēdit Ap̄tus dicens. Loquutus est (inquit) nobis in filio suo: quē cōstituit heredem vniuersorū: per quē fecit & sęcula. Et obserua quo pacto lilia dicit non lilium: quasi pater in filio esset: & cōtra/in patre filius. sermones paterni in sermonib⁹ filij. atq; talibus filij sermonibus/paternis attestantib⁹. Hic est/inquit/filius meus dilect⁹: in quo michi bene cōplacuit: ip̄m audite. Lilia igit pater & filij erant. Ipse etiam spiritus sanctus. Quem dñs IHESVS in spiritu oris sui largiebatur. Procedit ille etiam a filio. Quia de meo/inquit dñs/accipiet. Possent ne cādiora esse vspiā lilia maiorēve proferētia incorruptinem? Possent ne alia lilia alijve cādiores ex sese nō incisi nūq; separati/aut vlla ratione minuti talem & tantā mirrhā primā aut facten pferre? possent ne talē

In canticum canticorum.

incorruptionē donare? Qui sequitur me (inquit) non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitæ. Et alio loco. Et vitam eternā do eis: vt vitā (inquit) habeāt: & amplius habeāt. Hoc est quod dicebat Apostolus. Oportet enim corruptibile hoc/induere incorruptionē: & mortale hoc/induere immortalitē. Sed per quē: nisi per dñi IHESV repromissionē: per quē habemus accessum ad patrem? Possimus & lilia ad eius diuinitatē & humanitatem referre: siue ad vtriusq; testamēti cū dationem tum mirā/ quam illorū fecit elucidationē. Vt nigricās omne & suboscurū in candidum verteret. Et qđ olim parū videbatur redundare: distillare cogeret mirrhā primā/ apertissimos de dño IHESV/ & de tātis mysterijs incōparabiles sensus. In superiorib⁹ ecclesiā electam suā lilio comparauit. Sicut liliū (inquit) inter spinas sic amica mea inter filias: illius integritatē/ puritatemq; designans. Existimant eruditi ecclesiā de dñi latere pfluxisse: vt Euam ex latere Adam. Quādo in maximo secundū Apostolū sacramento dixit. Os nūc ex ossibus meis & caro de carne mea. Vide si hoc loco dicere potest dñs/ ecclesiam liliū de lilijs deriuasse dñicis. vt nō solū de latere dñi (id qđ obseruāt sancti) sed etiā de suo ore & labijs q̄ in lilia referunt/ ecclesiā defluxisse existimemus. Veluti os antea ex ossib⁹ in sacramēto & figura manarat. Diuinis qppe similitudinib⁹ oīa cōstāt. & liliū ex lilijs/ & cādor ex cādore: puritas oīs & integritas ecclesie/ ex illa admirabili & diuiniore integritate/ & puritate. Hanc dñs diuinis institutionibus stabiluit sancuitq;: quē cōparatione veterū in lilia esset: atq; in purissima & nūeo cādore meātia lilia ipsam formauit ecclesiā. Quēcūq; etiam electa anima de ore dñico oscula sentiens/ diuinis etiam perfruēs eloquutionibus: in diuina gignitur lilia. Et illi continēter dicere potest spiritus sanctus. Sicut liliū inter spinas sic amica mea inter filias. Imitatrix ecclesie/ talis quēcūq; aīa est: splendorem fortitur & claritatē de candido & perq̄ fulgenti verbo. Et obserua in p̄cedentibus cum primum se lilio verbum & sponsus comparauit: statim sponsam lilio etiam comparauit. quasi p̄ximā sortē de spōso nancisceretur. Ego/ inquit/ flos cāpi: & liliū cōuallium. Et statim in pulchritudinem & candorē spōsæ conuersus ait. Sicut liliū inter spinas sic amica mea inter filias. Non prius q̄ liliū sponsus diceretur: liliū efficitur ecclesia. Non prius q̄ virginitatem vnice dominus p̄dicaret: virginitatem & candorem nacta est ecclesia. Antea latebant de virginitate monita: puriores de omni perfectione leges. At postq̄

Omelia IX

66

desumpta humanitate dñs illuxit mūdo: omnia in p̄fectionē & puritatem abiere. Antea flos cāpi dñs erat/ pares flores nequaquā efformans. Vbi vero liliū cōuallium effectus est: in lilia vertitur coelestes animæ/ in liliū pulcherrimū/ & ante ōnes flores/ si Plinio credimus/ candidissimū exurgit coelestis & p̄petuo manens ecclesia. Hoc est qđ dicebat Apostol⁹: vt imitatores dei essem⁹. Et vt ille liliū & candor erat: nos in lilia penitus quadā veluti metapsychia siue magis μετὰ ψυχῆ: id est trāsmutationē trāformaremur. Id quod & si imperfecte hic contingeret: perfectius aliquādo euenire daretur. Pulchre hunc locum explicare videtur Ioannes. Si scitis (inquit) quoniā iustus est: scitote quoniā & omnis qui facit iustitiā ex ipso natus est. Ac si diceret. liliū ex lilijs est: & candor ex candore. Videte/ inquit/ qualem charitatem dedit nobis pater: vt filij dei nominemur & simus. Et eos similitudinem aliquam verbi referre/ apertius ostendit dicens. Pro hoc mundus non nouit nos: quia nō nouit eum. Idq; in futuro clarius efformati⁹ euenire demonstrat. Charissimi nunc filij dei sumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit: similes ei erim⁹. quoniā videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo/ sanctificat se: sicut & ille sanctus est. Et paulo post. Qui facit iustitiam/ iustus est: sicut & ille iustus. Et pari ratione dicere quicūq; potest. Qui obseruat candorem/ puritatem/ & innocentiam/ liliū est: sicut ille liliū est. Et diuinā hanc imitationē obseruare videtur dñs in euāgelio. Nōne scriptum est in lege vestra: quia ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei fact⁹ est: & nō potest solui scriptura: quē pater sanctificauit & misit in mundum: vos dicitis quia blasphemias quia dixi filij dei sum. Et secundū hanc interpretationē. Homo hominē generat: & Israel Israelē. Israel quippe cū esset Iacob/ generauit israelē populū. Quid mirū si liliū lilia p̄gignat/ & de⁹ deos. Ego/ ait/ dixi dij estis & filij excelsi oēs Rubeniuxta Origenē generat Ruben. & Leui generat Leui. & sancti pariter generant sanctos. Et secundum suam sortem quisq; suæ etiam sortis diuina imitatione generat filios. Dicit enim Paulus. In CHRISTO enim IHESV per euāgelium ego vos genui. Et quātum ad propositum attinet/ existimandū est: Apostolum genuisse quosdam sibi similes Apostolos & doctores gentium in veritate: vt ipse Apostolus & doctor gentium erat. Sed de his haftenus.

i.ij.

In canticū canticorum.

In canticum canticorum. de eo quod scribit Manus illius tornatiles auree plene hyacinthis. Homilia X.



Manus illius tornatiles auree plene hyacinthis. In manibus ex omnium cum veterum/ tum recentiorum consensu opera sunt. Manus (inquit) tuae fecerunt me/ & plasmauerunt me. Et in Esaia dñs ait. Manus quoque mea fundauit terram: & dextera mea mensa est coelos. Et de muliere forti dixit Salomon. Manum suam misit ad fortia: & digiti eius apprehenderunt fufum. Manum suam aperuit inopi: & palmas suas extendit ad pauperem. Et iterum in Esaia. Quis mensus est manu aquam: & coelum palmo: & omnem terram pugillo? Aurum/ si veteribus credimus/ totum regale & magnificum est: & hyacinthi in coelestem quaedam virtutem aut operationem referuntur. Atque in eam significationem/ summi sacerdotis vestes hyacinthine erant. At quis alius summus sacerdos nisi dñs noster IHESVS CHRISTVS: factus sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech? Legimus apud Ezechielē rotulas aureas in auriculis esse Hierusalem: siue cuiuscumque in disciplinis dei educatae animae. Aurea vero illa rota est: quae sensibus agitatur sacris/ diuinis voluitur intellectibus. Atque in hunc fortasse intellectum summitas throni Salomonis rotunda erat in parte posteriori: quae ad sensus etiam vt posteriora colubae/ referatur. Et hic tornatiles in mystica quadam & latenti significatione digiti sunt sponsi. Est enim tornatilis & rotunda illa figura/ vndique perfecta & perfectionis insigne. Dei enim (vt ait sapiens) perfecta sunt opera. Est etiam agitationi actionive haec accommodatissima figura. At omnibus mobilibus (vt quidam sapiens dixit) mobilior est sapientia. Attingit autem vbique propter suam mundiciam: omnibus coagit. Omnium vna & pulcherrima effectrix est. At sapientia/ verbum siue sermo dei/ sponsus est. & propterea manus illius sunt tornatiles propter magnificorum operum perfectionem. Bene (inquiunt) omnia fecit. Quid non bene fecisset qui summa & eterna tum erat & eternum est bonitas/ perfectio & pulchritudo? Et talia efformat: qualis ipse est. Aureae sunt. Eius etiam diuina opera/ penitus regalia. Suspice vniuersam mundanā machinā/ illius iugitatem & perpetuitatem: considera angelorum & diuinarum animarum magnificentiam. Illa quae illis continue offeruntur numinibus paradisiaca loca: illis a constitutione mundi preparata. Num aureas domini intelliges manus? At quid non erunt aureae illae manus in efficienda illa perquam stupenda nostrae humanitatis/ cum diuinitate vnicne? Illud opus omnium

operum excedit magnificentiam: in illo eius precipue aureae sunt manus: in quo tanta simul congerunt miracula. Videamus quo pacto non hyacinthine modo sed plene hyacinthis sunt. Numquid dominus quicumque exterius efficiebat: quin interne magis ageret/ & curas corpora simul etiam curabat animas. Et quae tota illius lex diuina & spiritalis: tamen diuinius aliquid adhuc significabat. vt manus aureae propter operum diuinitatem: simul et hyacinthine propter maiorem significationem essent. Legamus in euangelio veteres: idque quod conspectissimum non bis habebitur. Vnum agebat dominus & aliud significabat. nichil diuinis vacabat mysterijs. Magnam olim videbat summi sacerdotis vestes hyacinthinas esse. vitta quoque/ qua diuinum stringeretur nomen etiam hyacinthina erat: vt nichil in vestibus aut sacerdotali baltheo, sine hyacintho cerneret. Illa omnia & amplius aliquid dominus IHESVS nactus est: vt non modo vita/ & mirabili conuersatione coelestis esset: sed operibus plusquam coelestis. Id quod plenitudinem in eo diuinitatis fuisse significat. Manus (inquit) illius tornatiles aureae plene hyacinthis. Nec vnum opus modo in illo coeleste erat: sed omnia opera coelestia. Decebat enim talem eum propter ceteros esse: qui constitutus erat iudex viuorum & mortuorum. Talis enim (ait Apostolus) decebat vt nobis esset pontifex sanctus/ innocens/ impollutus/ segregatus a peccatoribus/ & excelsior caelis factus. Factus quidem excelsior propter operum diuinitatem & excellentiam. Et hoc est quod dicitur in euangelio. Et IHESVS proficiebat sapientia/ & etate/ & gratia apud deum & homines. vt meliores quotidie hyacinthos eum suscipere intelligeres. Ioannes in calce euangelij sui ait. Sunt & alia multa quae fecit IHESVS. quae si scribantur per singula: nec ipsum arbitror mundum capere posse/ qui scribendi sunt libros. Quod dictum est propter operum eius excellentiam & dignitatem. Erat per omnia eius maiestas admirabilis. Consummat (ait Apostolus) factus est omnibus obtemperantibus sibi/ causa salutis eterne. Vt plenitudo quaedam in operibus esset & munifica liberalitas. Ex ipso enim/ per ipsum/ & in ipso/ omnia. In fundamentis ciuitatis Hierusalem inter alios preciosissimos lapides etiam hyacinthum in Apocalypsi Ioannis legimus. In logio siue rationali ligurius pro hyacintho (si eruditis credimus) ponitur. Vt pontifex qui coelestem pretendere vitam debet: non sine hyacintho sit/ coelestes & diuinos mores significante. Vt in ornatu vestium & colorum multiplici varietate & gemmarum preciosa distinctione hyacinthus & vita quaedam coelestis per omnia sit. In manibus vero & operibus nichil aliud nisi coeleste praedat. Habebat olim princeps tyri per diademate suo: hoc multiplex ornamentum gemmarum i. iij.

In canticum canticorum.

marū preciositates. Quo ostēderetur coelestem penit⁹ in eo vitā esse debuisse. Sed cecidit venenatus serpens & coluber tortuosus effectus. Ablatū est de capite eius ornamentū & decoris diademata. Et qui principatū quendā lucis p̄tendebat: factus est princeps & rector tenebrarū harū. & p̄ iustitia coelesti/ nequitia i coelestib⁹ siue de coelestib⁹ magis corruēs. Vidi (inquit dñs) sathanā sicut fulgur de cœlo cadētē. Olim lux purior q̄dā: nūc tenebrę & alijs tenebrarū causa/ nō potest post casum talib⁹ insigniti lapidibus: sed dñs IHESVS per oīa talib⁹ ornatus gloria & honore circūamictus: & cōstitut⁹ super oīa opera manuū dñi. Et nos nostras/ illius manibus efformemus manus. Sint autēq; propter operum magnificentia & regiam quandā dignitatem. Sint tortuosi (quod primū explicandū erat) hoc est vndiq; perfecte. Vt nichil hiet/ & nichil p̄turbet se/ angulus equis partibus vt coeat nil vt deliret amissis. Sint hyacinthinę coelestes penit⁹ coelestium actiōes/ & opa referētes: illū p̄cipue imitate/ q̄ celsior cœlis effectus ē. Sed post latiorē fortasse euagationē ad reliqua veniam⁹. **V**enter (ait) eius eburneus distinct⁹ sapphiris. Crura illius colūne marmoreæ: que fundatę sunt sup̄ bases aureas. Species eius vt libani/ electus vt cedri. guttur illius suauissimum: & totus desiderabilis. Talis est dilectus meus: & ipse est amicus meus filiæ Hierusalem. Dicamus nunc de istis quātum a domino pro imbecillitate nostra concedetur per singula. Vt alijs afferentibus aurum/ argentū/ & lapides preciosos in donaria dñi nos pelles/ pilos caprarū aut saga cilicina offeram⁹. Venter eius eburneus distinctus sapphiris. In hebreo habetur. venter eius capsula eburnea plena sapphiris. In membris dominicis de more humano diuinitati ascriptis/ virtutes multiugas & in pluchra varietate sibi vt membra mire cōsentientes intelligimus. Vt quadam manu ductione de ineffabilibus per effabilia eloquamur. & per ea que videntur de his que non videntur differamus. Nō quo ista in diuinitate esse intelligātur: vbi inenarrabilis & admiranda simplicitas est: sed vt gradus ad superiora faciāt/ ad interna & spiritalia quæ μεταφορικῶς: id est translative diuinitati mēbra ascribūtur: inq; eius p̄tates siue rōnes. His veluti vmbri & aliquibus limamentis & si remotiusculis diuinę proprietates dignitatesq; effigientur. Fitq; vt istis et pulchris & candidis velaminibus mira quadam voluptate detineamur. Atq; imperceptibiliter in illam per hęc admittamur diuinitatem: quæ infinito quodam interuallo omnem excedit animę nostrę capaci-

tatem. E talibus quippe similitudinibus veritas prominet. Sed quid ventrem aliud existimabimus quātum ad diuinitatē attinet: nisi omnirecepticē illam potestatem: omnicapacem/ omniumq; effectricem potentiā? In qua omnia veluti in receptaculo amplissimo/ quęcūq; cum visibilia tum inuisibilia suscepta sunt: sed in meliorem diuiniorē & manentiorē trāformata sortem. Ibi omnium idearum promptuariū plenissimum. Ibi arca totius diuinitatis & omnium rerum/ omnium demum efficiēdorū. Omnia quippe est/ capacissima illa arca/ interius si dicere dignum tota delinita/ tota aurea: immo solidum penitus p̄tēdens aurum. In quam admissi/ vel solum foelices & beati sunt sanctissimi Noe imitatores: immo vero alteri Noe/ siue filij Noe meliores: in manna suauissimū domini pabulum demutati. Toti testimoniū & virga domini effecti pulchra quadam ferruminatione (vt sic dicā) in suas (nulla tum apparēte cōmissura) tamen cōmissi ideas in suas exēplares ratiōes & formas: in illā ὡς ἐστὶν αὐτῶν: id est in persanctā diuinitatē ineffabiliter exurgentes/ in illos parētis & tāti sui principij inenarrabiles & amatissimos amplexus. Vident vt venter dñi eburneus est eaq; eburnea arca hoc est cādida & lenis/ corruptionē nullā sentiens: in quam p̄ parib⁹ ijsq; eburneis gradibus conscēditur. Pro gradibus (inquit) eburneis: ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo. Thronū quoq; Salomonis eburneum siue de ebore grandem legimus. Videamus si ebur ad domini IHESV humanitatem referre possimus. Fecit etiam (ait scriptura) rex Salomon thronum de ebore grandem: & vestiuit eum auro fuluo nimis: de quo alio loco explicatius diximus. In quo siue fastigium sit siue thronus ipsa diuinitas & domini IHESV humanitas depingūtur. Hoc haud dubie scripturarum artificium est: vt propter dominum IHESVM in mysterijs enigmatibus siue figuris vtrunq; simul nectat: asseratq; scriptura diuinitatem humanitatēq;. Et vix vnq; de humanitate sermo est: quin simul diuinitatē anectat. Esaias vtrunq; simul asserit. Puer (inquit) natus est nobis/ & filius datus est nobis: cuius imperium super humerum eius/ & vocabitur nomen eius admirabilis/ deus/ fortis/ pater futuri seculi/ princeps pacis. Et qui puer est: deus tamen & princeps est. In Hieremia cum sermo de principe messia esset quem nulli Hebręorum dubitant/ & hominem esse debere: & vnum aliquem de fratrib⁹: tamen deum appellat. Et vocabitur (inquit) nomen eius/ deus iustus noster. Vbi nomen domini tetragrammaton. Iod. He. Vau. He. interferitur. In principio quoq; Ezechielis ita

In canticū canticorum.

scriptum legimus. Et super firmamentū quod erat iminens capiti eorū quasi aspectus lapidis sapphiri / similitudo throni: & super similitudinē throni / similitudo quasi aspectus hominis. Omnes existimant diuinitatem eo loco significari: quā humanam formam aliquando indutū tri satis cōiuebatur. Quid enī aliud similitudo illa hominis significabat: nisi humanitatē a domino aliquando assumendā / Quippe quod nulla alta esset diuinitatis similitudo. Id quod Moyses in Deuteronomio differuit / dicens. Custodite igitur sollicite animas vestras: nō vidistis aliquam similitudinē / in die qua loquutus est vobis dominus in Ore / de medio ignis. ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem: aut imaginem masculi vel femine. Nulla igitur domini est similitudo. Similitudo ergo illa hominis aliqd aliud portendebat. ipsum quidē æternum vniuentūq; filium in sinu patris eterne manentem / hominē aliquando in plenitudine temporum futurum. Hoc idem et Esaias in celeberrima sua visione monstrabat / quando vidit dominum sedentē super solum excelsum & eleuatum: & seraphim stantes super illud. Duabus (inquit) velabant faciem eius: & duabus velabant pedes eius: & duabus (aperto videlicet nec velato medio corpore hoc est domini IHESV incarnatione) velabāt. eius reserabant sacramenta: palam faciebant mysteria. In Daniele quoq; manifestius dum ait. Aspiciebā ergo in visione noctis. Et ecce cū nubibus coeli / quasi filius hominis & vsq; ad antiquū dierum peruenit: et in conspectu eius obtulerunt eum: et dedit ei potestatem & honorem & regnum. Vsq; ad antiquū dierum peruenire: equalem patri filium esse / ostendere est. & similitudo illa quasi filii hominis erat. Erat quippe verus homo tū futurus qui deus erat. Infinita exempla suppeterēt: quo simul sacramentū diuinitatis & humanitatis in eadem hypostasi scripturę aperit. Quid aliud illud cāticū canticorū significat: Egredimini filie syon & videte regem Salomonem in diademate suo: quo coronauit illum mater sua / i die desponsationis illius / & in die letitię cordis eius. In diademate tali videre regem Salomonem: clarissime conspiciere est CHRISTVM dominū / deum & hominem esse. de quo alio loco apertius differuimus. Quę pro eo dixerim: quo passim hec talia sacramēta nobis i scripturis significari / ostēdere. Venter propterea eius eburneus: quod admirabilem / moribus tamen / humanitatē assumpsit: quę candorem simul & lenitatem haberet: & ineffabilem eius simul cū tantis virtutibus memoraret pulchritudinē. Nempe a faberrimo artifice spiritu

Omelia X

69

sancto formatus erat. Et tale ebur erat: quale (inquit illustris poeta) manus addunt ebori decus: aut vbi flauo argentum pariusue lapis circumdatur auro. Sed ebur illud penitus rationale: id quod sequentia manifeste ostendūt. Ait enim. Eburneus distinctus sapphiris / pulchritudinē in distinctione gemarum præcedens. Erat enim ibi in domino IHESV omnis ordo / distinctio / dispositio / pulchritudo. Nec modo ecclesię pulchritudo quę celo serenissimo conferri solet: sed angelicorū numinum qui sapphiris in scripturis comparantur. Audi quid dicit scriptura in Deuteronomio. Ascēderūtq; Moyses & Aaron Nadab / & Abiu et septuaginta de senioribus Israel & viderūt deū Israel / sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini: & quasi celū cū serenū est. quod vestustiores de angelis & ecclesia explicant. In quibus sedes dei sit. Et totū illud opus lapidis sapphirini / angelis comparant. Et cum in similitudinem eorū coelestes sint admittē anime: quid vetat in tales sedes & sancta receptacula etiam referri: Distinctus igitur dominic⁹ venter sapphiris: illa domini plenitudo / susceptio / illud æternum præoptuariū vndiq; sanctorū agmine circumuallatum. Et dominus IHESVS qui etiam secundum humanitatem assumptam caput est ecclesię / corona sanctorum cum angelorum tum coelestium animarum circumdatus est. possumus & hos sapphiros in admirabilem virtutum & diuinorum charismatum dispositionem & ordinem referre. Tota vero illa distinctio / illa pulchritudo / ille ordo in arca siue diuinitatis siue humanitatis domini IHESV est. In quo sunt oēs thesauri sapientię & scientiæ absconditi: imo & omniū virtutum & gratiarum flumina: quę de ventre tanto prodeuntia mirū in modum letificant ciuitatē dei. Nec enim aliunde ille prodit fluminis impetus diuinam ciuitatem letificans: q̄ ab vbertate diuinę domus. Quę vbertas in domino IHESV saluatore nostro est. in quo præcipue recreamur: e cuius vbertate mire letificamur. Omnes in illo veluti amplissimo diuinitatis palatio facies angelicę deplete: & vultus electorum omnium efformati. quippe qui i sede capacissima felicitatem tãtam inuentã habent. quibus omnibus pro corona & preciosissimis sertis dominus IHESVS est: in se omnium merita / virtutes / gratias / charismata mire continens. Hoc est ventrem illius distinctum esse sapphiris nō solum illis externis circumuallari agminibus velut vernantibus liliis: sed illa etiam interne continere / illis sed infinitioribus quoquo pacto interne exornari. Quod admirabile esset illam diuinam arcam / illam tãtam humanitatem / diu-

nitatis diuinarumque rationum proptuarium tam mirabile / vnde
 dique cernere tanta varietate (preter id quod aurum purissimum
 et mundissimum est) circūdatum: tanta sed multiplici & omni-
 gena coruscans charitate / exornatum incomparabili decore.
 Gloria (inquit) & honore coronasti eum: & constituisti super
 opera manuum tuarum. Si super opera / omnia igitur opera con-
 tinet / & quæ opera simpliciter sunt: in illo operum opera de
 quibus etiam meminerunt eruditi / efficiuntur. vt montes in il-
 lo / montium montes sunt. Et omnis dignitas regis aut quæcū-
 que alia: dignitatum dignitas in eo est. Vt omnia ibi promineant:
 vbi rerum omnium est summus apex. Et sapphiri in ipso quidam
 rutilantiores sapphiri sunt: gemmæ alterius omnino generis quæ
 quas meditari aut concilcere possimus. Gemmæ sunt spirituales
 illi sapphiri: qui penitus admirabilem atque intelligentem ven-
 trem exornant. eterni sint qui eternam quoquo pacto illustrare
 dicuntur sed modo ineffabili & vltimundano capacitatem.
 immortalesque qui immortalitati incomparabiliter nequuntur.
 vnum sunt simplicissimumque: qui in tantæ vnitatis & simplicitatis
 referuntur preconia. Existimant qui gemmarum proprietatem
 perscrutantur vim huic inesse lapidi sapphiro: corpus ipsi-
 sum vegetandi: & integra conseruandi membra. Plenus igitur
 dominus charismatibus & gratiarum multiplicibus radiis illis
 non tam conseruat quæ conseruat: & totum ecclesiæ corpus vegetat.
 Nec vno quidem sapphiro / sed multiplicibus & pene paribus qui
 totus vndique illis repletus est: alios donat. pulchre omnia in-
 tegrans fouens / augens. Talibus ecclesia & electæ animæ augen-
 tur: quibus dominus insignitus est. ¶ Crura illius colunæ mar-
 moreæ quæ fundatæ sunt super bases aureas. Fundauit domi-
 nus ecclesiam suam super solidissima fundamenta: quæ in duo-
 decim gemmis pulchra varietate distinctis in Apocalypsi enu-
 merantur. Fundamenta (inquit) muri ciuitatis omni lapide pre-
 closo ornata / & fundamentum / primum iaspis / secundum sap-
 phirum / & in duodecimū vsque excedentem siue superabundantem
 numerum progreditur. Et alio loco. Fundamenta eius in mon-
 tibus sanctis: in ipsa forte sanctissima trinitate quæ prima in fun-
 damentis catholicæ fidei est: siue in patriarchis & prophetis &
 sanctis Apostolis qui primi post dominum IHESVM CHRI-
 STVM / tantæ iessere fundamenta ecclesiæ. In epithalamio aut
 quid candidum aut sublucescens esse debebat: & perpetua constan-
 tia stabile. Propterea dicit. Crura eius / super quæ totius cor-
 poris pulchritudo & firmitas consistit: columnæ sunt marmoreæ

candidæ forte aut sublucentes. Pulchræ illæ quidem & firmis-
 me & quæ nunquam subruantur: quæ fundatæ sunt super bases aureas
 Nec enim poterant tales columnæ consistere: aut pulchritudi-
 nem aliquam referre sine basibus aureis. Aurum dominus IHESVS
 CHRISTVS: & ipse fundamentum totius corporis est: preter
 quod nemo aliud potest ponere: nisi quod positum est CHRI-
 STVS dominus saluator noster. Frequenter diximus aurum / re-
 gale aliquid in domino nostro IHESV CHRISTO ostende-
 re. & propterea regium aliquod fundamentum facit. vt omnes
 reges faciat nos in gentem sanctam & regale sacerdotium eri-
 gens. Omnia quæcūque pulchra nobis efficitur dominus IHE-
 SVS CHRISTVS. Aurum etiam in scripturis / in sensus mysti-
 cos & spirituales intelligentiam interpretatur. quæ nimirum ec-
 clesiæ & totius diuinæ congregationis fundamentum est. Scien-
 tes (ait Apostolus) quoniam lex spiritualis est. Si legem spiritua-
 lem esse intelligimus: nichil nos a fidei soliditate dimouebit.
 Id quod si Iudei intelligerent pedibus in nostram venirent sen-
 tentiā: foedus cum pulchra & immortali fide intrent. Sed velami-
 ne carnalis sensus cōtēcti sūt: atque adeo cæci redditi: vt nequaquam
 possint clarissimum solis lumen conspiciere. Totum igitur funda-
 mentum diuinæ fidei: in sensibus mysticis & spiritualibus est.
 Diuersa marmorum genera / esse leguntur porphireticum / can-
 didum / varium prasinum / & alia id genus. Diuersi sunt etiam
 perfectorum ordines: qui pulchram fulciunt ecclesiā. Sūt Apo-
 stolici generis viri. Sunt qui suū pro domino fudere sanguinē mar-
 tyres. i. testes. Sunt virgineæ etiam columnæ: & alia plurimæ p-
 varietate meritorum varia ferentes insignia. Vt ipsa etiam di-
 uersitate incomparabilis pulchritudo & inenarrabilis ecclesiæ de-
 cor exurgat. Et nimirum si crura domini colunæ cōparantur.
 Cū etiā colunæ æreas in templo domini esse legamus: quas facit
 artifex Hiram plenus sapientia. Et finxit (ait scriptura) duas co-
 lumnas æreas decem & octo cubitorum columnam vnam: & li-
 nea duodecim cubitorum ambiebat columnam vtrāque. Duo quoque
 capitella fecit: quæ ponerentur super capita colunarum. Et vt ostē-
 deret ista ad virgineum decorem domini IHESV pertinere:
 posteaquam admissim prosequutus est descriptionem capitello-
 rum / subnectit. Capitella autem quæ erāt super capita colunā-
 rum: quasi opere liliij fabricata erant. Et paulo post. Malogra-
 natorum ducenti ordines erant in arcu capite secundi.
 At sponsus noster capiti columnarum incubens illud est ipsi
 ecclesiæ: eidem velut pulcherrimæ scalæ siue colunæ innixus.

Et dominus/inquit/ erat innixus scilicet. Et in cantico. Ego flos cāpi: & lilium cōuallium. Et antea dixim⁹/ ipsum eūdē dñm nostrum suā ecclesiam liliorū donasse similitudine. Vbiq; malogratiata diuinā in scripturis habēt significationē. Nec ipsi possent cōparari spōse: nisi a dño ortū haberēt: in illo/velut i amoenissima paradiso/pulcherrima nascerētur. Legimus & colūnas in tabernaculo domini: dicente scriptura. Facies & velū pulchra varietate distinctum: quod appendes ante quatuor colūnas delignis sethim/que ipse quidem deauratæ erūt: & habebūt capita aurea & bases argenteas. Obserua/ quo pacto quæ olim erant bases argenteæ: nūc sunt aureæ/aut in aureas penitus conuersæ. Vt non solū claritatem eloquiorū teneamus: sed eorum magis sensus mysticos & aureos. Et que hoc loco ppter puritatem & firmitatem/ colūne sunt marmoreæ candorem dñi IHESV referentes: in veteri testamēto ligneæ erant: tamen de dño IHESV deq; eius spiritualib⁹ charismatib⁹ deauratæ. Nec enim aliter in tabernaculo domini sibi vendicassent locū. Et q̄q̄ incorruptibile lignū illud esset: nō ea tamē fortasse firmitate subnixū: vt quod in vsum tantū cederet cortinarū. non tāti quidem roboris & firmitatis/ vt super illud domus dei fundari posset. quæ vbiq; in scripturis supra firmā petrā fundata esse legitur. Et in libro pastoris/ ecclesie turris/ super vnā petrā vndiq; quadratā edificata est: sanctis angelis & diuinis virtutibus tantū opus extruētibus vrgentibusq;. Et obserua quo pacto similia quēdā nō tamen per omnia in introitu tabernaculi esse legūtur. Facies (inquit) & tētorium in introitu tabernaculi de hyacintho. Subdit. Et quinq; colūnas deaurabis lignorum sethim. ante quas ducetur tētorium: quarū erunt capita aurea & bases eneæ. Non eēdem sunt bases interioris & exterioris tabernaculi. Nisi forte dicamus eundem dñm IHESVM/ qui ecclesie & omniū colūnatū fundamentum est/ tantū initiatis aut p̄ficiētib⁹ æneum esse: qui perfectis aureus est. Et mirabiles p̄fectum in his designari secundū eruditos differentias. Et quod diximus ligneas in tabernaculo esse colūnas: hoc forte significabat illius tabernaculi q̄q̄ mystici: nō perpetuā futurā durationē. Propterea trāslatitiū & mobile erat: et quod perditum ire iuxta Hieremie vaticiniū debebat. Ipsius vero ecclesie/ vna erat immobilitas & firmitudo. Erat enī in ea regnum CHRISTI: quod secundū Daniele non corrūpetur. id quod pulchre explicat in Aggeo dñs dicens. Adhuc semel & ego mouebo nō solum terrā/ sed & cœlum. Quod autem (inquit Apostolus) adhuc semel dicit: declarat mobilium translationem

tanq̄ factorū: vt maneant eaq; sunt imobilia. Itaq; regnū imobile suscipientes/ habemus gratiā: per quam seruamus placētes deo/ cū metu & reuerentiā. Et vbiq; in scripturis tabernacula/ minora sunt/ ppter mobilitatē/ domibus. Synagoga semp̄ ipsa inferior est ecclesia. que nobis pro domo dñi & regia eius aula immo vero cubiculo & penetralibus vinarie celle est. Vbi amor dñi ardentior & charismata mellora & efficaciora visunt. Quæ pro eo dixerim⁹. quod in tabernaculo ligneæ erāt colūne q̄q̄ ppter spūalē intelligentiā & sp̄m viuificantē qui in tantis latebat mysteriis/ deauratæ. At in tēplo & domo dei eneæ sunt aut marmoreæ. in regnorū volumine eneæ: i cātico marmoreæ sunt/ candidæ quidē & sublucentes. Firmiores quidē in ecclesia q̄ est templum dei viuū: & nos etiā (vt alio loco diximus ex Pauli testimonio) domus dei. Dñs IHESVS ipse ppter vtrāq; que i eo est naturā colūne est: q̄ in crura quib⁹ tota domus dei fulcī referunt. Possumus in vtrūq; testamētū: aut eloquia & spūalē sensū interpretari: quēadmodū de duabus oliuis q̄ sup candelabrū Zacharie visebant/ alio loco dictū est. Ipse quidē primū & p̄cipua rōne colūne etiā ppter vtrāq; i eo voluntatē. & alios sui tanta imitatione dedit esse colūnas. Et iuxta Ap̄lm. Quosdā quidē posuit deus i ecclesia. primū Ap̄los: secūdo pphetas: tertio doctores: deinde virtutes: exinde gratias curationū/ opitulationē/ gubernationes/ genera linguarū/ Interpretationes sermonū. quibus p suo modo & cōditiōe sustētať totū corpus dñi IHESV CHRISTI mysticū/ totū corpus ecclesie. Nec istud a quorūdā abhorret interpretatione qui crura dñica & cōsequenter colūnas marmoreas in sacramēta/ charismata/ & gratias explicāt. Possim⁹ & in fidē & charitatē interpretari. De qua vltima dixit post multorū enumerationē Ap̄ls. Et adhuc excellentiorē viā vobis demonstro. Si linguis (ait) hominū loquar & angelorū: charitatē autē nō habeā: factus sū velut es sonās aut cymbalū tinniens. Caritas (inqt) nō emulat: nō agit pperā: nō inflat: nō est ambitiosa/ nō q̄rit que sua sunt/ oīa suffert/ oīa credit/ oīa sperat: oīa sustinet: caritas nūq̄ excidit: siue pphetie euacuabunt: siue lingue cessabūt/ siue sciētia destruet. De fide vero dictū est. qd iustus me⁹ ex fide viuūt: qd si subtraxerit se nō placebit. aiē mee et in ep̄la ad Romanos. Iustitia autē dei p fidē IHESV Christi i oēs & sup ōnes q̄ credūt in eū. Et paulo post. Quē pposuit de⁹ p̄piciatorē p fidē i sāguie ipsi⁹/ ad ostēsiōnē iustitię suę. Et alia multa q̄ in eadē ep̄la ad Hebrēos de fide psequit. Possim⁹ autē in charitatē dei & pximi vtrāq; cōparare colūnā. Que oēs qua-

In canticum canticorū.

seleūq; desumpseris / fundatæ sunt super bases aureas. Oīa enī in
 spīritu vitæ fundantur & stabillūtur: vt lex ipsa spūs vitæ sit in
CHRISTO IHESV: nedū nos huic solū innitūmur spū. secū
 dum qđ dicit Apłus. Vos autē in carne nō estis sed in spū: sī
 tamē spūs dei habitat in vobis, si quis autē spīritū **CHRISTI**
 nō habet: hic nō est eius. Et totam vitā in hoc cōsistere spīritu
 statim ostendit. Si autē **CHRISTVS** in vobis est (ait) corpus
 quidē mortuū est propter peccatū: spūs vero vult propter ius
 tificationē. Qđ si spūs ei⁹ qui suscitauit Ihesū a mortuis habi
 tat i vobis: qui suscitauit Ihesū Christū a mortuis vultificabit &
 mortalia corpa vestra: propter inhabitantē spm eius in vobis.
 Et iterū. Si autē spū facta carnis mortificaueritis / vluetis. Quis
 cunq; enī spū dei agūtur: hi sunt filii dei. Nō enī accepistis spm
 seruitutis iterū in timore: sed accepistis spm adoptionis filiorū
 dei in quo clamamus abba pater. Ipse enī spūs testimoniū red
 dit spīritui nostro: qđ sumus filii dei. Viden oīa / & colūnas spās
 isto spīritu veluti basibus aureis fulcrl. quę vero bases aureę tā
 tum in interiori tabernaculo in sacramēto melloris & manētio
 ris ecclesię obseruabātur: nūc per oīa patēt tātæ & tales bases
 aureę: q̄ nobis i montē siue in campū amplissimū effectæ sūt / vt
 in ipso spīritu veluti aureo cāpo ābulare possimus: qui nō secun
 dum (ait Apłs) carnē ambulam⁹ / sed secū dū spm. Viden nobis
 tractus & campos diuini spūs aureos & quibus inābulamus ap
 pertos: quorū carnales homines sunt penit⁹ exptes. Qui secū
 dum carnē sunt: q̄ carnis sunt sapiūt: qui vero secū dū spīritū
 sunt quę sūt spūs sentiūt. Nā prudētia carnis / mors est. Prudē
 tia autē spūs / vita & pax. Hoc spīritu diuino stabillūmur / radica
 mur / & fūdamur. In illo veluti in amoenissimo & tutissimo loco
 spatiamur. In illo vno libertas: nulla seruit⁹. Qui enī spīritu dei
 agūtur nō sunt sub lege. Nullis coercētur vnculis. Et vbi spūs
 dñi: ibi libertas. qua libertate donauit nos Christus. Quas ba
 ses & fundamentū si ad dñm **IHESVM** Christū & spm dei re
 feramus: nō tam subsidētes bases: q̄ prominētia & q̄ de sursum
 sunt fastigia. Et (vt alio loco dictū est) fūdamēta spūaliū i sub
 lime sunt. In capite / vnde tota extructura ædificij depēdet / spe
 ctant. Propterea fortasse i cātico caput dñi **IHESV** veluti prin
 ciplū & totius ecclesię fundamentū & vertex: aurū optimū est.
 et hic bases aureę. Qui totus subsidēs & prominēs: totū corpus
 ecclesię ex omni parte sustentat. Quippe q̄ (vt sepe dicimus)
 oīa oībus est: & ipse ps nostra. Dñs (ait) ps hereditatis meę & ca
 lici mel. et ipse totū nostrū. & ipse fūdamētū / ipse principium
 ipse oīa in oībus deus est. q̄ est bñdictus in secula. Amen.

Omelia XI

72

In canticum canticorum de eo quod scribitur.
 Species eius vt libani. Homilia vndecima



Species eius vt libani: electus vt cedri: & tot⁹
 desiderabilis. Libanus candor siue candida
 tio albus siue candidus. Et spōsus me⁹ (inqt
 spōsa) candidus: nec sibi candidus solum / sed
 aliis quos candidos reddit etiam candidus
 est. Me quoq; ipse fecit dealbatā & innixā su
 per dilectum meū. Species eius vt libani mō
 tis quidē altitudine / vbertate atq; pulchritudine omnes Syrię
 montes antecellētis. At sponsus meus omnes altitudines mon
 tiū ipse conspicit: qui mōs montiū est: & candor candorū: illu
 minās mirabiliter a mōtibus eternis / totius scilicet beatę & prę
 eminentis diuinitatis: illuminans suo candore & specie tene
 bras nostras / quibus lux veritatis (nequāq; ipso absente) per
 petuo insistet / incumbet / inerit. Sed quęnam eius esse po
 test species: nisi illa vt quidam cecinit / qua cœlum tempesta
 tesq; serenat / qua mirifice cūcta illustrat. Eius species / eius pul
 chritudo quę vna simplex & candida est: species iustitię & amo
 ris est. species omnis virtutis & gratię: omne virtutis specimen
 pręclare stringēs. quę tota candor innocētię & vitę puritas est:
 ardens summopere oīa suis sanctis simulachris & dignis simi
 litudinibus afficere. Hęc diuina spēs immortalū numinū illa
 bitur animis: nec humanos penitus indignatur: quibus diuino
 impulsis amore sese infert: atq; palam facit diuitias glorię suę.
 Propter quod orabat quidam sanctus. Domine dilexi decorē
 domus tuę: quam antea te referantē pensasi: & locum habita
 tionis glorię tuę. Et quę domus domini **IHESV CHRISTI**
 est: nisi eternitas: nisi pulchritudo: nisi ipse decor / immo infi
 nitude quędam virtutis & decoris. Nec alius esse potest locus
 habitationis glorię eius: nisi lucis immensitas / & fons & prin
 cipium & omnis boni origo. Hęc species eius vt libani est:
 & electus vt cedri. Tali quodam sermone hortabatur spon
 sam: vt de libano veniret receptura coronam glorię & deco
 ris. sed quis alius mons libanus: nisi domin⁹ **IHESVS CHRI
 STVS**: in quo velut eminentissimo monte tota insistit spon
 sa / tota ædificata est Hierusalē / ciuitas & tēplū dñi & dei nostri.
 In illo idē fallens est / & ppētū agens incolatum. Nec posset in
 mōtes excelsos trinitatis coronāda cōscēdere: nisi a mōte dño

In canticū canticorum.

IHESV veniret/qui via (vt antea dixim⁹) & ostium est: & pro-
ximos præstat ad ascensum gradus: sine quo etiam factum est
nichil: sine cuius lumine/nichil illustrari potest. Nā & in lumi-
ne illius videmus lumen, omnia illo serenante vultu/patefacta
visuntur visibilia & inuisibilia. Electus vt cedri. Olim apud ve-
teres/ selectos deos legimus. At quis similis tui in diis. Et quis
est deus/ quis est omnium creator: sicut deus noster faciens mira-
bilia: & diuidens mare rubrum in diuisiones: Quo manū exten-
dente: terra absorbet peccatores: & velut iniquitas submergū-
tur in profundū velut plumbū. Quis igitur alius electus nisi do-
minus IHESVS CHRISTVS/ quem antea sponsa dixit ele-
ctum ex milibus: Nam & milia militum ministrabant ei: & deci-
es centena milia assisteabant ei. Est et dominus omnipotens &
rex magnus super omnes deos siue oipotens nomen eius: cui
substrata eius potentatū est omnis creatura, quæ tremunt an-
gell/ cherubim quoq; & seraphim. Et elect⁹ vt cedri. Nā iuxta
Esaię vaticinium/ exaltabitur/ & eleuabitur/ & sublimis erit. Et
lignum humile est quod in Ezechiele exaltatur, & quidam san-
ctorum in persona sapientiæ dixit. Quasi cedrus exaltata sum
in libano & quasi cypressus in monte syon. Cedrus igitur exal-
tata & sublimata inter omnes arbores/ atq; inter omnes/ selecta
dominus IHESVS est: qui ad dexterā dei sedet sublimior om-
nibus. Habet enim potiora patris bona: atq; illis incōparabiliter
et super omnes pfruitur bonis. In cuius femore scriptū est.
Rex regum & dominus dominātū. & ipse est ante omnes & om-
nia in illo cōstant. Hic cedro exaltatę comparat: quæ a libi me-
lle arbori ob singularem arboris pulchritudinē & fructuū ei⁹
suauitatem/ similitē fecit. Sicut malus inter ligna siluarum (inqt)
sic amicus meus inter filios. Hæc est illa sapientia quæ omnium
efficiendorum causa/ exemplar/ & ratio/ & idea est/ archetypon
& vt sepe dicimus/ ars paterna, quæ de se in prouerbiorū vo-
lumine dicit. Ego diligentes me diligo: & qui mane vigilat ad
me inuenient me. Mecū sunt diuitiæ & gloria: opes superne &
iustitia. subdit. Dominus possedit me in initio viarū suarum an-
teq; quicq; faceret a principio: ab æterno ordinata sum id est gen-
ta. & ex antiquis anteq; terra fieret. Nōdū erāt abyss: & ego iam
concepta eram, necdū fontes aquarū eruperant: necdum mon-
tes graui mole consistērāt. Ante omnes colles ego parturiebar.
Adhuc terram nō fecerat & flumina (subdit) cū eo eram/ cuncta
componens, & delectabar per singulos dies ludens coram eo
omni tēpore. Cedrus est exaltata: qui de se dicit. Data ē michi

Omelia XI

73

omnis potestas in cælo & in terra/ & dedit ei potestatem iudicium
facere: quia filius hoīs est. Sicut enim pater vitam habet in semetipso:
ita dedit filio vitam habere in semetipso. Vt sit principium vite: quæ
admodum pater vite principium est. Ad quæ alio loco dictum est.
Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua &
pulchritudine tua intēde: prospere procede/ & regna. Propter ve-
ritatem & mansuetudinē & iustitiā/ & deducet te mirabiliter dexte-
ra tua. Sagitte tuę acute populi sub te cadent in corda inimicorū
regis. Quis talis & rātus/ nō erit electus vt cedri: nō erit ei⁹ spe-
cies vt libani: Qui vt egregie intēdat specie sua & pulchritudine
sua/ cōmonetur. Sed i quæ alia intēdet/ illa sua incōparabili spe-
cie: nisi vt oēs pari specie donet: sanctis donet similitudinibus: &
renouato pene orbem terrarū iterū/ iterūq; hominē ad imaginē &
similitudinē suā (quæ pene perditū erat) renouet: restauretq; sed p̄ sp̄ritū
sanctū/ quæ p̄pter multiplicē lapsū in hoīe perditā erāt. Signa-
cula subinde imprimat amoris: cœlestē reparet pulchritudinē/ &
illud vnicū magnitudis & magni cuiusdā & excelsi animi dec⁹.
Talibus ipse potestatibus & radijs restauret: qualibus affectus est/
diuinis immortalibus/ cædicis/ sēpiternis. In sublimē quicūq; subli-
mia agat: & deturbet nimium exaltata aut p̄minētia. Talia nō suę
fortis atq; alienę nature: vt quæ cedrus esse non possint pessundet.
Respicite (inquit sponsa) diuinū sp̄sū meū: qualis species ei⁹
quæ sublimis/ quæ decora/ quæ pia/ quæ misericors/ quæ benigna. Nam pater
misericordiarū est: & deus totius cōsolationis. Cōiucite quōso qualis
& quanta sit ei⁹ electio qui fecunditate/ bonitate/ plenitudine/ &
tota subsistentia vniuersum replet. Qui p̄pter nos delect⁹ est: vt
exinaniret semetipsum formā serui accipiēs: i similitudinē hoīm
fact⁹/ & habitu inuētus vt homo. Propter quod nō modo honorifi-
catus est: sed gloriose (vt obseruat eruditi) honorificat⁹. Meritus
habere nomen quod est super omne nomen. Vt omne genu flecta-
tur/ cœlestium/ terrestriū/ & infernōrū. Et gloriose honorificat⁹
equū & ascensorem proiecit in mare. Rex oīs terre/ & rex magn⁹
super oēs deos: qui miserationis & misericordię habēs extensa p̄
patibulo crucis brachia: adhuc magis & magis extēdit ad po-
pulū nō credentē/ sed cōtradicentē: ad oēm vel ingrātā animā.
Hec est illa cedrus exaltata & sublimata vel maximis discrimi-
nibus & pœnis suis: vt oēs exaltatos & sublimatos i cœlestē/ trās-
plantaret paradysum/ & in montē vt dicit p̄pheta hereditatis
suę. suā scilicet vineam de egypto: quam plantauit dextera sua:
plārabit olim i illa cœlesti Hierusalē radices ei⁹: & replebit eadē
paradisū terrā. Operiet montes vmbra eius: & arbuscula eius cedros
dei.

l. j.

In canticum canticorum.

In canticum canticorum. de eo quod scribitur
Guttur illius suauissimum Homilia XII.



Guttur illius suauissimum. quid enim suauius esse potest diuini amoris eloquijs? quid pacis cōmonitionibus & p̄ceptis? Pacē (inquit) meā do vobis: pacem relinquo vobis. & longe quidem excelsiori modo: q̄ ab alijs donetur ab sese donatā in pacem ostendit. Non quomodo mundus dat (ait) ego do vobis. Et de amore. Si diligeretis me: gauderetis vtiq; & mira afficeremini lētia: quia vado ad patrē. Et diligite inimicos vestros: benefacite ijs qui oderunt vos: sicut & pater vester cōlestis: qui solem suū facit oriri super bonos & malos: et pluit super iustos & peccatores. Et tantā suauitatem gutturis & verborū suorū non solum re ipsa: sed verbis ipsis ostendit. Discite (inquit) a me quia mitis sum / & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suauē est / & onus meum leue. Quē maior suauitas q̄ de ore dominico / tantā virtutis & perfectionis iugum suscipere? Imperfectis lex data est: perfectioribus gratia. Gratia (inquit) & veritas per IHESVM CHRISTVM. quid ipsa gratia & veritate gratius aut suauis esse potest? Vis audire perfectiōis dulcissima verba. Si vis / inquit / perfectus esse: vade / & vende oīa quę habes: & da pauperibus: & sequere me. Quę maior perfectio: quę maior suauitas: q̄ expeditū & omnibus reiectis impedimētis sequi CHRISTVM: perfectionem / honorē / & gloriam / pulchritudinem & omne ornāmētum & diuitias sequi: vt externis posthabitis: interna consequamur? (Omnis gloria / inquit / filiæ regis ab intus) & pro minoribus maiores consequamur / cum deliciis tum diuitias. Et deliciæ meæ / inquit / esse cum filijs hominū. Et tales & tantæ sunt eius deliciæ: vt perpetuo cum illis agere velit. Ego vobiscum sum (inquit) vsq; ad consummationem sæculi. Quid hoc gutture dominico dulcius? quid tantis suis ijsq; immortalibus & æternis promissionibus suauius? quid illa patefacta regni cœlorū via amœnitas? quid ipsa veritate pulchrius & candidius? quę omnia & multo excellentissima dominus noster IHESVS CHRISTVS est. Quid ipsa demum recreāte luce placidius? & ipse lux mūdi est: immo omnimundo sublimior: diuinam e tanto gutture prodeuntē lucem illius quoq; radios mortalibus quo tandē respirēt & imortales fiant & sempiterni immitens. Non si omnia monilia & torques

aureæ diuinum diuini IHESV illustrent collum: posset illud guttur esse suauius / candidius / illustrius. Ipse oīm decus & pulchritudo est: & nichil illi p̄ ornāmēto esse pōt / nichil accedere. Quando illi nichil adijci aut adimi possit / cum summa existat perfectio: & omnium perfectionum perfectio. nisi forte a summo patre torquem circa collum / & alia id genus ornāmēta: sed quę nunq̄ auferantur suscipiat. Nec dñs IHESVS est qualis terrena quēdā Hierusalē / cui post oīa suscepta ornāmēta dicitur. Quia perfecta eras in decore meo: quem posueram super te dicit dominus deus: & habēs fiduciam in pulchritudine tua / fornicata es in nomine tuo. Et tulisti vasa decoris tui de auro meo / & argēto meo. Natiua sunt quęcūq; in dño nostro IHESV CHRISTO existunt: & nesciunt (cum sit perfectissim⁹) vlla imperfectione dimoueri. Guttur illius suauissimū & suapte pulchritudine & ornamento pulcherrimum / ornatissimūq;. Inde prodijt omnis origo salutis vestræ: inde ad nos loqui dignatus est. Loquutus est (inquit Apostolus) nobis in filio suo: quem constituit heredem vniuersorum / per quem fecit & sæcula. Hoc erat os & guttur quod tantopere stringere desiderabat sponsa: & desiderabant omnes electæ animæ / voces inde manantes / & suauitatē mirabilē inde spirantē audire. Desiderat cōtra / spōsus vocē audire spōsę: quo pacto ab sese spōso erudita sit sollicit⁹ cōcupiscit intelligere. Quę inde desiderij flāma p̄dit? Quis vtroq; loquēte amor exilit? Qd̄ diuinū incendiū? In eodē epythalamio ī laudes spōsę dictū est. Collum tuū sicut turris eburnea. Est enī ei⁹ fidei / mira vt turris / q̄ fūdata est supra firmā petrā / stabilitas. sed tale dñi collū vt turris eburnea est q̄ cādorē habet: q̄ mortificationē habet de dño IHESV CHRISTO. Propter quod nos cōmonet Apostolus. Vt mortificem⁹ mēbra nostra / quę sunt sup terrā. Mortui (inquit) estis: & vita vestra abscondita est cū CHRISTO in deo. Cū autē CHRISTVS apparuerit vita vestra: tūc & vos apparebitis cū ipso in gloria. Et in. ij. ad Corīthios ep̄la. Semp mortificationē IHESV CHRISTI in corpore nostro circūferentes: vt & vita IHESV manifestet in corporib⁹ nostris. Semp enim nos qui viuim⁹ / in mortē tradimur: p̄pter IHESVM. Vt & vita IHESV manifestet in carne nostra mortali. Ergo (inquit) mors in nobis operat: vita autē in vobis. Viden vt turris ecclesiæ eburnea est: habens mortificationem de domino IHESV CHRISTO. sed candorem etiam habet & beatæ & cōsummationis vitæ spem: in qua spe mirifice vegetatur & fouet in dño. Vis aperte intelligere suauitatē gutturis domini. Daturus enim

nobis carnem suā & preciosissimū sanguinem suū. Se (vt concinit ecclesia) cibatur ipse prius, quo omnia sint dulciora de faucibus suis super mel ori nostro. Et totus (inquit) desiderabilis. Quid desiderabile nō est in amore/in pulchritudine/in cādore/in puritate/in plusq̄ spirituali lucis/& omnis sapientiæ & scientiæ diuino promptuariū? in virtutum omnium arce: cuius pulchritudinem sol & luna mirantur? In quo vno est omne patris desiderium & voluptas? Quod si in filij tam præclaros vultus/ pater & spiritus sanctus/ alioquin foelices & beati cōtinenter intendūt: suo cuiusq̄ iugiter expleto desiderio: qd nos i eos splēdores omnem foelicitatem habituri contendere non debemus? Quid non desiderare illum/ qui desiderium nostrum est: amor noster/ quo purius amamus: et iuxta Apostolū vita nostra: sed vita nostra plusq̄ intelligēs. Per singula descriptus ē: vt ex illis tātillis in maiora itelligēda pateret iter. Tot⁹/atq; ex ōni parte desiderabilis est, tot⁹ amabilis/ vndiq; fauore/benignitate/pietate/misericordia/ clemētia & alijs id genus innumerabilibus se amabilem/ & decorum præstans. Et si tantum desiderium/ tantus amor/in creaturam aliquam est: propter quēdam suffulgentia in ea pulchritudinis vestigia/amoris/ aut virtutis: quale non erit desiderium in eum qui vndiq; isq; infinitus amor est: vndiq; eaq; infinita pulchritudo/ vndiq; voluptas: & inenarrabile gaudium. Qui in amore sincerus/ integerrimusq;: & quod magis mireris plenissimus tantum vni q̄tum omnibus/ suo vno atq; immenso amore affectus/ singulis prodesse volens/ omnium curam & prouidentiam habet. Plenus est gratiæ/ & veritatis/ & pulcherrimis semitis e gratia in gloriam deducens. Id quod conuenienter explicare videtur Apostolus. Vt gratia (inquit) abundans per multos in gratiarum actione/ abundet in gloriam dei. Fons ipse gratiæ: fons omnis foelicitatis & gloriæ. Et si omnia (vt existimant) foelicitas est/ ob eā causam finis & cōplementū vnum desiderij nostri erit dominus IHESVS CHRISTVS/ qui vera est foelicitas nostra & q̄ oīa etiam est. Quoniā ex ipso (vt ait Apostolus) & per ipsum & in ipso sunt oīa. Ipsi honor/ & gloria in secula seculorū amen. Omnes (inquit Esaias) sitientes venite ad aquas omnis refectiois & diuinę restorationis. Et dominus in nouissimo die magnofestiuitatis stabat & clamabat dicens. Si quis sitit veniat ad me & bibat. Qui credit in me/ sicut dicit scriptura/ flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu: quem accepturi erant credentes in eum. Possent ne apertius dicere omnes desiderantes/ & qui desiderando expleri non possentis:

omnes in salo iactantis seculi estuantes/ venite ad me: in quo vna omnium desideriorum satisfactio est. Vnum omnium desiderabilium promptuariū. Ego ipse finis & principiū: qui & loquor vobis. Reditus ad principium foelicitas est. redit⁹ ad me omnis & purissima foelicitas. Et totus (inquit) sponsa desiderabilis. & caput & singula membra siue virtutes illę sint/ siue potestates per omnia sunt desiderabiles. vndiq; ipse oculus/ vndiq; manus/ vndiq; caput & cetera in ecclesia sua/ mēbra est. sed per omnia & in omnibus desiderabilis: totus amabilis/ & inefabiliter sese vnicuiq; placabilem offerens: se pulchrum: se candidū: se fauorabilem. Idq; adeo constat: vt nunq̄ suam ipse creaturam relinquere velit: se in oēm & multiplicē p̄ illi⁹ captu illi sese offerē foelicitatē. vt etāto cādore sint cādidiores: ab illo creati nazarei: niue candidiores/nitidiores lacte: rubicūdiore ebore: antiquo sapphiro pulchriores. Et que olim facies eorum erat denigrata: versa est i penitissimū & pulcherrimū cādorē. Et a pulcherrimo dño nos tanta donatos pulchritudine in Ezechiele manifeste ostenditur: cum ait cōtra aduersos scriptura. Et nudabūt gladios suos super pulchritudinē sapientię tuę: & polluent decorē tuū. Spiritualis erat illa pulchritudo: & spiritualis decor domini/ omnē benefice creans pulchritudinē. Ad regem tyri quicūq; ille fuerit: dictū est. Tu signaculū similitudinis: ergo alicuius absolutissimi exemplaris signaculū. Subdit. perfectus decore in delicijs paradisi dei fuisti: omnis lapis preciosus operimentū tuū. Sardi⁹/ Topazi⁹/ & Iaspis/ chrysolithus & Onyx/ & Beryllus/ Sapphirus/ & Carbūcul⁹/ & Smaragd⁹. Aurū opus decoris tui: & foramina tua in die qua cōditus es/ preparata sūt. Tu cherub extentus & protegens: & posui te in monte sancto dei/ in medio lapidum ignitorū: ambulasti perfectus in vijs tuis a die condictionis tue: donec inuenta est iniquitas in te. Si talis & tantus ille erat si tam pulcher/ si tam formosus: q̄ formosus esse debuit: qui eum sua sapientia/ & potestate infinita condidit: immo vero sua hoc efficiente sapientia & immensa potestate/ eum de nichilo cōdidit? De quo meminit Esaias. Gloria (inquit) libani data est ei: & decor carmeli & Saron. Et statim infert. Ipsi videbunt gloriam domini/ & decorem dei nostri. Et alio loco. Iste formosus in stola sua/ gradiens in multitudine fortitudinis suę. Et totus (inquit) desiderabilis. Igneū vigorcm amoris & incomparabilem tractum habens: nos in suum amorem mire omnibus modis trahit. Sui incredibili desiderio/ & omni quidē eoq; vehemēti cōelum/ terram/ & demū omnia trahens. Non potest

In canticum canticorum.

non amabilis esse amor: non desiderabile ipsum æternum manensq; omnium diuorum numinum desiderium: summa illa pulchritudo/ omnia suo quodam incomparabili decore trahens. Non potest non per omnia desiderari/ illud omnium bonorum receptiuum promptuarium: & fecundissima arca. illa manens stataq; rerum omnium perfectio/ omnis lucis & candoris vberim9 fons: & totius boni summa & apex: diuinarum spiritualiumq; rerum ordo incomparabilis omnibus dispositionem & ordinem præstans: diuos fulgores / & incendia: miscens lumina luminibus: omnia suffundens respergensq; diuina pulchritudine: diuino stabiliens decore: suscitans forma. Characteres velut illices quosdam: sed aureos sed diuinos imprimens: quo facile illiciantur oēs. Donas mirabiles tractans: os humerosq; precipue æternos deoq; similes (quibus diuinam feramus maiestatem) efformans. In nobis gradus faciens & diuos ascensus: vt nullus in Aegyptum sit per uis descensus: sed in diuinos fulgores ascensus/ inq; thronos aureos: & mirabiles diuinitatis sedes. Non alibi tales conquiramus ascensus oportet. In nobis sunt haud quidem congeniti: sed a diuino fonte liberalius profecti. Pro gradibus (inquit) eburneis de domini IHESV uerioris spiritus ex quibus delectauerunt te filiae regum. Sed quorum regum: nisi patris & filij & spiritus sancti. in honore tuo/ inquit. Quando illarum honos: tuus honos est. Et contra/ tuus decor/ illarum decor est & ueneratio. Et totus (inquit) desiderabilis. Sed quibus magis desiderabilis erit: quam illis qui in eius perquam sanctam imitationem nituntur: qui tantis student luminibus: ad fontes diuinitatis recurrere didicere vberimos: sacris & diuinis penitus inhiant studijs: & illi sese ad mouere norunt spiritui intelligentiæ qui sanctus/ vnicus & multiplex est/ subtilis/ disertus/ mobilis/ incoquinatus/ certus/ suavis/ amans bonum/ acutus/ qui nichil vetat benefacere/ humanus/ benignus/ stabilis/ certus/ securus/ omnem habens virtutem/ omnia prospiciens/ & qui capiat omnes spiritus intelligibiles/ mundus. & vni illi vacant sapientiæ: quæ omnibus mobilibus mobilior est. Vbiq; propter suam mundiciam attingens. Vapor est enim virtutis dei: & emanatio quedam est claritatis omnipotentis dei sincera. & ideo nichil inquinatum in eam incurrit. Candor enim est lucis eterne & speculum sine macula dei maiestatis: & imago bonitatis. Et cum sit vna: omnia potest: & in se permanens omnia innouat/ & super nationes in animas sanctas se transfert: amicos dei & prophetas constituit. Neminem enim diligit deus: nisi eum/ quo cum sa-

Omelia XII

6

piencia inhabitauerit. Et vide quantum sui desiderium faciat. quæ sole speciosior est/ & super omnem dispositionem stellarum luci comparata inuenitur prior: illi succedit nox: sapientiam autem non vincit malitia: attingit ergo a fine usque ad finem fortiter & disponit omnia suauiter. talis & tanta sapientia siue spiritus sapientiæ dominus IHESVS est/ totus vt cernis per omnia desiderabilis/ admirabilis/ incomparabilis. Propterea quicumque uir iustus & sapiens ait. Hanc amari & exquisiui eam a iuuentute mea: & amator factus sum forme illius & si diuitie (inquit) appetuntur in vita: quid sapientia locupletius: quæ operatur omnia. Totus igitur per omnia desiderabilis unigenitus dei filius. ¶ Talis (inquit) est dilectus meus filie Hierusalẽ & ipse est amicus meus. Talis & tantus/ qualem & quantum antea descripsimus: immo uero longe excelsior: cuius nec nomen/ nec uox/ nec ratio/ non mens/ nec ullus omnino cogitatus. Excedit infinitudine quodcumque finitius bonum. Aeternitate omnem per tempus/ aut æuum ortam creaturam: ipsa pulchritudine sua purissima/ absolutissimaq; quicquid pulchrum subsistit: & bonitate omne bonum/ omne ipse præueniens & longo interuallo post se relinquens bonum. Et demum omni excellentia & perfectione. quicquid excellit aut est perfectione decorum. Omnia habet: qui omnia est. At quales & quantæ erimus filie Hierusalem unum corpus cum eo/ sed mysticum et per singula membra decorum/ effectæ. Et erunt (inquit) duo in carne vna. Vt non iam due sint: sed vna caro quæ magnam esse sacramentum in CHRISTO & ecclesia arbitratur Apostolus. Verius igitur aliquid quam genus domini sumus. eius corpus/ corpus quidem mysticum/ tam admirabile/ tam vniuersumq; insigne effectum. Nec aliud tanti sponsi corpus mysticum est: quam corpus omnium nostrum / & anima & nos omnes / qui illi & corpori/ & capiti/ mire sumus coaptati/ per singula eius membra incomparabiliter dispositi. eius tam insigni & formoso capite singula illustrante membra: eius diuino calore/ illa & fouente & fecundante. Plenus quippe est. Et vidimus (inquit) Ioannes) gloriam eius/ gloriam quasi unigeniti a patre/ plenum gratiæ/ & veritatis. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia. Sperantes nos ab illo quandoque habituros gratiam. Gratiam (inquit) & gloriam dabit dominus. Talis est (ait) dilectus/ qualem cælum & terra admirari non desinunt. In quem angeli ardentius attendunt inde meliores quam in sese habeant/ suscepturi radios. Et ipse est amicus meus: non solum in patrem in
l. iij.

In canticū canticorum.

hac mira dispositione & creatione mea: nec solū in fratrem in pulchra suscipienda humanitate se michi dedit. Sed etiam in amicum: ab illa supereminetia diuinitatis quoquo pacto secedens: atq; in nostram sese equalitatem/amicitiam/atq; inenarrabiles amores conferens. Pulcher in arma & formosus in huiusce humanitatis fulgida veste: omnia amicitie iura sanctius obseruans: nos vt possiditis omnibus ab his fecibus mundanis exurgentes/transeamus in celestia/diūna cum eodē amicitie iura expleturi: diūna etiam afficiendi forma/impellens. Aget nos tandem illa diuinitas in diūnos quosdā atq; incomparabiles splēdore: vt ipsa sese in nostram contulit fragilitatē: eadem potētia & vi vtrūq; pulcherrime agēte. Nec sine sacramento/in scala Iacob adeo sunt descendētes angeli: quā simul etiam ascendentes videntur. Et idem dominus IHESVS qui est in celo/descēdēs de celo: in celū quoq; captiuā ducens captiuitatem conscendit: vt hoc alternantī cum officio/tum munere: nostrum illustret sua presentia contubernium. atq; in celum sua pulchra imitatione & admiranda virtute & bonitate conscendentes reddat. Et ipse est amicus meus o filie quacūq; celestes. At amicū paria quādā amico reddere debere certissimū est. & ipse paria reddit/amorē amor: fidel/certissimā fidem. Sed qui diues est in omnes maiores q̄ ipsi possum⁹ referre/donat diuitias: maiora donat amoris aliarūq; virtutum munera. Quid ego (inquit) o filie syon. o filie Hierusalem/filie visionis/visionis quidem pacis & vltimūdanę securitatis/filie speculatrice. Quid ego pro tanto rependam amore: Hoc vnum solum ardeo vt illi aliquando sim iuncta in caelis/cut soli in terris sine fine hærere concupisco. Cui est cum patre & spiritu sancto/benedictio/claritas/sapientia/& gratiarum actio/honor/virtus/& fortitudo/in secula seculorum, Amen.

Omēlia XIII

77

CIn canticū canticorum de eo quod scribitur
QVIS michi det te fratrem meū/sugentē vbera matris meę/vt inueniā te solum foris/et deo:
sculer:& iā me nemo despiciat. Homēlia. XIII



Haldaica interpretatio apud Hebręos nō parui momenti habet. In illo tempore / quo rex Messias reuelabit se ecclesie Israel: dicent ei filii Israel. Tu eris nobis ad fratrem. Manifeste hunc locū explanans de CHRISTO Rege Messia. In hebręo secundum nōnullos aperiōsensus est. Quis michi det/vt tu tanq̄ frater: sugas vbera matris meę. vt inuenirē te in vico: & oscularer te. & nemo me despiceret. Hoc quod alij foris interpretantur/Hebraica in vico ponit. Despiceret est deorsum aspicere:& plerūq; pro contemnere/vt hoc loco fortasse ponitur. Nunc ad explanationem veniamus. Ordo Ἀράματος id est dramatis siue multarū personarū cātilenę (quod totū agit in mutationibus personarū/allis nōnūq; accedentibus/allis recedētib⁹) istud pretendere videtur. Posteaq; sponsus mire collaudauerat sponfam singulas corporeę & in corporea/spiritualis formę partes prosequutus. Et tāti suę dilectę & incomparabilis sponse amoris ardore & vehementiori futurorū bonorum quę ob illius in crucem exaltationē euentura erant prouentu:& quadam sed quę in nos redundaret spe/nimio ardens desiderio ait. Ascendam in palmā & apprehendā fructus eius. Nec solū ascensum suum futurum: sed penetrabilē quendam amorem suę ecclesie ostendit. Et erunt (inquit) vbera tua sicut botri vineę/foecunditatē & vbertatē charismatū designans. Odor oris tui sicut odor malorū. Haud dubie bonus odor CHRISTI in omnē maxime vitā. & in punctis dñs IHESVS maxie charitas & omnis amor est. Guttur tuū sicut vinū optimū: propter eloquiorū/predicationis & mysticorū sensuū suauitatem. Ipsa vero sponsa tanto vt potest reuerenter respondet amor. Ego dilecto meo (ait) & ad me conuersio eius: quasi illius tota hærens & incumbens aspectibus. Nec tam sub illi⁹ vmbra: q̄ sub splēdore & luce plurimum fauorabili consistens: tantis haud contenta aspectibus nō tantis fauoribus & iugibus radiis/plurima luce & candore illam offendentibus: spatari etiā cum illo per omnē regionem et amoenissima quęq; loca concupiscit. Veni dilecte mi (inquit)

In canticum canticorū.

egrediamur in agrum / comoremur in villis / mane surgam⁹ ad vineas. Videamus si floruit vinea: si flores fructus parturunt. quasi nō solum interna sed externa & quęcunq; ad beatā fructificationem sponsi sui / & in tantī amoris incendia / quęreret solatia. vt ex externis curētur interna. & propterea statim addit. Posteaq; omnia tam pulchra tam fecunda & tāta varietate donata abs te manare perspexero: abs tua luce continenter irradiari & miram suscipere consistentiā: dabo tibi vbera mea: ex toto et penitissimis penetralib⁹ meis te diligam / amabo / cōplectar. Tanto nimirū amore faucia & inebriata ab vbertate illius celestis tabernaculi perturbata / imo vero maxime mysticā / penetrabilem & in vltimū mundanos excessus rapientem de more amantis habet orationē. Addit. Mandragorę dederūt odorem in portis nostris: illi quidem perq; rari & pulcherrimi & pntariū medicamen afferētes fructus nostra diligētia & amore in vbertatem exurgentes / dederunt odorem suū. quem tamen abs te odoratissimo sortiti sunt / incōparabilē scilicet omnis virtutis & gratię fragrantia: sed in portis nostris. Nec nisi in portis essent hunc talem retinerent odorem. Nā & Abraam sedenti in ostio tabernaculi sui in feruore diei apparuit dñs in cōualle mābrę. Et spōsus ostium est. Ego sum ostiū (inquit) per me si quis introierit saluabit: & ingredietur & egrediet & pascua iueniet: & ibi lignum vitę & gramina multa virētia: de quibus ppheta etiam meminit. In loco pascuę siue ī loco viridi ibi me collocauit: sup aquam refectiois educavit me. Haud aliter sponsa ostium etiam est: vt in consequentibus dicit. Si ostiū est / compingam⁹ illud tabulis cedrinis. Est enī sortita ab sponso: vt ostiū etiā sit: et quomodo ille aduentēs recipit: ipsa etiam miro & incredibili fauore admittat. Apostoli quoq; & principales in ecclesia / portę sunt: quos in duodecim portarū sacramēto & mystico numero memorat Ioānes in refectione. de quib⁹ dicit Psal. cxvi. Introite portas iustitię / & ingressus in eas confitebor domino. atq; vt ab spōso mūera suscipit / cōtra illi vt potest mūera donat suntq; mutu⁹ sed simul inter eos amor & alterna donatiua. Ait enī omnia poma noua & vetera dilecte mi / seruaui tibi. quasi ex oibus munera quę largiatur / congerat. Vt vetera / ipsa placeant antiquitate. Ipsa vero recentia nouitate. Et quid non mūera tanta & talia donaret: quando totam penitus ipsi sese exhibet sponsa: non in vnum aliquid modo: sed in omnia. Et intellige spōsam cum sponso quādo ista dicit: immo vero cum alterne sibi respondent: adhuc in palatio / vel pro portis esse

Omelia XIII

78

propter quod solatia & inenarrabilē illā amoenitatem quę foris est desiderās ait. Quis michi det fratrem meum fugentē vbera matris meę: vt inueniā te solum foris & deosculer: & iā me nemo despiciat. In palatio aut portarum luminib⁹ siue pro murali plures forte erant: a quibus despici tum forte in oscula ruēs et beatis illis perfruēs amplexibus formidabat sponsa. Nec enī tales adhuc amoris & beatę perfructiois capaces erāt: nec sanctum dandū erat canibus: nec margaritę seminādę inter porcos. ne fortasse venientes / vt solent sordidi / cōcularent. Id qđ antea experta fuerat sponsa. Inuenerunt me (inquit) custodes qui circūierunt ciuitatem / percusserunt me / & vulnerauerūt. tulerunt palliū meū / custodes murorū. Ecce q̄tū discriminis in quęrendo: & ipsius vocatione spōsi ab hostib⁹ siue quibusuis aliis perpeffa fuit. Quid fortasse nō patere post oscula & tales sponsi cōplexus: ita sese videtur habere ordo dramatis: licet plusculis verbis & paulo altius fuerimus psequuti. & cōfestim ex ipsa prima scripturę frōte hęc cōlici potest dispositio & ordo. Nunc ad intelligētiā sed qualē nobis misellis peccatoribus dabit dñs descendamus. Quis michi det te fratrem meū. Miro fragrās spōsa sponsi penitus cōplectendi & deosculandi desiderio: & tāto æstuans igne. Idq; foris vbi nulla sint ppedimenta: nichil phibeat quominus tota toti hereat / innitat / incubat: nō potest talia lamenta & quęrulas cōtinere voces. Quis michi det te fratrem meū. Qualis quātusue ille erit siue homo sit siue angelus siue numen qđcunq; malus. Quis ille talis & tātus erit cui ego pro tanto bñficio quicquid magnū p̄ciosūq; est: proq; tali rependam honore. Nō existimo (ait) hominem esse posse aut angelū. Quippe qui omni hoīe aut angelo sit excelsior / formosior / potentior. Malus aliquid sit rebus oibus ortis oportet: q̄ tantū hoc mun⁹ / hoc egregiū donatiū cōferre possit. Quis te fratrem siue fratruelē meū det michi: vt te penitus inueniā idq; foris / extra et supra rerū ontū aleā / consistentiā et sortē: te fratrem meū. paulomin⁹ quantū ad hūanitatē attinet minoratū: haud quidē ab angelis (vt nōnullis placet) sed ab ELOHIM & a deo ab eter- □□□□ nis illis hypostasib⁹: siue fortes dicātur siue iudices / id qđ vocabuli p̄tendit iterptatio. siue minoratū ab angelis. vt ep̄la Pauli ad Hebręos sonat: si illa quidē ī nūero sit. Eū (inquit) q̄ modico q̄ angelū minorat⁹ est. Gl̄ia & honore coronatū: & cōstitutū sup opa manū dñi. Cui enī aliqñ dixit angelorū fili⁹ meus est tu: ego hodie genui te. Et rurū. Ego ero illi ī patrē: et ip̄e erit michi in filiū. Et cū iterū introducit priogenitū in orbē terrę: dicit.

In canticū canticorum.

Et adorent eum omnes angeli dei. Et iterū ad filium, Thronus tuus deus in seculū seculi: virga equitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiam: & odisti iniquitatē: ppter ea vnxit te deus / deus tuus oleo exultationis p̄ participib⁹ tuis. Et iterum ad eūdē. Et tu in principio dñe terram fundasti: & opera manūū tuarum sunt coeli. Et alia in eius mirabiles laudes effusa: quę p̄sequitur Apostolus. Nō potest fratruelis meus rex & deus / nisi ab eterno immensoq; destinari. Non possunt hi spiritales amplexus / & diuina signacula / nisi ab immensa largitate cōferri. Nec tanta & incircūscriptibilis maiestas ab alio prodire aut emanare potest. Vt nec immensa & infinita lux / nisi ab immenso & infinito sole. Necaquę salientes in vitā: nisi a fonte perenni & eterno, ipso infinito / tantū ab infinito ortū & originē ducēte. Destinabit igit̄ & quoquo pacto donabit siue largietur pater: qui eiusdē & immēse est substātię. Siue istud ex sese illū / siue angelis ministris ei⁹ similitudines. Sed quid opus vel amēto & vmbri? Qñ dies diei eructat verbū: & nox illa / siue īfinita lucis (vt sic dicā) caligo pariter immens nocti & lucis inenarrabili caligini / indicat scientiā. Pulchre aiunt cōfiteaturq; decreto simbolo Niceni sub Cōstantino impatore patres / deū de deo / lumen de lumine / deū verū de deo vero: *ὁμοούσιον* Homoouision & consubstātialem patri p̄dicātes. Ad te igitur summū parentē / a quo oīs paternitas in coelo & in terra nominatur: vim oēm orationis meę intendā. Ad te sapientissimū pulcherrimū: vt pulcherrimū / sapientissimū / optimū maximūq; nāciscar. In quo vno mea oīs cōsistit voluptas: meū omne gaudiū & mentis exultatio. Quomodo illū non efflagitarem in quo deus est / mundū recōsilians sibi: quem constituit ad dexteram suā in coelestib⁹ super omnē principatum & potestatem / & virtutem / & dominationē / & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo: sed etiā in futuro. Et oīa subiecit sub pedibus. Qui iuxta Apostolū est imago dei inuisibilis. Et vt alibi dicit. Splēdor glorię & figura substātię eius: portansq; oīa verbo virtutis suę: purgationē peccatorū faciens: sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tanto melior angelis effectus: q̄to differentius p̄ illis nomen hereditauit. Et nimirum / quoniā in ipso cōdita sunt vniuersa / in coelis & in terra: visibilia & inuisibilia: siue throni / siue dominationes / siue principatus / siue potestates. Omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes: & oīa in ipso constāt. Et ipse est caput corporis ecclesie: qui est principiū: primogenitus ex mortuis. vt sit in oībus ipse primatū tenens. Et consequēter dicit. Quia in ipso inhabitat oīs

Omelia XIII

79

plenitudo diuinitatis corporaliter. Et estis ī illo repleti: qui est caput omnis principatus & potestatis. Quis igit̄ michi tuę sp̄s sę proxime & columbæ / & sorori det te fratrem meum talem & tantum: imo longe excellentiorem: q̄ ab vllō vnq; dici aut concipi possit? Nā nulli adeo vtuax animi solertia: nulli tam foelix aderit florentis gloria linguę: vt tam magni & mirabilis fratris mei & sponsi laudes possit equare loquēdo. Quę data sunt illi nunq; mortalibus vllis antea concessit vel post cōcedet olympus. Est enim sup omne quod dici aut nominari potest pulcherrimus sp̄ciosissimusq; / & mei imprimis amātissimus. Talis est (vt ātea quoq; dixi) dilect⁹ meus filię Hierusalē: et ipse est amicus meus. Et vide vt veterum etiam consensu / deus optimus maximus: siue Messias ille siue rex / frater sponsę ecclesie suę & cuiuscunq; electę animę nuncupetur. Siquidē & ipse sororem eandem frequentius nūcupat. Vulnerasti cor meum (ait) soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorū / & in vno crine colli tui. Qz pulchrę sunt mamme tuę soror mea sponsa. Et iterum. Hortus conclusus soror mea sponsa: hortus conclusus / fons signatus. Et. Veni in hortum meum soror mea sponsa. Atq; ingeminans iterū dicit. Aperi michi soror mea / amica mea / columba mea / imaculata mea. Et obserua / quo pacto inter tot p̄cipua nomina / sororis nomē nequaquē p̄mittitur. Fratrem igitur nō immerito vocat: quę sororis nūcupatione ab eodē censeat. & tali eam dignatur honore. Fratrem quidē nuncupans ob eandem quā desumpsit & sortitus est ipse naturā. Quā rem manifeste Chaldaica & ex hebreo p̄tēdunt interpretationes. Et ob eādē causam etiā sponsus est. Id qđ etiā explicat Apostolus. Nunq; enim angelos app̄hendit: sed semen Abrahę app̄hēdit. Vnde debuit per omnia fratribus similari: vt misericors fieret / & fidelis p̄t̄fex ad deū: vt repropiaret delicta populi. Et addit. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus: potens est & eis qui tentātur auxiliari. Fratribus per omnia assimilatum dicit. Propter quod non confundit fratres eos vocare dicens. Nunciabo nomen tuū fratribus meis: ī medio ecclesie laudabo te. Et iterū. Ecce ego & pueri mei. Quia ergo (vt dicit Apostolus) pueri cōmunicauerunt carni & sanguini: & ipse similiter participauit eisdem. Vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium id est diabolū: qui principatus mundani nomē sibi vsurpauerat. Id quod ait domin⁹. Princeps huius mūdi eiicetur foras: et liberaret eos qui timore mortis per totam vitā obnoxij erāt seruituti. Nam

In canticum canticorū.

& verbum (vt attestatur Ioānes) caro factum est: et habitauit in nobis. Propter quā causam nos hortatur Apostolus / dicens. Habētes ergo pontificē magnū q̄ penetrauit cōelos IHESVM filiū dei / teneamus sp̄el nostrae confessionē. Nō enim habemus pontificem qui nō possit cōpati infirmitatibus nostris / tentatū autē per ōnia prō similitudine absq; peccato. Et paulopost subdit. Omnis nāq; pontifex ex hoībus assumptus: pro hominib; constituitur / in his quē sunt ad deū: vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Et post pauca de CHRISTO dño loquens. Et quēdem cū esset filius dei / didicit ex ijs quē passus est / obedientiā: et cōsumatus factus / ōnibus obtēperantibus sibi / causa salutis eternae / appellatus a deo pōtiffex secūdū ordinē Melchisedech. Hęc pro eo quod ipsum fratrem / ppter eā quā assumpsit naturā / eum vocet sponsa. Et videndū si propter diuinā quā nacta est illius imitationem / ipsum etiam fratrem nuncupet: vt dñs IHESVS quoscunq; verbi sui auditores / fratres etiā appellat. Ecce mater mea & fratres mei / ait. Quēadmodū omnes dei imitatores dñi etiā appellantur. Ego dixi dñi estis & filii excelsi omnes. Et subdit. Vos autē sicut homines mortemini. Manifestissime mortales alioquin homines deos appellans. Et Moyse aperte deus appellatur: et Aaron propheta eius. Dixitq; dominus ad Moysen. Ecce cōstitui te deū Pharaonis: & Aaron frater tuus erit propheta tuus. Et secūdū eruditos imitatores siue Moyse siue Iob siue Danielis aut cuiusuis alterius sancti / eadem nūcupatione censentur. Vt in eo loco. Si fuerint tres viri in medio eius / Noe Daniel & Iob: ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. Id quod eruditi de imitatoribus & similibus Noe / Danielis / & Iob explicant. Et vt in filios ppter imitationē ascliscimur: non aliter vendicamur in fratres & pene eosdem / eorū tum imitationē sortiti. Si fuerim; imitatores dei & sponsi nostri / secūdū quod nos exhortatur Apłus: nichil vetat quin & illius fratres quadā ratione nuncupemur & simus. Ipsa vero sponsa / tota imitatione referens sponsum: illius soror est: & ipse eius frater. Sibi quippe alterne respondent. Quemadmodū enim verbum quod in principio erat apud deum & deus erat verbū / candor est lucis eterne & speculum sine macula / ipse quoq; decor & pulchritudo: nō aliter sponsa tantis sapientiē radiis illustrata / in hęc candida conatur paradigmata: in has tā diuas similitudines. Propter quē sponsus ad eam dicit. Surge propera amica mea / speciosa mea. Et iterum. Quē pulchra es amica mea: quē pulchra es. Et. Tota pulchra es amica mea / & macula non est in te. Et quia immaculata

Omelia XIII

80

ta est / vt ipse immaculatus: sororem simul & immaculatā vocat. Aperi michi soror mea / amica mea / columba mea / immaculata mea: quia caput meum plēnū est rore: & cincinni mei guttis nocturnis. Et quod delictis perfruatur amati / charissima cēsetur et dicitur. Quē pulchra es & quē decora charissima in delictis. sed in sponsi tui suauissimis (quae longe ōnes alias antecellunt) delictis. Plerūq; ob eādem rationem proximā dicit. Quare ob tātam munerū susceptionem & charismatum vniuersam potestatem soror nō erit? Et contra ipse illius frater? Quis michi det te fratrem meū. Te inq; qui sapientia / pulchritudo / bonitas / & decor es: & quicquid honoris & laudis est: & michi det / te quidē in omnes honores / decus & ornamentum & plausibiles fauores meos. Vt talibus & innumerabilibus diuitiarum / lucis & sapientie tuae radiis affecta / semper in meliora contēdam: & sentiam quē dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Quē magna multitudo dulcedinis tuae / quā abscōdisti timētibus te. Propter quod dicit / sugentem vbera matris meae. ac si diceret. Qui diuinae legis & veteris & noue (quae vna mater nostra & genitrix est) vbera sugis. quādo tu domine IHESV CHRISTE medio pariete soluto fecisti vtraq; vnum. Cōtinenter etiā (inquit) suscipis haustus & illam incōparabilem dulcedinem: quā tu solus nosti. Possumus vt plerūq; alii / hunc locum ad matrem domini referre. sugentē (inquit) vbera matris: quod de fumo caelorum fastigio egressus / nostram humanitatem in vtero virginis: quae & mater omnium / totiusue ecclesie est / suscipere dignatus es. Si enim soror sponsa est / & ille sponsus frater: eiusdem matris filij sint oportet. Est enim plena hic & in spiritualibus omnibus cognatio & fraternitas. Dominus in euangelio. Nolite vobis patrem vocare super terrā. Vnus est pater vester qui in caelis est. Et de matre in eandē sententiam dici potest. Nolite vobis vocare matrem super terram. Vna nāq; omnium est regina & mater: quae & super sancta parens / & virgo / & vna foecūda dñi genitrix est. Si enī (vt scriptū est) corp; CHRISTI sumus / sum; & mēbra ex pte: quod vetat eādē dñi nostri eē IHESV CHRISTI & nostrā tametsi differēt rōne dici matrē? Est etiā celestis Hierusalē vna mater nostra. Apłs in epłā ad Galatas. Illa autē quae sursum est hierusalē / libera ē: quae est mater nostra. Pōt & in veterē synagogā hoc matris nomen explanari: cui; dominus mire sugebat vbera quando non venit legem soluere sed adimplere: quando illius educēs sensum / ab illa terra & tenebris et paulo obscuriore ymbra / sp̄m / illā spūaliter intelligēdā dedit.

In canticū canticorum.

Scrutamini inquit scripturas, quia illę testimonium perhibent de me. Et si Moyſi crederetis: utiq; crederetis & michi. de me enim ille loquutus est. Et in euangelio quod secundū Lucam scribitur/ ita inquit. O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quę loquuti sunt prophete. Nonne hęc oportuit pati CHRISTVM & ita intrare in gloriā suam? Et inci piens a Moyſe & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis: quę de ipſo erant. Nōne ſugebat vbera matris suę/ quādo aurea ad māmillas præcincta zona maioris pfectonis / spiritalē legis intelligentiam sequutus: præcepta dabat? Dicitum est inquit. Quicumq; dimiserit vxorē suam: det ei libellum repudiij. Ego autem dico vobis: quia omnis qui dimiserit vxorem suam excepta fornicationis causa: facit eam mœchari. Iterū audistis quia dicitum est antiquis. Nō periurabis. ego autem dico vobis nō iurare omnino. Audistis quia dictū est: oculū pro oculo/ dentem pro dente. Ego autē dico vobis nō resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillā: præbe illi & alterā. Et iterū. Audistis quia dicitum est. Diliges proximū tuum: & odio habebis inimicum tuum. Ego autē dico vobis. diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos. Subdit. Estote ergo vos perfecti: sicut & pater vester celestis perfectus est. Et volumus adhuc videre ipſū ſugentē vbera matris suę. Olim lex & quicumq; Iudeus qui in manifesto erat manū phibebat: nō animū. Dñs noster IHESVS CHRISTVS longe quidē perfectius animū prohibet & manū. Quicumq; (ait) viderit mulierem ad concupiscendum eā: iam mœchatus est eam in corde suo: apertissime monstrans de corde procedere adulterij/ furta/ homicidia/ & alia id genus. Et totam illā legis spiritalē mētem e penetrabilibus eruens nō solum ſugit tanta vbera matris: tam magnam dulcedinē verbi. sed ōnes passim ad se venientes matris admotos vberib; / ſugētes facit. Propter quod p̄cinctus zona aurea (vt diximus) ad māmillas describitur: quasi cordis penetrabilia & secretiores recessus penitus præcinctos & aureos vellit: legem nobis per Apostolū suum spiritalē prædicans. Sciētes (inquit) quia lex spiritalis est. Si enim finis legis CHRISTVS est qui maxime spiritalis & viuificans etiam est. Et iterum. Finis legis charitas est: quomodo nō penitus lex spiritalis erit? Sunt etiam spiritalēs & mystici sensus quos dominus ſugens vbera matris: largitur in omnes. Et quoniam in dilecto sponſo ecclesię & cuiuscunq; fidelis animæ domino IHESV CHRISTO/ duæ naturę sunt/ diuina/ & humana: primum de

Omelia XIII

81

diuina edisseramus. Et quantū ad diuinam pertinet: in sinu patris esse dicitur. Pulchre Ioānes cognomento baptista/ in euangelio quod secundū Ioānē inscribitur/ ait. Vnigenitus filius/ qui est in sinu patris: ipse enarrauit. Et in exordio eiusdem euāgelij/ in eandē ferme sententiā dicitur. In principio erat verbū: & verbum erat apud deum: & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Et in consequētibus. Vt sint vnum (ait dominus IHESVS) sicut tu pater in me: & ego in te. Hęc sunt diuinę circumcessionēs siue immāſiones quas vocant. Vt filius in sinu patris esse dicatur. Diximus alio loco/ citato de scripturis testimonio/ sapientiam matrem quidē ecclesię esse nequaquā verbi aut domini IHESV/ si quidē in eam intelligentiā haud matris nomen receptum sit. Habet ille vnum patrem deum verum: vt deus verus/ de deo vero sit. Et vnam purissimā/ & piētissimā matrem ratione naturę assumptę in terris/ sanctissimā θεοτόκον theotocon/ deiparam siue dei parentē: & vt celebrat concinitq; ecclesia) dei genitricē MARIAM. Filius sapiētia genita/ pater ingēnita. Clarificat filius patrem: & cōtra/ filiū pater clarificat. secundum quod in euangelio scribitur. Nunc clarificatus est (inquit) filius hominis: & deus clarificatus in eo. Et apertius in cōsequētibus. Pater venit hora: clarifica filium tuū: vt filius tuus clarificet te. quod ad claritatē passionis etiam referunt. Lux siue sapientia filij: hoc est filius qui sapiētia est: de sinu & fonte paterno/ æterna generatione p̄dit: deus de deo: & lumen de lumine quę admodum sancta confitetur ecclesia. Hęc quātum ad diuinam naturā pertinet. Nec vltra p̄gredi iuxta sacratissimi patris Dionysij & sanctorū Theologorū institutionē audeamus. Vbera hoc loco authore Hieronymo/ cor siue ñternos illos & spūales sinus designāt siue authorib; Origene & eodē Hieronymo/ fontes sapientię & sciētię vberissimi sunt. Vt nichil carnale: sed oīa spiritalia atq; intelligibilia/ & diuine interpretāda intelligamus. Sunt enim profus admiranda & diuina sponſi & dilecti dñi nostri IHESV CHRISTI siue verbi vbera. De quibus antea dixit. Quia meliora sunt vbera tua vino: fragrantia vnguētis optimis. vt vbera hic sinus intelligātur: lac spirituale & diuinū emanantes stillantesq;. Montes in scripturis authore Hieronymo ad super sanctam trinitatē referūtur. De quib; scriptum est. In illa die stillabunt mōtes dulcedinem: & colles fluent lac & mel. Et pro uocamur omnes vt sitientes veniamus ad aquas. aquas nimirum omnē virtutem continentes. Et queramus dominum dum inueniri potest. De lacte dicit in epithalamio sp̄sus. Bibi vinū

In canticum canticorum.

meū cū lacte meo. Haurit dñs noster IHESVS CHRISTVS/ qui continenter in sinu patris est/ de fontibus illis diuinis: fontibus (si Origeni/ & Hieronymo credimus) sapientiē & scientiē: quibus iugiter ratione humanitatis perfruebatur/ sempiternū perfruiturq; in gaudio. Et aspectibus illis stupendis totus hærebat: totus in illis erat. Mentem & voluntatem suam illis super sanctis admouens vberibus/ & tantæ matris nostræ diuinæ sapientiæ sinibus. Et si dicere audemus (spiritualiter quippe & ad rectam intelligentiam omnia accipienda sunt) tam admirandis tam spiritalibus & incōparabilib⁹ vberibus: nichil carnale aut lapsum: sed penitus diuinum præsentibus. Sed quinam tales & tanti sinus siue vbera sunt: nisi æterna fœcunditas/ plenitudo/ bonitas/ qua æternum se filio communicat pater: hoc est illum æterne generat. Pater quoq; & filius æternum vna spiratione spirant amorem/ siue spiritum sanctum. Vis illa omnipotentia/ atq; infinitudinis mirabilis/ qua gignere & in tantos ortus educere filium potuit pater: & pater & filius super sanctum illum amorem & spiritum sanctum producere. Et quænam iterū vbera illa diuina & tanti sinus: nisi sapientiæ æternæ ars vndiq; mirabilis/ qua omnia in pulcherrimam consistentiam exurgerent? Quid tum vbera nisi immensi & nunq̄ exhausti/ nunq̄ satis laudati amoris vigor: vnde mirabilis gigneretur amor: & iterū ab gemino amore immensus prodiret amor: siue tanti amoris incendium: & super sanctæ vnitatis & æqualitatis nexus? Non quisq; istis conferendus amoribus amor: immo isti vni si substantiam spectes/ nullus amor. Sunt etiam vbera illa omnis causa efficientiæ & amoris. Sunt etiam inenarrabiles immense lucis & tanti solis sinus: e quibus splendor paternæ gloriæ/ & figura substantiæ eius/ portans omnia verbo virtutis suæ: purgationem peccatorum faciens: sedens quoq; ad dexteram maiestatis in excelsis manaret. Non talis gloria solis/ lunæ/ aut stellarum: quorum omnis in tali luce honos / & gloria consistit. De filio a tanta luce & sinu demisso/ dictum est. In sole posuit id est positum habuit/ sed æterne/ sed sine principio tabernaculum suum. Et ipse tanq̄ sponsus procedens de thalamo suo. Quis clarior/ vberior/ aut fœcundior esse potest thalamus: q̄ qui in sinu paterno est? Vbi omnis fœcunditas/ honor/ virtus/ potestas/ fortitudo/ claritas/ laus/ & gloria est. Hi sunt forte illi splendores æterni/ in quibus ortus genitusve filius prædicatur. Tecum principium (ait) in die virtutis tuæ/ in splendoribus sanctorum: ex vtero ante luciferum genui te. (Ita nāq; Septuaginta ab spiritu sancto forte instituti interpretati sunt) Quoniā

Omelia XIII

82

p ipm/ & in ipso cōdita sunt vniuersa/ & oīa in ipso cōstant. Qui est imago dei inuisibilis (vt ait Apostolus) primogenitus ōnis creaturæ. Quoniā in ipso cōdita sunt vniuersa/ in cœlis & in terra/ visibilia & inuisibilia. Siue throni/ siue dñationes/ siue principatus/ siue ptates/ oīa per ipsum/ & in ipso creata sunt. Subdit. Et ipse est caput corporis ecclesię/ qui est principiū: primogenitus ex mortuis: vt sit in oībus ipse primatū tenēs. Quia in ipso cōplacuit omnē plenitudinē inhabitare: & per eū recōciliari/ oīa in ipsum: pacificās per sanguinē crucis eius/ siue q̄ in terris/ siue quę in cœlis sunt. Et tāta mysteria aperies Apostolus addit. Vt impleā verbū dei/ mysteriū/ qđ absconditū fuit a sæculis & gnationibus: nūc autem manifestatū est sanctis eius: quibus deus voluit notas facere diuitias glorię suę. Sed vide qualem & quam fœcunditatem in sinu paterno nactus est filius. Omnem nimirum entelechiam/ virtutem/ authoritatē/ fœlicitatem a patre desumpsit: & ab æternis sapientiæ illius quidē ingenitæ sinibus. Et paria quoquo pacto suscipiens incomparabili fœcunditate ex se & patre manantem/ & procedentem (vt diximus) habet spiritum sanctum/ & immensum illum iterum amorem/ æquabilem/ inenarrabilem/ immensum. Hæc sunt fortasse vbera & sinus (idē nempe hoc loco significare intelligimus) sponsi/ & tanti pastoris/ & regis nostri. De quibus in prima statim fronte cantici ait sponsa. Quia meliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis. Et q̄q̄ immensa/ pulcherrima/ & optima maxima/ sint illa penetralia diuina/ illi sinus/ illa incomparabilis vbertas/ fœcunditas/ & bonitas: vt infinito aptius conuenientiusq; & in vniuersum quantum ad substantiam attinet/ vel solum communicari possint: tamen cum fœcundissima nec solum sibi sufficientia sint/ in alios quodam participatu/ pro modo & ratione suscipientium/ etiam conferuntur. Vt non modo plerosq; lactis suscipiendi capaces faciat: sed fœcundissimis vberibus & illa penitissima suauitate/ & dulcedine mire penetrabili donet. Qui credit in me (ait dominus IHESVS) sicut dicit scriptura. flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei: non sitiet in æternum. Sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Viden vt vberib⁹ & tātis sapientiæ fontib⁹/ nos mirifice donat? Vt flumina & fōtes & tales origines: tāq; ineffabiles scaturigines in nobis sint: illa inenarrabilis & admiranda suauitas/ quā nemo scit: nisi qui accipit. Quā quicūq; tali donatus munere/ siue in se siue in rerum pulcherrimis effectis/ aut in deo optimo maximo perferat. Atq; ob eam causam/ totā spōsam suā vndiq; collau-

dans spōsus: vbera quę præcipue donauit nequaquã prætermittit. Duo vbera tua (inquit) sicut duo hinuli capreę gemelli: qui pascuntur in lilijs: donec aspiret dies / & inclinentur vmbre. Viden vt humilitatē in hinulis & mirabilem contuitum / quod caprearum hinuli sint quarū accerrim⁹ visus est / prædicet. Atq; illa omnis vberum fœcūditas / diuino pastu coacta sit inter lilia: inter virginum & candidatorū choros. Donec æternus & vnus aspiret dies: & inclinentur penitus vmbre. vbi vbera aliam præter forte propagatricem suscipient cōsistentiam / & fortem. Interim verodum hic inter cādentia lilia & rubentes martyrij rosas agit: tota in propagatione & fœcūditate est. Siue per exercitia cœlestis disciplina: siue per diuinorum participatam & coram exhibitam imitationē. Et vide vt vbera spōsæ / suis (qui sponsus est) vberibus comparat. Quę pulchre sunt mammæ tuæ soror mea sponsa. Pulchriora sunt vbera tua vino. Id quod in laudes sponsi antea recēserat sponsa. Sed quale illud vinū: cui spōsę & sponsi vbera conferuntur? Illud fortasse / quod lætificat cor hominis. Et explicatius in alio loco lætificat deum & hoies. Et iterum collaudare non cessat sponsus / vel eadem repetēs. Duo vbera tua sicut duo hinuli gemelli capreę. propter vtrunq; fortasse (si ad spiritualem conferamus intelligentiā) & vetus & nouum testamentum: vel vtriusq; populi electos: siue vtriusq; naturæ in domino nostro IHESV CHRISTO cōfessionem. Hęc in reprobis & apostaticis aiab⁹ pene dolet subacta vbera spōsus. Audi quid ad pphetam dñs loquitur. Filij hominis. Duę mulieres filię matris vni⁹ fuerunt: & fornicatę sunt in Aegypto: in adolescētia sua fornicatę sunt: ibi subacta sunt vbera earū: & fractę sunt māmę pubertatis earum. Integerrima ergo & virginali robore turgentia aliquando fuerunt. Et iterum ait. Et visitasti scelus adolescentiæ tuæ: quādo subacta sunt in Aegypto vbera tua: & confractę sunt mammæ pubertatis tuæ. Et obserua nō nisi in Aegypto subacta vbera / & confractas māmās: & nequaquã in Hierusalem. Vbi integerrimus & virginalis decor semper prominet. At nichil tale in sponsa domini contigit. Nec solum præsentem decorem laudat sponsus: sed futurum magis ac magis prædicat. Ait enim. Statura tua assimilata est palmæ / futuræ fortasse victorię præfatio. Vt vicerit ipsa mundum quomodo dominus vicit & de illo triumphauit. Confidite (ait) ego vici mūdum. Subdit. Et vbera tua botris. Dixi / ascēdam in palmam. Totus isti egregię palmę incumbam: illi velut pulcherrimæ scalæ Iacob / innitar. Etiam erunt (post fœlicem fortasse exitum & peracta certamina) vbera

tua sicut botri vineæ / illius nimirū vineę Engaddi quę oculus tentationis est ppter accerrimū ad omnes hostis infidias agnosendas contuitū. Quādo sicut luna pfecta / testis erit in cœlo fidelis. & vbera / quę hic in vsus cedebant electorum: ibi in decus & suauitatē & secretiores / & penetrabiles gustus erunt spōsi. Id quod proxime sequētia mōstrare vidētur. Et erūt vbera tua (inquit) sicut botri vineæ / & odor oris tui sicut odor malorum: guttur tuum sicut vinū optimū: dignum dilecto meo ad potādum: labijsq; & dentibus illi⁹ ad ruminādum. Et vinū etiam siue lac ab vberib⁹ illis velut botris manās / dignū erit dilecto ad potādū. Vt sim ego tota mel & lac sub lingua ei⁹. Quæ pro eo dixerim⁹: vt manasse hęc vbera a fœcundissimis & æternis sapientię sinibus siue verbi vberib⁹ / fontib⁹ scilicet sapiētię & sciētię mōstrarem⁹. Despōsatur ipsa etiā sapiētia. Hęc amaui (inquit) & exquisiui eā a iuuētute mea / & quęsiui eam spōsam michi assumere. Nimirū igit si sin⁹ & spūalia habeat vbera. Pari haud dubie pōsum quas est dignitate alios ifignire: qua & ipse illustrat⁹ est: & p̄cipue suā candidā spōsam electam ex milibus: creditū est. Quæ tñ cū ōni pietate & intra septa & limites sacrosanctę catholicę fidei / quā profitemur dicta sint. Sunt enim oīa ibi ineffabilia / & supra omnē humanā / immo & angelicā intelligentiā p̄minētia: ōni tamen qua fas est veneratione & p̄stratione mentis reuerenda / colenda / exaltāda. Quātum igitur ad eā quę dñi IHESV humanitatem respicit explanationē: difficile & operosum videt iuxta litterā: eum qui iam grādeus pastor & rex / dilectus sponsus / & amicus sit: fingere vbera adhuc sugētem: nec p̄ necessitate alia quicquid vbera: sed vbera cōtinēter materna. Quasi nec lac matrē defecisset / nec vlla fuisset intermissio sugēdi. Solet enim ea intermissione lac ipsum penitus abire. Ista carnalibus impossibilia & pene deridicula videbūtur. Sed si ad spiritū viuificatē / nostros cōuertamus obtutus: nichil hic ipossibile: immo grāde aliquid spirituale & diuinū / vel sub tenui littera confestim eminere videbitur. Oīa conueniūt lapidi angulari / & ipse oibus. Vt in hęc etiā intelligentiā oīa esse videatur in oibus: & oibus oīa factus. Et quęcūq; difficilia captu aut ipossibilia videbūtur: clarissima statim in ipso erūt: quę lux vera etiā est / omnē hominē venientē in hunc mūdū illuminās. Quid igit quātūvis obscurū difficile & atrū in purissima luce nullis vnq; p̄mixta tenebris nō p̄spiciū / nō clarū videbit⁹: quæ nō modo lux est: sed oīs etiā splendor & quicquid pulchrū / decorū / dignū ve est. Omnia igit illi quadrāt: in quę veluti finē / ideā & admirabile omniū exēplar / singula referūtur. In

omnibus suae sanctae sunt vel ab initio impressae imagines. Et nimirum/cum mundus per ipsum factus sit: & sine ipso factum est nichil. Et. Quod factum est in ipso vita erat. Si omnia in ipso/ & vita quaedam inenarrabilis sunt: quid vetat ipsam vitam in omnibus esse: & vitam siue consistentiam omnibus praebere? Et hoc est principium in quo creauit deus caelum & terram. Quod alicubi principium viarum dei nuncupatur/ & principium principiorum vocant eruditi. Et illa fortasse letitia/ siue incomparabilis iucunditas verbi & sapientiae est, qua ludebat/ coram summo patre de quo dicit scriptura. Et delectabar per singulos dies/ ludens coram eo omni ipse: ludens in orbe terrarum: & deliciae meae esse cum filiis hominum. singulis quibusque rebus suas erat imprimens imagines & vestigia: & sui ipsius verbi & sapientiae miras depingens effigies. & veluti quaedam specula quae ipsum referre possent. Nec solum in rebus omnibus & in libro naturae aperto: sed in omnibus precipue sacris scripturis talia molitur: talia quae penitus suos aeternos amores ipsumque referant conscribit. Et sic pulchre omnia contemperat vt vni/ in omnes siue multiplices siue miscelaneos sensus conuenire possint. Sed de his tantum dixisse sufficiat. Quo ostenderemus/ quae impossibilia ipsi rerum naturae ordinis eius aut dispositioni essent: mire tamen rei illi supernaturali & omnibus incubenti astipulari. Sed ad nostram explanationem post multam digressionem descendamus. Plerique in hoc loco matrem sponsae/ ipsas gentes intelligunt. Si quidem etiam ipsa ecclesia est congregata de gentibus. Id quod propheta ostendit. Audi filia: & vide: & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum: & domum patris tui. Et spiritus de hac eadem matre/ in cantico dicit. Sub arbore malo suscitauit te: ibi corrupta est mater tua/ veterem depones & nouum indues hominem/ qui secundum deum creatus est. ibi violata est genitrix tua. Quando regnum caelorum quod in ipsa extruitur: vim patitur: & violenti rapiunt illud/ siue in praeteritum etiam rapiebant. In hebreo iuxta hanc intelligentiam habet. Ibi parturivit te mater tua: ibi parturijt te genitrix tua. Siquidem omnium etiam mater domini IHESU parens iuxta crucem stetit/ vim nimirum sibi ob ingentem dolorem ferens: quo caelestes animas vim etiam sibi inferentes & portantes crucem suam: in caelestia tabernacula post virginem suam: altera quaedam mediatrix/ siue (vt nonnullis placet) coredemptrix deduceret. Haec est igitur illa mater cuius verba: hoc est sanctam & candidam vitam conuersionem fugit dominus: continue novos/ candidos & lacteos inde educens fructus. Et hoc est nimirum quod in libro pastoris dicitur. Gentibus autem poenitentia usque in nouissimo die: quasi illius suae sponsae & matris verba

dominus continue fugat. Et quae fuerant in loco aridioro immo & iniquo plantatae arbores: nunc sunt aptius posita iuxta flumen quod letificat ciuitatem dei: multiplices eosque diuinos per singulos dies nedum menses/ afferentes fructus. Et ex illis arboribus plantatis secus decursus aquarum/ folium immo nec fructus unquam defluat. vt semper maiora & meliora incrementa suscipiant. Et omnia quaecumque faciet (inquit) prosperabuntur. Nonne pellicit (nichil enim in diuinis ubi nulla deceptio est/ non in bonam partem suscipi potest) dominus medijs inenarrabilibus unquam quemque: vt ad se veniat: & dimissa gentilitatis spurcicia/ purissimum fidei capiat lumen? Reuertere (ait) reuertere sumamitis misera/ & captiua: quippe quae vinculis tartareis innexa es/ siue mortificans & mortificata/ reuertere reuertere/ vt intueamur te. Et tu fornicata es cum amatoribus multis/ tamen reuertere: & ego suscipiam te. Leua oculos tuos in directum: & vide/ ubi nunc prostrata sis. Nonne tibi videtur vel tam deformatae meretricis lugere lac: quando placidissimo & roseo ore loquitur & commonet inquiens? Frons mulieris meretricis facta est tibi/ noluiisti erubescere. Ergo saltem amodo voca me pater meus: dux virginittatis meae tu es. Nunquid irasceris in perpetuum: aut perseuerabis in finem? Et iterum. Vade & clama sermones istos contra aquilonem: & diccs. Reuertere auersatrix israel (ait dominus) & non auertam faciem meam a vobis: quia sanctus ego sum dicit dominus: & non irascar in perpetuum. Et generaliter ad omnes. Conuertimini filij reuertetes/ dicit dominus. Quia ego vir vester: & assumam vos unum de ciuitate: & duos de cognatione. Et introducam vos in Syon: & dabo vobis pastores iuxta cor meum: & pascent vos scientia & doctrina. Et in sequentibus. Si abstuleris offendicula tua a facie mea: non commoueberis: & iurabis: viuit dominus in veritate/ & in iudicio/ & in iustitia. & benedicent eum gentes ipsumque laudabunt. Circumcidimini domino: & auferte preputia cordium vestrorum: ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea. Et in Ezechiele lac etiam lugere videtur: & secundum hoc/ tale quid dicere. Iustitia iusti super eum erit: & impietas impij erit super eum. Si autem impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis quae operatus est/ & custodierit omnia precepta mea/ & fecerit iudicium/ & iustitiam: vita viuet/ & non morietur. omnium iniquitatum eius quas operatus est/ non recordabor. Et in euangelio. Pater misericordiarum/ & totius consolationis dominus ad deprehensam in adulterio ait. Quis te accusat mulier/ illa dicente nemo domine.

In canticū canticorum.

ne ego (inquit) te condēnabo. Et q̄ facile ad plerosq; dicit. Vade/remittuntur tibi peccata tua: nō solū septies sed septuagies septies. hoc est plerūq; infinities & semp̄ cōmonet remittēdū. Et quotienscunq; ingemuerit peccator: censet illi dimittendū. Hęc & talia cernens: & cultum diuinū tam facile per ōnia propagari: & ad plerasq; animas e gentilitate cōuersas spiritū sanctum dicere. Quę est ista quę ascendit dealbata innixa super dilectum suū. et. Quę ē ista quę ascēdit de deserto & squalenti gētilitate/delicis affluēs. Et. quę est ista q̄ ascēdit sicut virgula fumit ex aromatibus mirrhę & thuris: & vniuersi pulueris p̄gmetarū. & ad eandem. Quę est ista quę ascendit sicut aurora cōsurgens: pulchra vt luna/electa vt sol. hoc est selecta / & in pare quodā modo honores ascita/vt iustitię sol: terribilis vt castrorū acies ordinata: pro multiplici vitio & seuentis caractere bestię grandem virtutū omnium charismatum & gratiarum nacta exercitū. Ista qdē & alia innūerabilia videns nōne dicere poterit nimia admiratione attonita & talis & tā amātis rapta incendio? Quis det te fratrem meū *ἀδελφόν* id est fugentē vbera matris meę: & tantā tāq; vberem recipientē illius dulcedinem/vt ob ingentē humilitatem & charitatē qua dilexisti mundum/temetipsum exinanēs/ factus sis veluti hinulus cervorū/diuinę fugens vbera matris factus sub lege/vt eos qui sub lege erant redimeret: factus veluti subditus parenti/vt nos in parentes ascisceres. De quo tantam admiratus humilitatem humanitatēq; propheta inquit. Puer natus est nobis: & filius datus est nobis. cuius imperiū super humerū eius: & vocabitur nomen eius admirabilis/consiliarius/deus/fortis/pater futurī seculi/princeps pacis/siue vt. lxx. habēt. magni cōsiliū angel⁹. Chaldaica habet. Et recipiet sup se legē ad seruandum eam. Et vocabitur nomen eius de ante/admirabilis cōsilio/deus/fortis permanens in secula seculorū messias. In cuius diebus multiplicabitur pax. Quis inq; det te fratrem meū vt inueniam te foris & deosculer: & iam me nemo despiciat? Nōne tibi videtur fugentem vbera matris dicere? quādo tantū & talem/ recipientem super se legē (ac si tum paruulus esset qui erat domin⁹ omnium) & puerum vocat: qui alios in eandem nuncupationē as. i. scit. Ego (inquit) & pueri mei quos dedisti michi: quasi illos velit diuino quodā participatu esse fugentes: vt ipse fugit. Propterea dicit. Ite & predicatē euangeliū omni creaturę: qui crederit & baptizatus fuerit/saluus erit. quasi diceret. Ite & fugite vbera matris. Et michi videtur de quodā alio lacte hic (vbi

Omelia XIII

85

omnia perfecta cēsantur) loquit. ab illo de quo meminī Ap̄tus ad Hebręos scribens. Et facti estis quib⁹ lacte opus sit nō solidō cibo. Omnis enim qui lactis est particeps: expers est sermonis iustitię. Perfectorū autem est solidus cibus: eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus. ad discretionem boni et mali. Et de isto eodē lacte Apostolus Corinthiis veluti imperfectis scribēs dicit. Lacte vos potauit nō cibo: necdū enī poteratis: sed neq; nūc potestis. Et propterea velut puuli instituebantur. Bonū est hoī mulierem nō tāgere: & alia id gen⁹. Et istud q̄q; imperfectorum lac sit. tamen rationabile est & sine dolo. In quo locus moralis intelligitur. Solidus vero cibus ad mysticos intellectus refertur. propter quod dicit Apostolus. Nō rursus iacentes fundamentum pœnitentię ab operibus mortuis. Tales sunt qui adhuc lacte indigent. At quomodo sponsus noster sugens vbera matris expers iustitię sermonis erit: qui summa et maxima est iustitia/ & ipse sol iustitię/ & sanctas sub pennis eius? Et quo pacto qui in perfectionem erigit multos: imperfectus erit: nō habens exercitatos sensus ad discretionem boni & mali? De quo in alio loco scriptum est. Et vocabitur nomē eius emauel. butyrum & mel comedet: vt sciat reprobare malū & eligere bonū. Aliud igitur lac quod fugat dñs noster: hic prētēdere videtur. Illud fortasse de quo in eodē cantico scribit. Oculi tui (de sponsi oculis loquens) sicut colūbę super riuulos aquarum/quę lacte sunt sunt lotę: & resident iuxta fluentia plenissima. Quod imperfectorū hoc lac erit/quo lauantur tantę & tales spirituales: siue quę verbū & spiritus sanctus sunt colūbę oculis sponsi domini cōparatę? Perfectorum igitur nō imperfectorum hoc lac erit: & de quo etiam drama nostrum meminī. Nisi forte dicamus dominū nostrum IHESVM CHRISTVM qui omnibus ōnia efficitur sugentem vbera matris/proijs qui imperfecti & *πεόφυτοι* neophyti. i. nouiter plantati sunt adhuc in ecclesia introducti. vt quęadmodū aliquibus iam vir est: & grādiōris ætatis: plerisq; puer etiam sit. & iuxta cuiusq; profectum alijs adhuc sugens vbera matris. De quibus forte dicit Ap̄tus. Filioi quos iterū parturlo: donec CHRISTVS formetur i vobis. In illis adhuc dñm IHESVM puerū hoc est illos imperfectos esse demonstrans. de quo loco antea quoq; meminim⁹. Et quoniam humilia amatorū canticū nōnunq; decent. Hic in noua ecclesię gentiū vocatiōe & aliquo cimento: lactis et similioris imperfectorum cibi (iuxta hanc intelligentiā) meminisse videtur. Nec enī in primo statim cōuersionis exortu/ perfecti eē

In canticum canticōrū.

poterāt. Propter quod vel ad ipsum ecclesie columen Petrū dicit dñs. Modicę fidel quare dubitasti. Et Apostolus inter tales & similes nichil aliud se scire gloriat: nisi CHRISTVM IHESVM: & eum crucifixum. Ille idē q̄ sapientiam loquebatur inter perfectos. Et quousq; domin⁹ IHESVS CHRISTVS sit glorificatus qualis est cū ad dexterā patris sedet ī cœlestibus: nōdum spūs sanctus pleniter nobis censetur esse donatus. Nōdū (inquit) erat spūs datus: quī nondū IHESVS erat glorificatus. Sunt multiplices tenentū & possidentium dñm nostrum IHESVM CHRISTVM gradus. & ob eā causam in aliquib⁹ fugens adhuc vbera puer est/ atq; infans ijs qui nō in perfectū adhuc emerere: alijs vero proficiēs. Et IHESVS (inquit scriptura) proficiebat sapientia & etate & gratia/ apud deū & homines. & secundum istos dñi IHESV pfectus crescebat. & Ioānes. sicut dicit Lucas. Puer autem crescebat & confortabatur spū/ nimirū crescebat crescente in eo domino IHESV. nōnullis maturationem etatis/ in mansurā etatis plenitudinis: siquidē tū creuerint in virū perfectū ī mensurā etatis plenitudinis CHRISTI. Ut itā (inquit Apłs) nō simus puuli fluctuātes: & circūferamur ōni v̄to doctrine. Subdit. Veritatē autē faciētes crescām⁹ in illo p̄ oia qui est caput CHRISTVS: ex quo totū corp⁹ cōpactum & connexum per omnem iuncturā subministratōis / secundum operationē in mensurā vnusculusq; membri augmentum corporis facit. Viden vt pulchre crescāms in CHRISTO. Obseruamus in scripturis non solum etatum sed etiam habitū differentiam. quem stantē a dextris virtutis dei velut pugilē Stephanus cernit: hunc eundē Ezechiel atq; Esaias sedentem vident. Daniel vero ascēdentē vsq; ad antiquū dierū contuet. Et vide si pro diuersitate habitū/ sint & contuentiū differētię. Nōnunq̄ vestes habet resperfas sanguine. Interim totas candidas & albicantes. plerūq; in alio habitu. quo forte multiplices ecclesie gradus designent. Nichil enī vacat in tātis rebus mysterio. Et ecce (ait Ezechiel) cui⁹ erat species/ quasi spēs aris: & funiculus lineus in manu ei⁹: & calamus. mēsurę in manu eius. Subdit. Stabat autē in porta. Aes sonorū est: & ad sonoritatē p̄dicatōis referē. Id quod propter Apłos & ecclesie doctores scriptū est. Nā & in omnē terrā exiit sonus eorū: & in fines orbis terrę verba eorū. Funiculus & calam⁹ mēsurę/ in manu eius/ quibus singula q̄rectissime in ecclie edificatōne metiuntur. Atq; ī anteriorib⁹ (idē propheta) illud aliter describit. Vir quoq; in medio eorū vestitus erat lineis: hoc est cādore illo immortalis siue ἀγιότητος καὶ ἀγιστείας. i. sanctitatis & sacrificios

Omelia XIII

86

nię et puritatis candore: siue supsancto haglasmate & sacrificatōne. Et attramētariū scriptoris in manu ei⁹. Quo singulos diuinę ciuitatis īcolas & ciues describeret: & cœlestis caracteres cōtrarios/ bestię caracteribus īprimeret. Sunt fortasse ī ecclesia hanc diuinam imitacionem sortiti. Vt quemadmodum metientis pleriq; participes sunt: plures sint & in mysticū diuinumq; numerum ascribentis nō prorsus expertes. In specie ignis/ cum legem daret Moyši domin⁹ apparuit. quem in forma humana legis nouę datorem/ Ezechiel contēplatur. quasi forte mīttora sint omnia veterum comparatione in illa. Infinitum esset velle prosequi has quas in scripturis propter p̄fectuum differentias obseruamus diuersitates. Atq; ob eam causam hoc loco/ sugēs vbera matris sponse nō ab re dominus introducit. Sed videamus si aliquid forte sublimius possemus in hoc loco cōilcere. Sēpe diximus matrē sapientiam & nuncupari & esse. et si corpus domini mysticū & ecclesiam suā immaculatam respiciam⁹: qd̄ vetat quomin⁹ eius corpis mater sapientia sit vt ōm̄ et cuiusq; mater est: Omnia enī omnibus effecta est: maxime vero tantę domini IHESV sponse ecclesie sue immaculatę. P̄sertim cū pulchra dilectio sit ipsa domini IHESV ecclesia & omne vtcūq; quodam diuino & vltimū dano p̄cipatu est p̄pter supermirabilem cū verbo vnionē/ quod sanctū diuinūq; est. Illius igitur tantę & talis immaculatę & dominicę colūbe & proximum quendam participatum diuinitatis habentis mater sapientia ab aliquibus fortasse putaretur. Et verissime quidē sapientia mater sponse ecclesie. Propter quod dicit. Quis michi det te fratrem meum: fugentem vbera matris meę hoc est diuinitatis siue sapientie: iuxta p̄cedentem intelligentiā. quæ nimirum mater mea est: cui vel maxime inniteris. & ab eadē tanta diuinitate tua admiranda humanitas mirifice sustentata est. Te inq̄ diuinā dulcedinem haud tibi mirifice amanti absconditam persentientem: & continue atq; speciali ratione haurientem de fontibus illis æternis: cuius perennes fulgores suscipis/ & beatis illi⁹ perfrueris amplexibus. Vt leua eius (si dicere dignum) sit sub capite tuo: & dextera illius penitus amplexetur te. Nec amplexabitur solum sed continenter amplexatur/ amoris/ dulcedinis/ ōnis gratię/ candoris/ pulchritudinis/ glorię/ omnis demum dignitatis illustres penitus in illam tuam sanctam animā immittens radios. Vt instar Moyši imo plusq̄ Moyšes nō solū in septuaginta/ tātos fulgores: sed in ōnes possis pulcherrime deriuare. Secundū qđ ait. Et de plenitudine ei⁹ oēs accepim⁹ gratiā p̄ gratia. Nec riuuli tm̄ sed plena flumina

de cordibus credētium / sed te penitus influente erūpunt. Quis tuā vnā singularē & penitus supra ōne qđ cogitari potest beatā perfruitionē / oratione cōsequi posset / aut satis p dignitate explicare illos mirabiles vel statim a cōceptus primordio tāte sapiētiae haustus / Vt characteres splēdores / pprietates / lucēs infinitas (vt ipsa infinita erat) illius susciperes meae matris sapiētiae. Quis illā stupendā voluptatē / letitiā / iucūditatē / & gloriā enarrabit / Iūctē illē qđē naturę : & in facta vna illa hypostasi p̄nūtes / & tam incōpabiles emissiones siue īfluxus ob talem ptātē & diuinā cōmissurā nūq̄ cessant. Recūbebat ī diuinitatis sinu / & in extasi & superiore excessu posita cōtinue erat illa dñi IHESV superior portio. nec cessabat clarissimo cōtuitu tum diuinitatē tum diuinas rationes cōtueri. Cernebat tāta illa spectacula : quę oculus nō vidit : nec auris audiuit : nec in cor hoīs ascēdere. Cernebat lumina infinita : sed in vno q̄ simplicissimo lumine : & sanctas penitus discretionēs admirabat. Atq; illo tanto cōtuitu oēs aīos mētēsq; pernici volatu superās : illi ineffabili diuinitati / infinitior pene : hoc est / mirū in modum auctior euectiorq; effecta iungebat : & penetrabili virtute oēs illos diuinitatis plenissimae subibat admirabiles splēdores / lucēs / stupendos oīs virtutis & gratię fontes. Nec iniuria quidē cū penitus extensis alis / illi p̄q̄ sanctae aīę verbū & spiritus sanctus / qui plenitudo sunt scientiæ nō sine patre iucūberēt : atq; in illa veluti in āplissimo & liberiore cāpo / diuiniore forte voltarent. Statina siue τοὺς σταθμούς id est stationes in eadē vt in sede āplissima agētes : frequēt̄ imo semp̄ illis insistentes / & vt narrant eloquia : versis in sese vultibus. Quod vnus in eā exornandā & fundit̄ illustrandā / esset diuinorū cōsensus. Nō talis Ioānes in sinu recūbens dñico / qualis hęc purior mens & natura / pxime diuinitati cōmissa / ī illius recūbens sanctis & secretiorib; cum sinib; tum recessib; illi ineffabili verbo incōpabili eaq; hypostatica (vt aiūt) vnione iūcta. Tū mirifice hauriebat & in gaudio de fōtib; saluatoris ipse σωτήρ .i. seruator siue saluator noster : de fontib; haud dubie saluatricis naturæ hoc est sapiētię & verbī diuini hauriebat / seruanti illi naturę humana penitus iuncta. Contuebantur fortasse dñm & Moses in mōte : & Paulus in raptu : at pleniore beatitate / cōfidentia & sorte cōtuetur & penitissime videt hęc pientissima aīa dñm non iam in sibilo auræ tenuis : nec sicut adoperta aut velata : at reuelata facie gloriā dñi sed in excelsissimo mōte atq; in vertice omniū montiū posito / supra oēm quidē creaturā cōtēplabatur : remoto e tanti & talis Mosi vultu : immo nunq̄ admissio

velo. perfractis penitus a sūmo vsq; deorsum abs tanti tēpli & factuarij aditibus oibus velamentis. Nec iā in σκιάματι id est in vmbra siue ἐν τῇ σκηνῇ id est tentorio siue tabernaculo : sed plenissimo lumine / idq; meridiano tēpore / illis p̄fruit aspectibus. Illo tēpore p̄cipue / sed omni beatitate & in loco vberi vridiq; foelices animas pascens. Atq; in hunc modū & contuentē & pascentē diuina querit spōsa. Indica michi / inquit / quē diligit aīa mea. vbi pascas / vbi cubes in meridie. Et quod ait spōsia. Sub vmbra illius quē desiderabā sedi. Dñs IHESVS CHRISTVS & spōsus & frater ait. Sub lumine & tanto lucis & incōparabilis solis feruore / illi; videlicet quē desiderabā sedi : & fructus eius dulcis gutturi meo. Et de dño IHESV CHRISTO p̄cipua rōne potest intelligi dictū. Quoniā apud te est fōs vitę : et in lumine tuo videbimus lumē. Vnitus erat sed ineffabiliter verbī & sapiētiae lumini / quo cū tam diuinū & paternū suscipiebat lumen. Lumina ibi luminibus mīre cōferūtur. Sed quid nō totus illis radiaret / quid nō coruscaret : qui erat amictus lumine / sicut vestimēto / qui totus erat candidus & lucēs : imo lux ipsa etiā vtraq; p̄specta natura / Id qđ differenter καὶ ἀπαλόγως lux ipsa quidē verissima. Nōne tibi videtur pulchre sugētem in hāc intelligentiā vbera matris introduci / Cernam; etiā dñm IHESVM si exp̄imentū & ipas efficientias suscipiamus / cōtinue noua incrementa huiuscemodī lactis suscipiētē. Et erat (ait scriptura) IHESVS p̄ficiēs sapiētia & etate & gratia apud deū & hoīs : illa explēs munera & functiones ad quas a patre destinat; fuerat. Nesciebatis (inquit) qđ in ijs q̄ patris mei sūt : oportebat me esse. Et cum tantū duodecim annorum esset : stupēbant ōnes qui eū audiebāt sup̄ prudētia & responsis eius. Et mater eius videns cōtinue virtutis & diuinę efficiētie incrementa / cōseruabat ōnia verba (quę de illo dicebātur) in corde suo. Et vīs videre quopacto / cōtinue magis & magis tāte sapiētie vbera sugit / Factū ē autē (ait Lucas) cū baptizaret; oīs popul; & Ihesu baptizato & orāte : apertū est cœlū & descēdit spūs corpali spē sicut colūba in ipsū. Et vox de cœlo facta ē. Hic est filius meus dilectus : in quo cōplacuit michi. Et subdit scriptura. IHESVS autē plenus spū sancto egressus est a Iordane / & agebat; spū in deserta dieb; quadragita. Illo quidē spū & verbo cui; vt hō fecūdissima sugēbat vbera : hauriens cōtinue de illis inenarrabilibus fontib; / in gaudio penitus incōparabili. Volumus videre & amplius sugentē / cū dicit scriptura. In ipsa hora exultauit in spū sancto & dixit. Cōfitebor tibi dñe pater cœli & terre :

In canticum canticorū.

quod abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. Etiam pater quoniam sic placuit ante te. Oia michi tradita sunt a patre meo. Sugit ne cum dicit. Ignem veni mittere in terram: ignem videlicet amoris/charitatis/& spiritus sancti. Et quid volo: nisi ut accedatur. Baptisma autem habeo baptizari: & quomodo coartor usque dum perficitur. Et viden ut maiora videtur huiusce lactis/fontis nimirum sapientie & scientie/& celestis manifestationis paternae suscipere incrementa ut ecclesia et discipulis crescentibus: ipse quadam ratione in illis crescere videatur. Et post dies sex(dicit scriptura) assumpsit IHESVS Petrum & Iacobum & Ioanem fratrem eius: & duxit illos in montem excelsum seorsum & transfiguratus est ante eos. et respicendit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et paulo post adhuc eo loquente. Ecce nubes lucida obumbravit eos: & ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo michi bene complacuit. Addit/ipsi audite. Et quia noua & vetera mire in ipso quadrabant: de hoc eodem cui nunc attestatur pater antea predixerat Moyse. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus: ipsum audies/ ut petisti/a domino deo tuo in Oreb quando congregata est: atque dixisti. Ultra non audiam vocem domini dei mei/& ignem hunc maximum amplius non videbo ne moriar. Et ait dominus michi. Bene oia sunt loquuti. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui: & ponam verba mea in ore eius: loqueturque ad eos omnia que precepero illi. Qui autem verba eius que loquetur in nomine meo audire noluerit: ego ultor existam. Que verba cum verba de lege/proxime sequantur: non possunt vel ex veterum sententia nisi ad dominum IHESVM CHRISTVM coaptari. qui rex & legislator noster in alio loco colaudatur: & ille qui saluabit nos. sed apertius in nouo qualis & quantum sit demonstratur. Videamus si possimus aliquem apertiorum huius sancte anime videre perfectum. In principio passionis orans in horto & factus in agonia dicebat dominus IHESVS. Tristis est anima mea usque ad mortem/mororem ut panes ibi comedebat/lachrimarum panes eius. Apertus ad Hebreos scribens ait. Cum clamore valido & lachrimis offerens exauditus est pro sua reuerentia. Perfecto autem & consummato passionis cursu & tanto expleto excessu/dicebat. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et cum in patre sit filius/ & filius in patre: filio etiam quadam consequentia forte secundum humanitatem/anima commendabat. Proloquium quippe in diuinis est. Eorum externas efficientias haud quam separari. Illi igitur immense sapientie cum genite per quam

Omelia XIII

SS

dam(ut diximus)consequentiam tu ingenite animam commendabat. In illius amplexus festinabat inque sinus & vbera. ut pro se atque omnibus electis abunde sugeret: & flumina lactis in campos ecclesie apertissimos deriuaret. et ibi irriguum faceret superius & inferius/in minoribus & maioribus/pro capacitate cuiusque/perfectibus. Nunc tibi videtur illam animam secretiores sinus patris & verbi & vtriusque sapientie penetrantem non suo ultra(ut sic dicam) spiritu consistere: sed eterno. In quam etiam sententiam/toto nimirum verbo(ex omnium constituto) sustentabatur. Quam etiam cernens ecclesia siue spiritualis mens eleuatam animam/in sinibus huius inenarrabilis sapientie vbera sugentem/Idem quod regina Saba de Salomone/admiranda pronunciat. Verus est sermo quem audiui in terra mea/super sermonibus tuis:& super sapientia tua. Et non credebam narratibus michi: donec ipsa veni:& vidi oculis meis:& probaui quod media pars michi nunciata non fuerit. Maior est sapientia tua & opera tua o candida & supercoelestis anima tantis perfruens sapientie sinibus & sacris vberibus: maior est (inquit) sapientia et opera tua/quam rumor quem audiui. Sit dominus deus tuus benedictus: qui constituit te o pientissime IHESVM regem ut faceres iudicium & iustitiam super hanc perquam diuinam ecclesiam tuam. Sancti illi gentes a Betsaida Galilee in typo ecclesie de gentibus congregate desiderabant illum videre sugentem: cum rogabant Philippum. Domine volumus IHESVM videre. Pater/verbum & spiritus sanctus ut antea diximus totas extendit alas/& totis illis extensis expansisve in ea voltat. Et verius fortasse de illa illud propheticum in prima fronte dictum est. Expandi alas meas super te. Totis te operui & suscepi sinibus meis. Ut non sicut adoperta alio velamento sit: id est nulli subdita angelice potestati. sed penitissima ipsi diuine entelechie/ipsam essentiam ipsa cernens essentia: pulchritudinem pulchritudine: decus tali decore/ ipsam denique beatitatem ipsa eadem beatitate. Ista diffusius & per excessum fortasse nimium pro eo quod dictum est. Quis michi det te fratrem meum sugentem vbera matris mee. Que ad laudem quidem dicta sint super benedictione et super sancte trinitatis cui superuenerande & tota mente exaltande: omnis honor & gloria. Amen.

In canticum canticorum de eo quod scribitur
VT inueniam te solū foris. Homilia XIII.



Vbdt vt inueniā te solū foris & de osculer: & iā me nemo despiciat. Spiritu sancto opus est/ nec humana temeritate in sacris quicquid audē dum. Illo igitur sancto igne nostras accende medullas sancte pater: nō quē rapuisse pmethea fama est/ in cōmunē hominū interitum: sed quo tua proles abstulit antiquā faciēs noua sæcula noctem. Vt inueniam te (Inquit) foris. Pleriq; anteriores hunc locum explanant: intelligentes ecclesiam de gentibus siue ex utroq; populo coagmentatā sollicitius querere maiorem ac maiorem honorē sponsi. Vt quæ antea in cryptis/ in antris & spelūcis cū multa perturbatione & motu illū venerabatur: in pace quandoq; & desideratissima omnī tranquillitate: illi omne laudis sacrificiū offerat & placabiles nō iam in latibulis & cauernis sed palam hostias. Id quod in utilitatem & salutem omnī cederet. et qui antea per infidelitatem despiciabant: nunc per fidem & tantā admissam salutem venerētur/ honorent. Et quæ filię prius erant inimici hominis: & patrē recognoscebant diaboli: nunc in CHRISTI sortem admissę/ eundē & sponsum & fratrem et vt vere est patrē recognoscant. Nulli amplius despicientię & contemptui locus: cum omnī vna & publica fides erit: omnī vnus integerrimus amor: cōmunis & publicus omnibus diuinus ardor/ patefacta vniuersis celestis vltę disciplina. Et quæ olim animę perditū ibant: tum assumptis de columba argenteis pennis/ & posterioribus de eadē aureis in montem domini pernicii volatu festinarent. Talē igitur & tā publica veneratione dignū quis michi det/ vt te solum/ nō aliū quē inueniam/ de osculer & sanctis sacrificijs contingam: labia diuine confessionis tuis labiis immortalitatis/ candoris & lucis et incōparabilis susceptiōis admouens/ labia vtriusq; testamenti tuis tuorum arcanorū & mysticorum & impenetrabilū sensuum labiis iungens/ Demum animum animo/ & voluntatem voluntati/ ardorem ardori & has qualescunq; meas flammulas eternis & penitissimis tui amoris incendiis/ perpetuum cōmittam. Ne his cōtenta alios omneis pari sorte/ fide & cōfessione perfrui velim. vt non despiciant hos amores nostros: hęc oscula/ has tantas & celebres amoris cōmissuras/ aureis cum ānullis tum nexibus & admirandis vinculis insignes. Et contra

istis nostris amoribus q̄ mūdānis accidat. Illi q̄ scēdum quicquid habeāt latere volūt/ q̄cūq; secreta & abditissima solliciti⁹ idagāt. Nostri saluberrimi/ purissimi atq; integerrimi amores publicum petūt: in palā pdire molunt. Vicos & cōpita q̄runt vbi frequentia sed plaudentiū sit. Nec dies vn⁹ istis nostris spōsalib⁹: sed perpetui & solēnes. Perpetuā agim⁹ manētemq; diē: diuina iugiter cōcinētes epithalamia & nuptiales odas. Et instar sup̄norū cœlitūq; agminū/ nō cessam⁹ clamare quotidie/ Sanctus/ Sanctus/ Sanct⁹/ dñs deus oīpotēs: qui est/ q̄ erat/ & qui vēturus est. Nec veremur nostros publice amores fateri: nō in amabilia & frequentia/ vel in medijs mysterijs oscula ruere: & illū penitus cōplecti qui oīm vel maxime desiderabilis est plausibilis nobis & p̄q̄ fauorabilis: et mira ob istos cōplexus exiliētes letitia dicere: vel ego vna in omnī persona. Apprehēdā te & introducā in domum matris meę/ & in cubiculū genitricis meę. Hęc erit mea imprimis & publica/ & solēnis: vel toto spectāte pp̄fo mūdano cōfessio. Apprehēdā te: te vnū quidē/ ardētī amore/ insigni & penitus flāmata charitate/ nō solum fimbrias cōtingā aut eminus sequar emulabor ve: sed penit⁹ diuinis holocaustis & charismatibus cōprehēdā Et te vno teipm cōplectar/ & his tantillę virtutis simib⁹/ teipm virtutē immēsam atq; infinitā amplectar/ stringā. His signis diuina exēplaria cōtinebo. Et nimirū/ cum & iter vbera mea cōmorari dignē: qui tāta humilitate/ & gratia insignitus est: atq; iter signacula/ q̄ sūmū est exēplar/ se cōnumerat. Pone me (inquit) vt signaculū sup̄ cor tuū: vt signaculū sup̄ brachiū tuū. Quia fortis vt mors dilectio/ dura vt infern⁹ emulatio. Tali amore ille qui infinitū a nobis seiunct⁹ suapte natura est/ in tales cogit descensus atq; cōplexus: in ista suę tantillę creaturæ munera ipellitur/ inq; honores. Et viden vt audens fidēsq; spōsa nō solum apprehēdere/ sed ducere & vtcūq; trahere atq; introducere eū qui infinit⁹ est/ nitat. At quomodo infinitū a finitiore aliquo ducetur: quo pacto æterna illa diuinitas q̄ suapte natura tota imobilis est: & ad quā p̄cipue tota intendit spōsa villo pacto deducēt aut apphēdi poterit: q̄ oī cōtactu purior est/ & tot⁹ ineffabili sua imēsitate incōphēnsibilis: aut qua cā domo siue cubiculo cōcludi: q̄ immēsa/ sua infinitudine/ ambitu & plenitudine pagit spacia/ vniuersum vel pugillo metitur/ Sed hęc oīa diuin⁹ pagit amor. Nā fortis vt mors dilectio: imo vt vita ipsa fortissim⁹ tantus amor. Hoc vinculo pene immēso ducitur/ trahiturq; immensus: istis irretitur cogiturq; nexibus. Hoc vno vinculo ducā trahamq; (ait) vel in domū olim inimicā matris & in cubiculū/

inque secretiora penetralia genitricis mee, que olim infidelitas & gentium populus (quos gentilitate siue τοῦσ' ἔθνη καὶ ἔθνη id est gentiles vocant) erat, desiderauerat sollicitus ipse / me hanc inquam nunc introducit / refugere domum: vel ipso patre comonente, Audi filia (tato enim me dignabatur honore) & vide & inclina aurem tuam & obliuiscere populum tuum / & domum patris tui: & concupiscet rex decorum tuum: quoniam ipse dominus deus tuus & adorabunt eum. Et filie tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. In hanc molitur domum introducere spiritum: cuius ut obliuisceretur antea comonita fuerat. Dissipata quippe & distracta tunc erat illa τῶν ἑθῶν: id est gentium domus secundum numerum angelorum: pars autem domini / populus eius: & Israel / funiculus hereditatis eius. Sed vide mysteria. Egrediedum erat spiritus a domo: & penitus illius antiqua spurcitate fuerat obliuiscendum: priusque spiritus rex / in eandem intromitti posset. Nec enim aliter introducere poterat sponsa: sponsum / nisi exterius hoc est seorsum ab omni spurcitate posita esset. Qua abeunte simul omnes reprobi spiritus abiret. Et vnus spiritus candidus & lucens / in eam iam iam scopis mundata admitteretur / illius candore & luce lucidior ipsa futura erat: splendidior & omni luce exornatior. Et que olim fuerat schola diaboli: domini nostri IHESV CHRISTI sanctum auditorium efficeretur. Propter quod dicit ibi me docebis: & dabo tibi poculum ex vino condito: ex vino quod sapientia miscere nouit / & que suscepi calicem salutaris & exundantis mensure eundem calicem reddam. Dabo (inquit) poculum ex vino condito: aromatibus & gratijs vndique redolens: illud etiam poculum: ex quo nouit spiritus & dominus & deus meus bibere vinum suum cum lacte suo. De quo ut bibamus & tantis amoris haustibus inebriemur nos cohortatur / inquit, Bibite / & inebriamini charissimi. Talis calix in manu domini mei est: vini meri plenus mixto: & inclinauit ex hoc in illud. At fortasse calix ille permixtus est / fauorabilis & gratior factis & iustis animabus: sed paulo durior & amarus peccatoribus. Ego vero (ait) non permixtum poculum dabo / & inclinabo ex hoc in illud: sed vinum fragrantioribus aromatibus / virtutibus & gratijs conditum offeram. Nec vlla tristitie materia illi offerenda est: qui per se iocundus / immo ipsa est εὐθυμία id est iucunditas / ipse honor / gloria / exultatio / & plaudens animi iubilatio est. Et mustum malorum granatorum meorum / ut totius ordinis ecclesie susceptum ratumque habeas sacrificium laudis quo tantopere te honorificari predicat. Et illic iter esse quo ostendas illi salutare dei, & vtriusque forte ecclesie propter ordinem angelorum, in ministerum missorum /

mustum malorum granatorum dicit. Qui inter nos agunt & ad ministrorum sunt spiritus in ministerium missi: propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Et mala punica in vestimentis pontificis sed polymita & varia arte contexta legimus. Nec aurum ibi diuinae charitatis & incendij inter coelestes & mysticos colores deerat. Quasi iste ordo in admirabili fuerit olim & nunc varietate. Et dominus IHESVS sponsum & suae ecclesie caput / illi velut aurum optimum semper incubens est: & per omnia penetrans / & insertus. Et qui a nemine icludi potest: ista sua ecclesia totus inclusus esse videtur. Et vide quid dicit mustum malorum granatorum meorum. Mustum (quod graece γλεῦκος vocant) nouum est: nouam & recentem & meliori candore suffultam significans ecclesiam tanto antiqua synagoga prestantem: quanto noua veteribus prestant. Vt & nos in nouitate vite / virtutis / & tanti feruoris ambulemus: & vetus deponentes fermentum / simus noua conspersio, et ambulemus in azimis (id est in fermentatis ἀζυμοσ enim id est fermentatus) sinceritatis & veritatis: meliora & quotidie recentiora de sponso & sponsa pocula sumentes: & in sacrum admitti ordinem & diuinum electarum sanctarumque animarum ascribi calculum desiderantes. Ab illo etiam in nouitate suscepti / qui noua omnia facit. Ecce (inquit) noua facio omnia. Sed quia domum & cubiculum dicit / videamus horum differentiam: domum siue aulam spiritus legimus: & secretiora cubiculi sui penetralia. Obseruamus quoque illius quadam vinariam cellam. Ista omnia sed opposita & enantia / id est contraria analogia in domo gentili erant. Domus (si eruditus credimus) sunt lex / scripture / & prophete. Cubiculum vero / promptuarium scientiae & sapientiae sanctis & secretioribus muneribus illustre. Cellam vinariam / doctrinam mysticam aut moralem quae letificet cor hominis / arbitratur. Nos in cella mustum illud diuini amoris contineri non inepte arbitratur. Contra vero / domum gentium siue idololatrarum: quid nisi leges & instituta de dijs eorum / & prophana oracula / siue idolothifias, i. immolationes quae simulachris fiebant existimabimus? Cubiculum vero / nisi illam quam arbitratur eorum sapientiam: sybillinos quoque libros, & pontificum forte maxiorum doctrinam / sacra / leges cum in triuuiris epulonibus ob sacrificiorum multitudinem & rege sacrorum: que sacrificulum vocabant, additis deinde tribus viris qui sacris legendis / carminibusque sybillis praesentibus: & sodales titij dicebantur tunc septem quoque viris epulonibus & sacrorum etiam decem viris. Quae nichil / nisi prophana continebant. Cellam vinariam nec eius aliquam speciem tam infanda dogmata & spurcitate pretendere possunt: nisi vbi fortasse

vinū aut furor aspidū / id quā de Iudeis quoq; dictum est: vinum eorum est. Et botrus insanabilis. In hæc omnia sponsus introducitur: quo spurcissima quæcunq; abijciantur. Et pro negantibus diuina affirmatione fulgentia respōdeant. Et pro olim tenebricosis omnia quā lucidissima sint. Proq; perditissimis / atq; in præcipitium agentibus in diuinā beatitatem / caput & vires exerentia exurgentiq; habeātur. Et ista vel ex tantilla occasione dixerim. Nūc ad reliqua p̄grediamur. Sed videamus primū si aliquid sublimi⁹ & altius possumus in hoc loco inuestigādo quære. Ait spōsa illo diuino spiritu repleta vt inueniā te solū foris & deosculer: & iā me nemo despiciat. Foris enī est (vt ne quā eruditi existimāt interim taceam⁹) cum extra corpus posita mens eius esse dicit: qui lōge est a corporalib⁹ cogitatiōib⁹: longe a carnalib⁹ desiderijs. Talē ab his oib⁹ foris positū plerūq; visitat dñs. Sediti foris ad ostium tabernaculi Abrae / tres viri ad quercū mābre apparēt: post multiplicē fortasse quā prius nact⁹ erat eruditionē. Et locū & tēpus & quā foris posit⁹ esset / nō inepte scriptura describēs p̄sequit. Talem (vt foris esset solusq;) ipsa quoq; foris posita secundum hanc intelligentiam: magno & ingenti aī ardore querebat sponsa. Quis michi det (inqt) te fratrem meū / vt inueniā te solū foris. Sed quomodo (Inquit) te solū quādo cū patre & spū sancto semp es / & pater in te O eterna sapiētia: & tu in patre: & diuin⁹ ille spūs qui & subsistēs amor / in te & patre semp est. Nec vnū nācisci ego: nec vno beata visioe / atq; ardētī amore p̄fui absq; alijs possim. Quis det igit vt te solū inueniā: quādo eterne & incōparabiles imāssiones & tales circūincessionē (quas vocāt) in sup̄sanctis sint cū discretiōib⁹ tum hypostasibus. Sed cū essentiā (ait) cōiecto / entelechiā & substātiā cerno: ibi p̄spicue nō aliā tuā essentiā O verbū / & sapiētia diuina: quā patris & spūs sancti: nō quidē aliā substātiā esse cōiicio: nec aliud patrē esse quā filius & spūs sanctus sint. Diuinas & sup̄admirabiles simul ipsis agētib⁹ imāssiones / siue sup̄sanctas σὺπερλίας: id est cōsonāssias siue cohabitationes: sed in vna substātia / deitate / sapiētia & virtute. Sicut tu pater in me (ait) & ego in te / & mea oīa / tua sūt: & tua mea. Illud igit tā vnū & simplicissimū sollicita inuenire ardeo: quā pater & filius & spūs est / & te in patre & spiritu sancto: & cōtra / patrē in te & spiritū sanctū in te. nec enī tres dīj vos estis: sed vnus optim⁹ / maxim⁹ / de⁹. Nec tres oīpotentes: sed vnus oīpotens. Aut tres eterni: sed vn⁹ etern⁹. Atq; vna ibi diuinitas / nec tamē solitudo. Sūt enī pater / fili⁹ & spūs sanct⁹ / vna diuinitas / equalis honor / eadē gloria / coeterna maiestas. Hæc diuinā

oppositorū cōcordiā sup̄admirabili agente cōcordia. Te solum igit: hoc est extra rem omnē cōditā & creatā / tantū diuinas illas discretiones / etiā sup̄sanctā illam cōicationē / quā ἀντικαταλλὰς ἢ ὡς siue oīsanctā synaxim nūcupant / sēp excipiā. Taceo de ineffabili cū hūana natura σὺραψι id est cōiūctione siue vniōe. At quomō iterū rogās (inqt) te solū inueniā: siquidē infinite atq; innumerabiles in te rationes sint formæ. perq; simplices rerum omniū / atq; ideē in te vno p̄minēt relucētq;: & quā tenui sub nebula / tamen conspiciūtur. Et cōspicient olim / iam iā immortales redditi clarius: quādo in lumine tuo videbūt lumen. Quo pacto igitur tātis rationib⁹ / luminibus / fulgoribus / & dignitatib⁹ illustrem / tamen solū inueniā: Nisi forte (vt verū dicā) in arte vna & simplicissimo illo tuo oculo archetypo & exēplari eterno / oīa supra quā dici aut cogitari possunt / vnice cōtineantur. Vt vnus sit qui multiplex sed vnice est / & incomparabiliter multiformis & vniformis. Nec tamen vlla ibi imp̄ficiens / aut lapsa multitudo. Rationes quoq; illę tuę infinite / vna sūt simplex / omniū tamen vires continēs / ratio. Plures ibi dignitates / dignitas vna. Multiplices ideę / vna optima maxima idea. & multimodę siue (vt ita dicam) multiformes formę: vna optima maxima forma. Omnia omniū rerum sup̄ diuina exēplaria: æternū vnū simplicissimūq; exēplar. Vocabula / mēs / & ratio / in tātis enarrādis nos deficiūt / Et tū maxime intelligim⁹: cum haudquā intelligere nos plenissime cōfitemur / illā perq; doctā ignoratiōē tum maxime sortiti. Quis igitur michi det vt te solū inueniā: & incōparabili infinitarum virtutū / dignitatū / rationum / formarū siue idearum corona circūdatū / honore & gloria & tanto decore circūamictum / omni demū p̄fectione / absq; vlla imp̄fectione: omni vnitate / absq; imp̄ficiētī multitudine / atq; (si dicere dignū) innumerabili / quā summa & æterna eadēq; simplicissima vnitas es / omniū dignitatū & virtutū ratione / & numero illustrē: Sed cogitabā ego (ait) pulcherrima sponsa / virgo & p̄xima / quē nā illa tam felix & beata virt⁹ est: quę tāta efficere possit in te peuit⁹ etiā incōparabili miracula tamq; stupēda rerum spectacula / nisi forte ille vigor immensus: qui p̄parat mōtes in virtute / accinctus potentia. Infinitudo igit potentie est: atq; potētia infinita quę tanta efficit / imo vero (vt aiunt) causa tantorū est. Et si fortitudinē quādam insuperabilem inuestigare velim: audio quid de te verissime dicitur. Dñs regnavit decorē indutus est: indutus est dñs fortitudinē / & p̄cinxit se. Omni quidē virtute & potestate immēsa. Atq; iterum ingeminās beata illa & inuestigatrix spōsa dicit. Quis det te fra

In canticum canticorum.

trem meū fugentē vbera matris mee: vt inueniā te solū. quomodo vero (inquit) solū / quādo (vt ī Daniele scribit) milia miliū ministrabant ei / & decies centena milia assistebāt ei. Et in psal. ciiij. scriptū est. Qui facit angelos suos spūs: & ministros suos flāmā ignis. Pulchre dixit quidā. Iam supis admixta coelos explorat & arcem: & solū sublime patris. Quod plutima circū: turba leues animi volitat. Decimoq; sedēti orbe deo assistūt vigiles: & cūcta fidei iussa ministerio pagunt. Subdit. Omne p hos exercet opus pater. At ipse quieto trāquillus sceptro sedet: & cōplectitur orbē. Quonā modo igit tāto circūcinctū agmine diuorū / te solū inueniam: quādo medijs illis spiritib; veluti per scalā Iacob in cœlū vsq; ptenfam eundū michi sit: in tantas illas sedes & foelicia tabernacula: in te vero vnū vel maxime qui mons dei es / loc; sanctus / tabernaculū dñi atriūve / templū / ciuitas / & dom; dei: oīa deniq; es quecūq; pulcherrima / celeberrima / & sanctissima sūt? Quomodo igit te solum inueniā: cū media sint veluti pulcherrima moenia mūdi inter te & nos angelica numina / & foelices illi sempiterni & imortales animi? Purgāt illi quidē idq; cōtinenter mortales oēs / illumināt / & pficiunt. Sacri sunt fulgores tantū circūstantes lumen / fulgores plurimi vnū immēsumq; circūambientes fulgorē. Quid sanctas referā animas: q̄ velut zona aurea atq; oīm virtutū gēmarūq; fulgore ornata dñm circūcingunt? Possit ne ibi solitudo esse vbi tot signatorū & selectorū virorum mulierūq; & sanctarū virginū est numerus? Et audiui (inquit Ioānes) numerū signatorū / centum quadraginta quatuor milia signati / ex oī tribu filiorū Iſrael. Et recēsitis duodecim tribub; ī numerū. Subdit. Post hęc vidi turbam magnā / quam dinumerare nemo poterat ex oībus gētibus / & tribub; & populis / & linguis / stātes ante thronū: & in cōspectu agni / amicti stolis albis: & palmæ in manib; eorū. Et simul angelos sanctasq; aīas ibi esse indicans: subdit. Et oēs angeli stabāt in circuitu throni / & seniorū & quatuor aīaliū. Quomodo igit te solū inueniā / cui; thronū tam excelsum & magnificū innumerabiles cū angeli tū hoīes ambiūt? Nisi forte qđ p̄petib; alis / & velocissimo volatu / & illis sūptis de colūba argēteis pēnis cū posteriorib; siue ingēti robore auri / ferar in altū / nullis contēta angelorū aīarūve agminib;. In thronum tuū rapiar: inq; illā mirabilē sedē in qua sedēt cōquiescūtq; oīa. In te vnū totis expansis alis euolabo / in te cōscendā / tibi vniinnitar. Vt de me dicat qñq; spūs sanctus. Que est ista q̄ ascendit cādida & dcalbata / innixa sup dilectū suū. Vt secundū qđ me cōmonuit Apłs / trāfiens de claritate in claritatē: imo exactis oībus claritatibus: reuelata facie deū optimū maximū spōsum & dñm.

Omelia XIII

92

meum contēpler / & vnū illum inueniā & contingā solū / illumq; tametsi imēsum cognoscā: sicut & cognita sum. Nec āplius vilo sub velamēto petræ siue angelico / siue quocūq; hūano: nullis iā obtegētib; velaminib;: sed penit; imēfarū virtutū / illarū quoq; infinitarū / q̄ & vna virt; sunt / nō iā in anigmate aut specie: sed facie ad faciē tāta cōtēpler & clare videā spectacula: et in q̄cūq; se offeret illud eternū exēplar: etiā ferar: hauriens his oculis de purissimis illis diuinitatis & tāti splēdoris obtutib;: illa tū sese michi offerēte specie: q̄ oīm specierū forma / sed exēplaris sed arche typā ē. Et q̄ nō vniuersalia / aut gñalia mō eminet; cōplectit;: sed singularia & q̄cūq; sciūcta siue pticularia sūt. Illa ego in tā incōpabili exēplari / & plusq; specie vniuersalia siue pticularia vtcūq; illi visū fuerit cōsequar. Et ī tā imēso obiecto / & me penit; offūdeūte lumie colores tā multigenos tā varios & rerū q̄cūq; simulachra imo ipsas res veras clarissime / sed p illi; tantū arbitrio / & sorte data cernam. Vt differētia illa spectatiū incōpabilis obseruetur. Differatq; stella ab stella in claritate. Sintq; diuerse (vt dñs nos admonuit) in domo sui patris māssiones / & scdm pfectuum differētiā: differēter tñ / tantū illuceat lumen. Ibi igit in vno perq; simplici neq; miscellaneo vnictā multiplices cōtinent aspect;: & quæ vna oīm exēplaris & ptypa forma est / tamen diuerfa vidēt. Quomodo enī nō videre; diuerfa: quādo diuersis cōtingitur gradib;: & tñ a quocūq; ibi pclare & beate agenti cōtingit? Vna maxime illa est eternitas: quæ oībus p̄sens est tēporibus / singula mirifice cōtinet. Sed quo pacto intelligem; p̄sentē / ei qđ amplius nō est / tamen fuit. siue illi qđ nōdum est / tamen erit? At ille semp est. Nec quicq; ī illo secessu amplissimo / & tāto aternitatis ambitu quicq; p̄teritū / aut futurū. Et iterū. Ille qui semp est / ille est qui est / qui erat / & qui v̄turus esse in sanctis eloquijs describit? Quis ista nō opposita esse si rationē cōtueatur / nō videat? tamen illa haud opposita esse intelligit: sed ī superiore mēte nō iā amplius ratiocināte: et ī pulchra / stata / plenore / & manētī æuiternitate sua / eternitatē quadā rōne cōtingēti. Et iterū quo pacto illū tam simplicē & infectilē intelligem;: q̄ infinita ambit / stringitq; spacia: qui tā vario & multiplici vnūqueq; p cuiusq; cōplectitur amore: tamen vn; ibi purissim; simplicissimus. p quo innumerabiles stringit amores / amor? Et quid mirū / cum odium ibi / & zelus: sint purissimus amor. Scala Iacob opus est: qua conscēdamus ad tanta spectanda miracula: alioqui imbecilles & infirmi. Pro gradibus nimirū quindecim mysticis conscēdamus siue purpureis illis ne dicam conchiliatis / siue eburneis de humanitate domini IHESV mediatoris nostri / vie / atq; ostij

m. iij.

noſtri ſiue aureis / de eius aurea & ſupereminenti diuinitate & tantis rationibus / illuc intromittamur neceſſe eſt: vbi iuſtitia & pax & quæcunq; oppoſita perpetuis perfruuntur amplexibus. Quis igitur michi det te fratrem meū vt inueniā te ſolū / et quæ minime ſis ſolus quādo cū patre & ſpū ſancto ſemp es: tamen quicquid ibi inueniā totū puritas erit / vna veritas / ſimpliciſſima æternitas / lux vna / cādor & lumen nequaquæ miſcellaneū: totum ibi vna ſapiētia / vna pfecta plenitudo / magnificētia / & magnitudo vna / regia quædā & pluſquæ diuina poteſtas. totum ibi vnus amor. Hanc ego ſolā ſapiētiam expeto / æternitatē / & quicquid vnū / ſanctū / inſectile & puriſſimū ē. Et ſi ſolū te inueniā: nō tamē ſine patre & ſpū ſctō / vobis æterne & vnice inuicē imanētibus: voſiſfos (vt ſic dicā) alternū ſed ſimul et inenarrabiliter & ſupra omnē fortē ſubeūtibus. vt vn⁹ in alio ſit ſcđm quæ explicat dñs in euangelio & aſtea meminim⁹. Vno mihi accedēte / oēs cōfeſtim aduolabūt. Et ad eū (ait dñs) veniem⁹: & manſionē apud eū faciemus. Inueniā te ſolū foris. ſed quomō foris rogās. ait. Quādo vbiq; pſens / potēs / exiſtēsq; ſis. Et ſi aſcendero in cœlū: tu illic es: ſi deſcēdero in infernū ades. Si ſūpero pēnas meas diluculo & habitauero in extremis maris: & enī illuc man⁹ tua deducet me et tenebit me dextera tua. Quomō igit foris illū quæ rā / qui int⁹ eſt: & q magis vnicuiq; intimus: q̄ quæcūq; res ſibi / Ego (iq̄t) tamēſi veriſſima hæc ſint: foris tñ inuenire velim. Neq; enī ſignis cōtēta ſū: ſed ad veritatē p̄nici volatu feſtino. Nec in imaginib⁹ aut in rerū pulcherrimis ſimulachris mens iſta pene inſinitior ſiſtere poteſt: ipſū pulchrū & ſeorſū ab oībus poſitū expetit. Nichil auens cū creatura ſimul cōtingere creatorē: ſed ſeorſum poſitū creatorē. Illū ſpectare / vt in ſede illa ſua perennis æternitatis eſt: ppetua pfruens pace / quiete / ſclicitate: & pluſquæ trāquillo ſceptro ſedēs: innoābilis / incōprehēſibilis / inenarrabilis / incogitabilis / penitus incircūſcriptibilis / & nullā finitionē ſortitus. Quomō enī quæ inſinitū eſt finitionem vllā ſuſcipiet / Ipſū ego in ipſo eodē cōplecti volo: in inſinito inſinitū: in imenſo imenſum: atq; æterno æternū. Nec mellori ratione illum cōtingere poſſum. Deſciunt quippe quæcūq; condita ab ipſo: quominus illis ipſum cōtingere poſſim / aut vere vt eſt cōplecti. Tantū in ipſo ipſum inuenio: ipſum penitus habeo. Qui habitat lucem inaccessibilē & tenebrę in eo nō ſunt. et cui eſt cū patre & ſpū ſancto benedictio / & claritas / honor / virtus / fortitudo εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων ἀμήν id eſt in ſæcula ſæculorum. Amen.

In canticum canticorum. de eodem
Homilia XV.



Res mundos eruditē eſſe exiſtimant: citimū / cœleſtem / angelicū. Seorſum ab his omnib⁹ te optime maxime deus quæro te inuenire ſatago & molior: in tertium cœlū vbi vnice agis contendens. Et cū duo rerū extrema ſint finitum inſinitūq; in inſinito ſolū mea omnis quies eſt. In illo lucidiſſimo extremo / quo alterum penitus irradiatur. At ſi ſeorſum quæredus es: quomō igitur verum erit illud ſapientū adagiū / tecū habita nec te quæſueris extra: niſi inſatuatam a ſapientia tuā omnē ſapientiam mundanā exiſtimemus / et ſtultū dei hoc vel tantillum ſapientię dei malus ſapientia hominū: Nequaquæ igit in nobis ſiſtentes nos extra quæramus: & nos in illo quæramus: qui inſinitū ab omnibus rebus diſtans & ſeorſum poſitus: tamen rerū omnium eſt inuētio. et quæcūq; perdita / in illo ſaluberrime cōperiuntur. Ibi foris quidem ſuper ōne quod in cœlo & in terra nominat place inueniemus: & plenis (vt ſic dicam) deoſculabimur oſculis. Oſcula tum inſiget natis. Et nos contra reuerenter tantū parētem oſculabimur: & induiti dominū IHESVM CHRISTVM atq; per hoc effectū ſapientię / prudētię / iuſtitię / veritatis / amoris: omnis demū virtutis & æternitatis / & tantę inſinitatis participes: tam ſanctis paradigmatis / imo vero ipſis exēplaribus in oſcula ruemus. Et cōtra ipſe oſcula libabit noſtra / æternitatem cōmittet quo: & alteri culpā æternitati / inſinitū finito. In vnū cōcine & pulchre admodū corpus in vnā primitiuorū eccleſiā qui cōſcripti ſunt in cœllis noſtū aſciſcet: ſibi capitū & ſpō ſo noſtro mirifice cōnectet. Ipſum pulcherrimū ſed pulchritudine immenſa contuebimur. ipſum tanta ſonoritate eaq; inſinita ſonorū: & prope immenſum aliquē induiti auditum / ſed de domo no IHESV CHRISTO illū audiemus. Atq; tanto ſuo odoratu / qui immenſus etiā eſt / diuinum etiā percipiemus odorē. Illo perēni tuo guſtatu experiemur quæ dulcia faucib⁹ noſtris eloquia tua (o benigne IHESV) ſuper mel ori noſtro. Nec eloquia mō ſed te ipſum qui et λόγος logos / ratio ſermo / oratio & ſupputatio / ſummū quoq; eſt eloquiū: omnes vndiq; mire afficiens ſenſus. Quid plura / te toto circūcincti & penitus tecti tātā de te domine IHESV habentes formā & ſplendorē: totā illam excelſam cōplectemur: & qua ſas eſt p cuiuſq; ſorte ipſam incōpre-

hensibilem quoquomodo comprehendemus diuinitatem. Dextram dextrę: oculos oculis: atq; hæc ora illis tantis tantq; splendidi vultibus cōferentes: & lumina luminibus cōparantes. Vt dicere idq; verissime possimus. Sic oculos/ sic ille manus/ sic ora gerebat. Et nimirū cū oīa nobis effectus omnis ratio/ oīs sensus/ oīs intelligētia/ & sanctus ille penitissimusq; cōtactus/ sed in potēti vnitate & tāta vnitate cōtactus: omnis demū & ardēs cōplexio. Tum mire singula mēbra capiti collata vnū tandē cū illo efficiētur/ templū vnū/ ciuitas vna/ vnus splendor/ vna immortalitas/ regnū vnum. Vt in vna illa & tanta diuinitate & tā efficiaci energia id est actu siue actōne & potētia/ omnia vnum sint/ vnus ardor & ipsa (vt sic dicā) vnio. Vt pulchre dixit quidam. Quæ locunda magis cerni spectacula possunt: q̄ spectare vno secula cuncta loco? Dulce est igitur ad veterū coetus migrare parentū: tam celebris insignes cernere laude viros. Quæ maior aut celsior esse laus potest: q̄ vbi ab illo laudamur: qui omnis est laus: omnis puritas/ amor? Qui mire laudādo amat: & amādo laudat. Hæc sunt oscula nostra: cū ab ipso tantis dignamur osculis/ tam sacris muneribus & optimis maximisq; honoribus. Nec iam villo interstite medio nos cōplectitur: sed perniciosus de æternitate pennis totus in nos euolat: & ocyssime immēsa illa quidē agitatione quę summa/ manens & stata quies est/ fertur. totus penitissimos & incōparabiles quos ipse nō alius fecit recessus pro arbitrio suo & singulari sorte subiens/ penetrabilia omnia & abditissimos recessus & quęcunq; putant homines secreta subintrans. Et primū in ipsum cor quod omnes latet/ omnibus inobutū est/ penetrabiliter fertur: omnia referat ipsum vel solum suę tantæ alioqui subditū/ tamen subijcit potēti. et mire indignatur cuiq; alteri pandi aut peritū esse: tāto illius incēditur amore. tanta emulacione si quis plā alius contingat/ afficitur. Secretū hoc meū michi (inquit) secretum meū michi: in hoc vnum p̄cipua & secretiora oscula insigere placet/ tum cū nemo secretiores nostros amores respicit. Et vide si in hanc intelligentiā id quod foris dicit sponsa/ explanare auderemus. Vt inueniā te solum foris (inquit) id est seorsum ab omni impedienti turba aut quacūq; re etiam intelligenti condita. Te foris quidē inueniā/ hoc est in penetrabilibus cordis in quo et iusve aditibus tibi vni tantū pateo. Hæc voluntas: hic animus tibi solum apertus: vt extra res omnes extra omnē mundum in illum primum sistens esse videaris. ego quoq; extra rem omnem postray/ deor: dū in istis penetrabilibus te ipsum cōtueor. Nō illuc

admittitur mentes angelicę: nec tanto censentur honore / nō numina quęcunq; alloqui quoscunq; aditus penetrantia. Hoc vnum regis æterni cubiculū et cella vinaria: vbi abunde de vino tantī amoris inebriatus: in parē/ diuinā animam cohortatur ebrietatem. Beata igitur illa anima quę mūdo est corde: quoniam ipsa deū videbit. Illo nēpe pręsente infinito numine dicere potest miris tum affecta incendiis & amoribus/ & sacris fulgoribus insignita. Cor meum & caro mea exultauerunt in deum vnum. Et omnes in parē beatitatem cohortata iquit. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Et. Beati q̄ scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum. Ego vero (inquit) in toto corde meo exquisiui testimonia tua: ne repellas me a mandatis tuis. Et pulchre dicit in corde meo abscondit eloquia tua: vt nō peccem tibi. Et iterum minime suis fidens viribus/ ait. Cor mundū crea in me deus: & spiritū rectum innoua in visceribus meis. Ne proicias me a facie tua/ & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde michi letitiā salutaris tui: et spiritu principali confirma me. Manifeste demonstrans cor ipsum & tanta viscera/ locum esse p̄cipuum spiritus recti/ spiritus sancti atq; spiritus principalis. Patris videlicet (si eruditus credim⁹) Filij atq; Spiritus sancti. Hoc est quod antea de euangelio diximus. Ad eum (inquit) veniemus & mansionē apud eum faciemus. Hoc itinere/ hac directiōne/ ingenti securitate se plene confiteri posse aliquando confidit. Confitebor tibi in directiōne cordis: in eo quod didici iudicia iustitię tuę. Hac vna directiōne in te vnū contendo/ semotis omnibus arbitris: inq; oscula immortalitatis/ pacis/ amoris/ & vnus beatę & felicitis perfruitiōnis. Et iam me nemo despiciat. Secundum vtrāq; significationem loquitur. Quomodo me deorsum positā aspicientē? Quādo quidem omnibus p̄termiſsis: in sinus æterni parentis domini & dei mei cōuolauit. quādo illi vel soli sola incubens/ innoxia super dilectū meū: illi arcana quęcūq; prodidi: ipso penitus michi vni vel nullo interstite medio illapso. Quomō igitur in sublime posita nec alium superiorem recognoscens despiciat? deorsum aspiciat iā tū suscepta p̄ter omnē angelicam conditionem & sortem in filiā. Nec enim istud angelis concessum: vt fratres domini mei IHESV CHRISTI sint. Quomodo homines ἀδελφοί id est fratres sunt p̄pter eam quā suscepit dominus IHESVS naturā. Semen quippe (vt ait Ap̄tus) Abrahę apprehendit. angelos nō apprehendit. Nullus igitur despiciētis locus/ quā in tantā sum exaltationem euecta: vt filia sim omnia.

In canticū canticorum.

potētis regis & dñi mei. Propter quod ad me dictū est. Audi filia & vide. Atq; in hunc modū foris tenui: ab illo sublimi eternitatis celo descendente despectū & humiliatū. Nam exinanivit semetipm formā serui accipiens: in similitudinē hominū factus / & habitū inuentus vt homo. Pro gloria quā habuit apud patrē priusq̄ mūdus fieret: humilitatē carnis suscipiēs / factus obediēs vsq̄ ad mortē: mortem autē crucis. Propter qđ & deus exaltauit illum & donauit illi nomen / quod est sup omne nomen. Vt in nomine IHESV / omne genu flectatur cœlestiū / terrestriū / & inferiorum. Et omnis lingua cōfiteatur: quia dñs IHESVS CHRISTVS in gloria est dei patris. Quis igitur me despiciet (ait Ecclesia) me in fecibus humanitatis positā? Quādo dñs me⁹ IHESVS CHRISTVS / hanc eandē glorificandā humanitatem suscepit. quo me exaltandā & pari qua fas est gloria donādam susciperet & me osculo suo æterno donaret. Quod anxia olim ego & sollicita expetiueram. Si humiliata ego persecutionib⁹ / & si sol ille me quoquo pacto despexisse videtur / & dominum meū IHESVM CHRISTVM psequuti sunt: nullus amplius tū videtur despiciētiae locus. Videamus si aliquid altius possimus in hoc loco cōiectare. Videbatur despicienda ecclesia vel quęcūq; anima nondū in gloriā suscepta / deorsum quidem aspicienda: quādo adhuc hic sacras ab angelis suscipiebat purgationes / illuminationes / pfectiones / & ministerio illo angelico adhuc indigens erat. At in gloria illa sublimi / quādo reuelata facie deū cōtemplabitur: diuinā a dño suscipiet perfectionē: & in lumine nō iam amplius finitiore āgelico / sed infinitiore immensum videbit lumen. Si vero despicientiā & cōtemptū intelligimus: videbat olim contēptibilis aīa: quādo adhuc paruula / & impfecta erat: & quę lacte adhuc egeret: vt in superdiuinos admitteretur aspect⁹ / fulgores & formas. Cum autē diuiniorib⁹ illustrata formis: gloria & honore coronata est: & totis suscepit dñm amplexib⁹ / mysticis & spiritualibus honorata sensibus: nō amplius despiciēda videtur / maioribus virtutū incrementis susceptis: diuinis fulgoribus altius in eam demissis: ipsa nō solū in regiam / cubiculū & cellam vinariā introgressam sed & foris / hoc est passim & sine delectu suum penitus distringens & deosculata sponsum. Quid tum erit quādo glorię lumine penitus circūfundetur: & immortalis erit ornata corona: tantis circūuallata angelorū & diuinarū animarū agminibus: iam tenens spōsum pascentē in meridie & inter candētia oīs pulchritudinis & beatę virginitatis lilia? Vbi nichil amplius fœdū erit. Tum verissime & ppetuo ad eā a dño

Omelia XV

95

dicetur quod in Ezechiele scriptū est. Et facta es michi. Et laus te aqua: & emūdauit sanguinē tuum ex te. Et unxi te oleo: oleo quidem exultationis & letitię. Et vestiui te discoloribus / mira virtutum & charismatū varietate. Et calciavi te hyacintho: cœlestibus & diuinis affectionibus: & cinxi te bysso / candore immortalitatis & tanto gratiæ & glorię lumine. Et indui te tricapte (ita enī Origenes legit) hoc est subtilibus / interprete Hieronymo: vestib⁹ quidē a sapientiā & diua immortalitate cōtextis. Et ornaui te ornamento. Et dedi armillas manibus tuis / immortalibus tum radiantibus actionibus: & pclaris efficientijs. Et torquem circa collū tuū. Et dedi inaurē super os tuū. & circulos in auribus tuis: & coronā decoris omnis quidē glorię / in capite tuo. Et ornata es auro & argento: sanctis scilicet eloquijs & sensibus. Et vestita es bysso & polymito & multis coloribus. Et subdit. Et decora facta es vehemēter nimis / & pfecti i regnū. Et Egressum est nomen tuū in gentes ppter speciem tuā. Quę omnia ad ecclesiā & cœlestē Hierusalem quādiu adhuc hic militat referri possunt: & multo magis quādo in cœlestibus cū rege eterno cōquiescit. iam secunda de sua immortalitate effecta: & sempiterna fœlicitate sine fine perfruitur. Splendores quidā & imagines tallū ornamentorū hic colluctantur: ibi vero in pulcherrima sunt veritate / & toto suo splendore radiant. Tali igitur exornata stēmate regē sponsum & dominū suum / extra ciuitatem mundanam videre concupiscit / foris & seorsum ab ōni re cōdita & creata. Vt iam nemo eā despiciat. Quomodo vero despiceret? quando honestissima in dominū suum & sponsum / ōni mūdo mullebrī / imo vero plusq̄ regali ornatior tota sponsa & immaculata ferri potest? Et quęcunq; in hoc cantico de sponsa narratur: ad ecclesiā siue quācunq; electam animā referuntur: plerūq; ad domini matrē eiusve assumptā humanitatē: & p̄cipue ad illā IHESV animā q̄ singulari & incōparabili sorte dealbata est: & nulli vnq̄ fuit obnoxia pctō. nec illa quidē factissima caro siue humanitas: quę nequaquā ex virili semine sed de spū sancto concepta est. Propter qđ in leges Adamī nūq̄ concessit. Vberimus igitur in hoc sancto ep̄thalamio differendi est locus. & ne frequentiori vteremur repetitione / vnā spōsam suscepim⁹: cui coaptari possent omnia. Et secundū hanc intelligentiā subdit. Apprehendā te & ducā in domum matris meę & in cubiculum genitricis meę. In illā quidem cœlestem domū. quę matris meę cœlestis Hierusalē domus est: & in secretiora penetrata tantę dom⁹. Nec enī illuc sine te concesserim: quā dealbatę michi & in

fixe super dilectum meum illuc ire licet. Ibi inter sempiternos illos splendoris coelestis magisterio me docebis: & plusquam coelestis doctrina imbues illustrabisque; toto lumine & sapientia tua: toto illo immortalis candore/intelligentia & arte: imo vero tota entelechia & essentia tua. Sed quid tum ego retribuam domino pro omnibus que retribuit michi? Alibi in Psalm. cxv. dicit. Calicem salutaris accipiam: & nomen domini inuocabo. Hic iam paulo audetior dicit. Et dabo tibi quaecumque amplius abs te suscepisti. Poculum ex vino condito: & mustum malorum granatorum meorum. omnem (ut antea diximus) animi ardorem: & hanc mirabilem (quae in tanta varietate siue virtutum siue donorum atque electarum animarum consistit) dispositionem. Et que olim noua & vetera proferebant: nunc penitus mustum penitus nouum conferam. Et vide quid dominus dicit in euangelio. A modo non bibam de genimine vitis: quousque bibam illud nouum in regno patris mei. Et iam sentiens diuinorum participatum: iam diuinis plena fulgoribus: illo inuenio in quem desiderant angeli prospicere: incurrens in illius amplexus/quae caelum et terra circumsona voce collaudant: qui ipsa pulchritudo/ipsa gloria & omnis candor lucis immortalis est: mira exiliens letitia: et tantum sentiens fauorem/ait. Leua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. Fulcrum eius manibus/torquibus & omnibus circumstantiis siue sensibilibus/tum coelestibus diuitiis. cum omnia michi propter obedientiam quam illi prestasti / cui uniuersa obediunt: subdita sint: & unum mecum pene facta sint. Olim quandam suscepisti dominationem & principatum. Id quod de electis commemorasse visus est Apollus. Tanquam nichil habentes (inquit) & omnia possidentes. Et frequentius quas possessurifumus diuitias gratiae & gloriae commemorat. Exornabor (inquit) omni ornamento/omni decoro & gloria. Et quemadmodum gloria & honore circumamictus spiritus meus est: non aliter talibus stigmatibus & signis exornabor ego. Haec & alia innumerabilia sunt quibus exornat & penitus fulcit & sustentat me spiritus meus. Qui non modo michi caput est/secundum quod dicit Apollus. Sed diuina leua sua/quae & dextera est/meum quaecumque caput in eius tamen contendens imitacionem pulchritudinemque/sustentat. Et tota me eternitate/perpetuitate/immortalitate/& consistentia complectitur. Leua (inquit) eius sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. Nam & longitudo dierum in dextera eius & in sinistra illius (iuxta quod in puerborum volumine scriptum est) diuitiae et gloria. Sed quopacto ibi sinistrum vllum erit: ubi dextera/foelicitas/prospicitur/secunda & in plurima affirmacione & bonitate omnia sunt? Atque ob eam causam duo

cherubim qui pro propiciatorio erant: non referuntur in dextra aut sinistra esse: sed hinc & inde. Ne dextrum aut sinistrum commemoraret scriptura. & Esaias in publica & celebri visione hanc cautelam obseruasse visus est. Seraphim/siue ut alia interpretatio habet. Duo seraphim stabant super illud. nequaquam sinistrum aut dextrum referens. Intelligamus igitur sinistrum aut dextrum/munerum comparacionem referre. Ut quae potiora sunt/in dextera esse videantur: quae vero minora in sinistra. ut in euangelio/hedos a sinistris/oues vero a dextris esse legimus. Sed vide si aliquid aliud ex hoc loco coniectare possumus. Ut cum longitudo dierum in dextera eius: & diuitiae & gloria in sinistra illius referantur: sitque gloria non inferior dierum longitudine: utrumque dignam significationem habeat. Et ibi sinistrum quadam loquendi consuetudine eo loco affirmari: ubi nullum sinistrum est/alioqui gloria quam secundum eruditos claritas quaedam est: & id quod optimum maximum spectamus/in sinistra illius minime esse commemoraretur. Leua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. Tanto me dignatur honore: ut sua me ille omnipotens sustentet manu: et tota omnipotentia/virtute/honore/immortalitate/pulchritudine/sacritate: omni demum infinitudine atque immortalitate me contineat. Non potero ego his circumscripta/his circumvallata eternitatis & tantae foelicitatis moenibus: unquam dilabi/unquam per ullam corruptionem defluere. Hi sunt ultramundani & extremi ambitus qui meum hoc quaecumque templum et domini suapte sorte mansionem circummuniunt. His sed immensis funibus ego distineor & coartor: et dextera illius amplexabitur me. Ego vero (ait sponsa) in talibus sinibus mire conquiescam: & dulcissimo somno perfruar. Sed tali somno/quo perpetuo sim vigilans: & sempiternas agam excubias: & ibi non ociosa quidem sed diuinas functiones easque perennes/& perituras nunquam peragam actiones. Has qualescumque aeternis fungam actionibus. Immo vero tum tantum aeternis agere videbor. Si enim diuino illo exemplari mea omnis constabit visio: & voluntate illa fortasse/mea omnis perfructio: quid vetat sempiterna atque immortalis dei optimi maximi actione/meam omnem actionem constare? Quando omnes functiones vel vna fortasse quaecumque illa sit functio/illi vni functioni diuinae mire cohaerebit: & pene in illam vnam tota mea absumetur. Vnam ego vigilans ero non amplius vita mea: sed diuinis vigilans/excubiis & vita. Num hic somnus meus dulcissimus erit? Num in summo & maximo bono & pulchro consistens: & beatus

In canticū canticorum.

ets illis perfruens sinibus/michi dormiam/ illi tanto numini vi-
gilabo: Propter quod dicit. In pace in idipsum dormiam & re-
quiescam. Ipse vero sponsus / hanc miram cernens sponse in
sponsi sinibus suauitatē: de more subdit. Aduro vos filie Hie-
rusalem ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam/ donec ip-
sa velit. Antea quoque per capreas ceruosque cāporum fuerat con-
testatus & tum fortasse per patriarchas & prophetas contesta-
batur: nunc vero per seipsum. vt firmiori iuramento hęc in
ęternis sinibus/ vbi nulla amplius mortalitas erit/ perpetua sit
pax: ęternus sit somnus. Non sopor ille quidem aut torpor sed
beata perfructio: sanctę & perennes vigilę: in eo maxime qui
nullum nouit somnū. Cuius est gloria & imperium per infin-
ta secula. et rex regum & dominus dominantium est. Et de his
tantillum dixisse sufficiat ad laudē & gloriam illius qui trinus
& vnus est: & solus habet immortalitatē: & habitat lucem inac-
cessibilem. Cui est cum patre & spiritu sancto omnis honor &
gloria in secula seculorum. Amen.

DECIMAEQVINTAE ET VLTIMAE IN CANTI-
cum canticorum Homilię finis. Sit illi superbenedicto & tota
mente amabili sponso/ regi dilecto & pastori nostro domino
IHESV CHRISTO in cuius laudes hęc qua-
llacūque differēda suscepimus/ omnis h
nor/ benedictio/ claritas/ gratiarū
actio/ virtus/ & fortitudo
per infinita secula.
la. Amen.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI D. ANTONIO
DE STAGNO ENGOLISMENSI ANTISTITI TVM
SAPIENTISSIMO TVM VIGILANTISSIMO ALA-
NVS VARENIVS. S. P. D.



Vseramus olim nonnulla in aliquot psalmos
Dauiticos R. in CHRISTO pater: magis
nos in campo dominico instituendi exercen-
di: que explanandi gratia. Quis enim eram aut
sum/ qui post tantam veterum (qui incredibi-
li ingenio/ & diuino spiritu diuina & præci-
pue hos psalmos Dauiticos explanarūt) ma-
iestatem: idem ego tentare auderem: aut illorum incomparabili
industrię quicquid addere: Non ea fuit mens/ non animus/ non ea
temeritas mea grauissime pater. Et quę in puerbio dominico sit:
sacras litteras puteum esse altum profundūque: & qui nunquam satis
pro dignitate exhauriri possit: & maiores nostros posteritati lo-
cum reliquisse: quo possent inde alia quedam semper inuenire (vt
crescentibus annis noua adiumenta & accessiones superioribus
temporibus fierent) & non nichil in tabernaculū domini & tantū
gazophilatiū vel duo eris minuta cum sancta vidua/ que a dño
collaudari meruit/ inferre: tamen non omnium est illos incompara-
biles patrū fulgores assequi. At si maiora consequi non valemus:
nichil prohibet quominus in minora quedam sint minores isti
conatus nostri. Hęc qualiacūque/ quę tua authoritate in publicū
prodeunt: tibi clarissime pater dicamus deuouemusque: tibi quidem
religiosissimo & plurimi in Christianam reipublicam zeli Anti-
stiti: qui nos qualescūque & omnes/ bonarū litterarum amatores
amas/ fouesque. Munusculū & pro re ipsa & pro tanti viri dignitate
contemptibile/ haud quaquam (que tua humanitas & benignitas erit)
aspnaberis. Voluimus post illā demersiorē (vt ita dicā) & abstru-
siorē canticum canticorum lectionem (que nos nimio premebat
pondere/ et maiore quā vt ferre possemus lumine offundebat/ vt ad
tantam claritatem facile oculi nostri caligarent) leuora quedam
veluti paruas distinctiones/ aut qualescūque similitudines adde-
re. Quo ista varietate legentis recrearetur animus: et a silua illa
obscuriore/ in hęc veluti in apertiorē cāpum secederet. Ma-
gis vero ipsi secederemus. Quippe qui nobis ipsis & nostris tantū
cecimus. Nec enim illa tanti facimus: vt digna arbitremur:
que a pluribus legantur. Tentauimus utcūque ex diuinis istis Da-
uid psalmis Simonidis quidem nostri (vt sacer ait Hieronymus)

Pidari & Alchei/Flacci quoq; Catulli atq; Sereni CHRISTVM
 lyra personantis/in diuina & vltamundana moliri ascensum.
 Quis enim dubitet diuinum spiritum & tantum numen in illis
 latere: quo vel tantula nostri admonitione facile in diuina ac-
 cendamus: illa facile trahamur dulcedine: qua non parū recrea-
 batur sanctus propheta. Qz dulcia (inquit) faucibus meis eloquia
 tua sup mel ori meo. Et illo ineffabili accēsus igne exclamabat.
 Ignitum eloquium tuū vehementer: & seruus tuus dilexit illud.
 Hic illo perq; sancto igne vetera omnia exuruntur peccata: in-
 credibili illa luce/internis nostris sese inferēte oculis: tanto splē-
 dore mentem animūq; occupāte/illuſtrante & magis ac magis
 in extima & intelligibilia inflammāte. Preceptum quidē domi-
 ni lucidum illuminās oculos/ & iudicia domini vt gręce signi-
 ficantius dicitur ἀληθινὰ Δεδικαιώμενα ἐπὶ τὸ αὐτό id
 est, vera iustificata in semetipsa, & proinde φωτισμοῦ id est
 illuminantia sunt. Nichil mirum igitur: si seruus dñi illa dili-
 gat: illa amplectatur: & omnes quo facile accendātur/in illa co-
 hortetur amāda/stringenda/reuerenda. Illum haud dubie ignē
 viri sancti nobis exhibuere: quem venit dominus mittere in ter-
 ram. Sed quid volo (inquit) nisi vt ardeat. Sancti peregrini illo
 iugenti & mire & collucēti igne toti flāmati erāt. Nōne (inquit)
 cor nostrum ardēs erat in nobis: dum loqueretur in via: & ape-
 rirēt nobis scripturas? Isto curru domini igneo facile in diuina
 vel ministris angelicis numinibus euehimur: sup sidera exalta-
 mur: trahimur luce illa ineffabili haud aliter q̄ odore vnguētōrū
 suorū: memores tantorū vberum/immo vero tam spiritalis
 ignis & incēdij/sup vinū. Rapimur in eū cuius nomen modo
 oleū effusū: vt adolescētulę concinūt/mō HV, EHIEH, ESTH
 .i. idem es ignis, & alia id gen⁹. Et currus dñici & rotę sūt: ignis
 accēsus/ignis nimirū illuminās exurēsq;. Nos illuminantē partē
 qua fas est/sequamur: & interea dum lucem habem⁹/ambulem⁹
 & festinemus tanta nacti claritatem/in mōtem domini & in ta-
 bernaculum dei Iacob: ne tenebrę nos comprehendant. Tanta
 proculdubio huius lucis plenitudo est: vt quoscūq; sibi coherēs-
 tes non modo lucidos/sed lucēs quasdam tantę lucis imitatri-
 ces faciat. Vos estis lux mundi/ait dominus: qui se quoq; mūdi
 lucem predicauerat. Vos vero sacrosancti antistites qui pxime
 Typum domini geritis/maxime lucēs estis/ & lucernę ardentes
 & lucentes in domo domini: vt minores/ & inferioris ordinis ho-
 mines in candido lumine vestro/ sint quādoq; æternum lumen
 visuri. Tam ineffabili igitur & diuino igne incēsi/obiter minora


relinquētes/in malora festinemus/illam domini viam assequuti
 de qua meminit Apostol⁹. Et adhuc (inquit) excellētiorem viam
 vobis demōstro. Si linguis hominū loquar/ & angelorum: cha-
 ritatem autem non habeam: factus sum velut æs sonans: aut
 cymbalum tinniens. Et illa in quę nos cōmonet meliora emule-
 mur charismata. Aemulamini (ait) charismata meliora. Vt ex sen-
 sibilibus in extima & vltamūdāna rapiamur: & meliori quādā
 sorte tum dicamus. Beati qui habitant in domo tua domine/in
 secula seculorū laudabunt te. Et tantam foelicitatem meliori
 securitate nacti: ōnes cœlestes animas simul in diuinas laudes
 prouocemus. Ecce nunc benedicite/inquiētes/dominum: om-
 nes serui domini. Qui statis in domo domini: in atrijs domus
 dei nostri. Nos interea clarissime pater/te in tam feruenti in ca-
 tholicam ecclesiam/vnam domini IHESV sororem/proximā/
 spōsam/columbamq; immaculatam, inq; domini plebem zelo/
 ardentioriq; amore & tanto incēdio: annuente dño/præstante
 domino vtcūq; imitabimur/obseruabimusq;. Vale/ & ecclesiam
 domini IHESV sponsam semper excolito/ & amanter seruato.

I T E R V M V A L E.

n. ij.

¶ Explanatio in psalmum decimumquintum.
Conserua me.

¶ In tituli inscriptionem. Psalmus Dauid.



Tituli inscriptio. Ipsi Dauid. Et est in tumulis & sepulchris que mortuorum corpora tenent. Hebrei habent humilis & simplicis Dauid: eius quidem qui solus vere humilis & simplex fuit. Discite a me (inquit) quia mitis sum & humilis corde. Et hac tanta humilitate insigniti accipietis requiem animabus vestris. Sola enim & vera quies in humilitate (quam greci ταπεινοφροσύνη siue ταπεινοσύνη id est humiliationem vocant) & mansuetudine est. De se quippe tanta humilitate coruscans dicit. Ego sum vermis & non homo / opprobrium hominum / & abiectio plebis. Et deus deus meus / quare me dereliquisti: longe a salute mea verba delictorum meorum. Quid hac humilitate profundius aut maius esse potest: quod se vermem non hominem estimatione hominum / aut fortasse abstrusiore sacramento predicet: et propter admirandam quam cum corpore suo mystico & ecclesia habet connexionem: illius peccata / sua esse pronunciet: Quidam in titulo simplicem & immaculatum posuerunt. Decebat enim illum simplicem & immaculatum esse: qui alios in eadem simplicitatem / atque innocentiam cohortabatur. Estote prudentes (ait) sicut serpentes / & simplices sicut columbae. Et. Beati immaculati in via: qui ambulat in lege domini. Vere igitur beatus & felix dominus meus IHESVS CHRISTVS: qui non venit legem soluere / sed adimplere: et in quo omnia & vetera & noua fuere consummata: quando pendens in cruce dixit: consummatum est. Angelus quoque ad MARIAM. Quod enim ex te nascetur / sanctum: hoc est immaculatum: vocabitur filius dei. Hic est ille qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Hic autem psalmus regis nostri IHESV CHRISTI vocem in assumpto homine profert. quam & vocem & assumptum hominem siue humanitatem sine diminutione deitatis retinet. Ipse enim & pater unum sunt. Dedi

eis (inquit) ut sint unum: sicut & nos unum sumus. Vna ergo diuinitas / vna eternitas / vna essentia / beatitas / & pulchritudo. Et mea omnia / tua sunt: & tua mea sunt. Habentque inter se superadmirabilem quaedam & ultramundanam (quam vocant) circumcessionem / aut immersionem. Sicut tu pater (inquit) in me: & ego in te. qua maior nulla aut excelsior est. Quam diuinam emanationem immersionemque patris mentibus cognoscendam dedit. Nunc cognouerunt (ait ad patrem dominus) quia omnia que dedisti michi: abs te sunt / abs tua diuina bonitate & substantia. Quasi immortalitas ab immortalitate manans / pulchritudo a pulchritudine / ἀγιότης id est sanctitas & vera felicitas a sanctitate & felicitate. Tātus ibi consensus est / & diuina vnitas / equalitas & concordia. Dauid propter incomparabilem suam mansuetudinem / typum gessit domini saluatoris. Quare Dauid hoc loco dominus IHESVS est: qui & de semine Dauid processit / secundum carnem. ut in euangelio dicitur IHESV fili Dauid / miserere mei. ¶ Tituli qui inscribuntur / tres sunt: vnus super tumulos mortuorum: alius in liminibus ciuitatis vel domorum: tertius in victoria regis: ut olim in triumphis agebant. Hic ergo secundum Hieronymum / de titulo victoriae regis domini nostri dicit. Qui triumphauit aduersarias potestates (ut affirmat Apostolus) in cruce: & nouissimum inimicum destruxit mortem. Et fuit scriptum super caput eius in pascha post victoriam. Hic est rex Iudeorum. Siue ut alius habet. IHESVS Nazarenus Rex Iudeorum: antiquo deleto quo diabolo obnoxij eram chirographo. Et observa quo pacto omnia regalia ut in veteri olim & in nouo testamento / domino regi nostro ascribantur. Bene dicit Esaias. Dominus enim iudex noster: dominus legifer noster: dominus rex noster. ipse saluabit nos. Hic triumphalis est titulus regis / & domini nostri. Alio titulo / eum insigniuit pater in Hieremia. Et hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster. Vbi omnes existimant ADONAI siue illud Tetragrammaton & ineffabile nomen esse CHRISTI domini. quem vnxit deus oleo exultationis pro participibus suis. Alij Manahen: id est consolatorem. Alij Hymnon: id est filium. pro admirabilibus et tantis eius titulis (quod vndique ipse sit admirabilis) inscribunt. ut in secundo psalmo. Dominus dixit ad me / filius meus es tu: ego hodie genui te. Et Ioannes quantum ad consolatorem pertinet. Sed & si quis peccauerit: aduocatum (et proinde consolatorem) habemus apud patrem / IHESVM CHRISTVM iustum. vbi Greci legunt παρακλητον paracletum / siue (ut dicunt) paracletum. id est consolatorem vel aduocatum. Et ipse est

In psalmum XV

propiciatio pro peccatis nostris. Et ad Esaiam dominus de titulo regis nostri. Voca nomen eius/accelera/spolia detrahe: festina predari. qui triumphales omnes sunt tituli pro eius victoria. Et alio loco. Et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius/deus fortis: pater futuri seculi: princeps pacis. Quam ergo spem concipere debemus cernentes regem & dominum nostrum tot titulis obq; triumphatos deuictosq; hostes illustrem? In huius igitur vna imitatione intendamus omnes: eius tropheis nostras efforemus/ sua id indulgente gratia/victorias. Cui est gloria cum deo patre & spiritu sancto in eterna secula.

Psalmus

XV.



Conserua me domine/ quonia speravi in te: dixi domino deus meus es tu: quonia bonorum meorum non eges. Custodi me/ protege & clarifica eterne patris/ super benedicte & venerande pater: apud quem originalis est omnipotentia: & virtus virtutum/ & exercituum dominus tu es. O dominator domine conserua. Pollicitatione tua deuinctus es: quod sperantes in te nunquam derelinquas. Et qui dixisti. Ego non te deseram/ neque derelinquam/ fouens unquam ad te suppliciter accedentem: sicut gallina fouet pullos suos. Ego vero speravi in te. Hac vero spes alacra & magnanimum facit/ & plurima de patre michi persuadentem. Nec enim aliquando confunditur qui in te sperat. In te domine speravi (ait vir iustus) non confundar in eternum. & illis diuitijs/ sed immortalibus sed sempiternis pascendos premonuisti: qui in te sperare noscent. Spera (inquit) in domino/ & fac bonitatem: & pascaris in diuitijs. Hec inter quoscumque fluctus seculi & mortalitatis (quod de membris CHRISTI dictum sit) spes me plurimum promouet/ & euellit in altum. Hac vna spe pulcherrima ille suffultus erat qui dicebat: certus sum enim: quod neque mors/ neque vita: & reliqua quae enumerat/ separabunt nos a charitate dei/ quae est in CHRISTO IHESU domino nostro. Hoc haud dubie omnium mirabilium pene vincit admirationem. vt in hac tanta incertitudine vitae usque adeo certa & inconcussa sit anima/ in vna domini protectione confidens/ mira residens quietudine/ pace/ & tranquillitate: vt audens confidensque dicat. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Spem vnam habens pro firmissima anchora/ pro firmissimo fundamento: vt plerumque in tales & alias erumpat voces. Curremus

Explanatio.

100

in odorem unguentorum tuorum: memores verbum tuorum super vinum. Et propter certitudinem venturae felicitatis iam de futuris vt de praeteritis loquatur & dicat. Introduxit me rex in cellam vinariam: ordinauit in me charitatem: illam quidem quae nunquam amplius ruinam est perperitura. Hoc nimirum grande videri potest miraculum. Hic autem propter statam & firmam promissionis spem quod nunquam absit dominus sperantibus in se/ quadam imperantis ratione in deum: post domini saluatoris vt capitis vocem utitur/ spiritualis etiam anima. Conserua me (inquit) quonia speravi in te. Vox est praecipue CHRISTI domini ad patrem: in medijs passionis cruciatibus/ in persona hominis assumpti. Secundum quam naturam dicit/ pater maior me est. Ac si dicat. a patre meo quem semper ego veneror: a quo propter redemptionem humani generis veniens in mundum exiui in passione & tantis contradictionibus custodiar. nec unquam ab immobili mentis & virtutis meae constantia dimouebor: praecipua fortitudinem & perseverantiam amplexus/ patientiam & vnam animi longanimitatem. Quia tu mi pater non adoptione sed natura/ es omnis spes mea. Si enim alij tantum spei in te reposuere: quid ergo sperare non debeo? qui proxime tuam lucem/ veluti omnium membrorum caput attingo? ad illam spectandam cominus veluti in corpore oculus natus? cuius in regno lucis & diuinae spei/ primae sunt partes? Vt a me veluti a fonte vberissimo omnis spei/ tutelae & sacrationis conseruationis/ gratia in totum corpus diffundatur. Et per me veluti vnum mediatorem/ spem consequantur salutis: qui prius sine spe erant. Vt conseruato/ aucto/ euectoque capite: non possint ipsa membra non conseruari. Vt mea ista efflagitatio/ vel tota in ipsum corpus mysticum & ecclesiam meam redundet: veluti unguentum illud quod e capite manans descendit in barbam barbam. Aaron. Forma serui est quae orat: eum secundum diuinitatem sit per omnia equalis patri. Dixi domino deus meus es tu: dixi patri meo & domino meo secundum naturam assumptam. Deus meus es tu. Deus quidem non dominus quantum ad diuinitatem pertinet. Est enim ea ratione penitus/ sola differens origine/ patri equalis: nichil minus nichilve diminutum habes. Si enim dixisset. Dominus meus es tu/ ostendisset filium minorem patre. Deus autem de deo veniens/ & lumen de lumine eterna generatione genitum: nullum maiorem contra factionem Atrhiani celsioremve in dominum recognoscit. Quoniam bonorum meorum non eges: cum sis omnis sufficientia nullarum alioqui labentium indiga rerum: omnia quidem te spectant: vt quae in pulcherrimum eduxisti esse/ illa etiam conserues. Ego vero etiam secundum naturam assumptam tui tanto egeom.

m. iij.

In psalmum. XV

auxilio. Nō tibi hęc profunt quę michi pro omnibus contulisti qui infinita es plenitudo: sed vniuersę profunt humane creaturę. Illis enī pfuit incarnatio/ passio/ resurrectio/ ascensio quoq; et spiritus sancti missio. Immo vero quę cūq; condita sunt subieisti sub pedibus eius: hoc est in vtilitatē & prouentum humane facturę. Vt te in omnibus & pro omnibus recognoscant/ alioquē in nulla re tibi/ qui immēsus et infinitus es profutura. Cui nec addi propter summā quę in te est perfectionem: nec adimi quicquid potest. quod pfectissimo nil possit esse prius. Magna igit dignatio tua/ ingens tua bonitas/ charitas/ & clemētia: qui nullus indigus: nos in pulcherrimū induxisti mundum/ nobis cęlos & sidera & pene omnia quę cōdita sunt subiiciens. Illa clariora & recentiora propter nos aliquādo facturus. Erit (inquit) cęlum nouū & terra noua. Quia & ipsa creatura liberabitur a feruitute corruptionis/ in libertatē glorię filiorū dei. Scim⁹ enī (ait Apłs) quod ōnis creatura īgemiscit & parturit vsq; adhuc/ non solum autem ipsa/ sed & nos ipsi adoptionem filiorum dei dei spectantes redemptionem corporis nostri. Ministros nobis facis angelos cęlestem propter immortalitatem: pparans paradysum & regnū tuum: quod parasti a constitutione mundi. Virtute interim/ gratia & sancti spiritus donis/ & passionis meę ingenti thesauro pro arrabone & pignore hereditatis eterne concessis. Tua igitur in hęc vnā conseruationē te mouebit charitas: tuus ingens & maximus amor: tua incōparabilis bonitas & dignatio. His enī infinitis tu ipse infinitus vel solū moueri potes. Nec alio infinitū q̄ infinito mouebitur. & quę te in hęc tam magna prestāda beneficia primū mouerunt: illa quoq; & in omnē salutem & finem et foelicitatem prestandā mouebunt. Dei enī perfecta sūt nō incohata modo opera. Tu igitur qui cœpisti o summe pater/ perfice opus: fac vt omnes isti passiois er redemptioni sese ingenti charitate admoueant: inde tali applicatu vberimos suscepturi fructus. Ascensu sed per amorē/ mea imitatione/ ī palmā op⁹ est. Vt idē fructus picipere possint. Ascendā (inquit) in palmam & apprehendā fructus eius. Cum tibi igitur summe pater ista nō sint necessaria: a quo bona omnia profluxere. quibus igitur erunt opus: quod ostendere volens: propterea subdit.

Sanctis qui sunt ī terra eius / mirificauit omnes voluntates meas in eis. 2

☉ Sanctis & purissimis atq; immaculatis hominibus/ sanctum enim imaculatū/ incorruptū/ sacrum/ purū/ inuolatum/ defen-

Explanatio.

101

sum/ munitū ve est: aut sanguine consecratū/ & perpetuo sanctum firmatūq; adhuc in hac in paradysum pegrinatione existētibus. Qui cū adhuc in ecclesia & sancta fidelium sint congregatione: bonas fecit & miras omnes volūtates meas in eis/ in eorum vsus & vtilitatē. Istis enim omnia erant necessaria qui peccato & inficienti labe primi parētis labefactati/ in bona cęlestia capescenda inepti & prorsus inutiles erant. Et si antea proprie nō sufficiebant vires: nūc diminuta & lapsa natura minus poterūt. Sancta igitur incarnationis & passionis medela opus: mea voluntate opus: quā ad tuam ego summe et amantissime pater efformaueram. Verūtamen (dixi aliquando) nō sicut ego volo: sed sicut tu. qui orandum etiā commonueram/ vt tua per omnia fieret voluntas sicut in cęlo et in terra. Nec solum mirificasti/ hoc est miras fecisti/ omnes voluntates meas in eis: sed et omnes diuinas efficientias et actiones quas propter humani generis redemptionē/ summo animi ardore operatus sum: et clarificaui te super terrā. Opus (inquit) consummaui quod dedisti michi: vt faciam pro illis. Ipse quoq; domin⁹ saluator orabat quo ista mirificę suę clarificationes in meritū eorū cederēt. Ego (ait) pro eis rogo: non pro mundo rogo: sed pro his quos dedisti michi. quia tui sunt. Pater sancte serua eos in nomine tuo/ quos dedisti michi. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. In me igitur illos sanctifica & da efficacem hanc durissimam passionem meā in eis. Quoniam ego quidem veritas & sermo tuus/ archetypon/ & exēplar tuū ego sum/ da vt perficiantur & consummentur secundū voluntatē meā. Pater quos dedisti michi volo vt vbi sum ego: & illi sint mecū: vt videant experiaturq; claritatem meā quā dedisti michi. Vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit: & ego in ipsis. Magnū hoc quidē domin⁹ IHESV beneficiū est: vt tāq; aduocatus & mediator noster veluti alter pontifex: imo vero optimus maxim⁹ pōtifex & in veteri & noua lege/ cōtinenter p nobis nō sine magno nostro si velimus pfectu intercedat. Nec vt solū nobis tāta sua in vtilitatē & gloriam & honorē cedant merita: sed vt diuinus amor nexus & spiritus sanctus / in nobis sit: et ipse in nobis. Nec tum aberit pater: qui illis iugiter propter summam vnitatem/ simplicitatem/ & eādē substantiā et perfectionem adest. Nec charismata meliora/ illorum quidē signa et paradigmata tātis presentibus numinibus abesse possunt: nō fauor/ nō gratia/ nō χάριτες charites ōnes id est gratię/ & cęlestes virgines quę sequuntur agnū quocunq; ierit. Terra hoc loco/ terra viuentiū de qua dictum est. Credo videre bona dñi in terra viuentium

siue citima/sine coelestis & vltimūdana (quā triumphante vocant) Hierusalem aut ecclesia dici potest. Vbi. lxx. habent quoniam bonorum meorum non eges: Hieronymus ex hebreo legit bene michi non est sine te: quod ad vtrāque naturā domini seruatois referri potest. Nec enim bonum est filio nisi a patre totum emanauerit & continenter profluat. Nec propterea minor in suscipiendo filius quam dum confert & plene largitur se totum et penitus filio communicans pater. Quotum ad naturā assumptā clarissimum est gloria omnem & honorem filium in patrem referre / & verissime quidem. Sunt enim omnia a diuina trinitate manantia. & per optimā consequentiam a patre: quem fontanam & originariam (vt diximus) vnitatem veluti omnis vnitatis / equalitatis & nexus principium arbitrantur. Qua vltiore magisve simpliciter intelligere aut quoquo pacto mente cōfingere nequeas. Primum enim intellecto patre: illo quidem eterno / confestim vnitatem simplicissimā concipies: non equalitatem aut nexum. quae protinus in filium & spiritum sanctum conferuntur: Filio equalitas / & super sancto illi amoris nexus. Lege Hylarium et veteres. Ab ipso enim omnis paternitas in caelo & in terra nominatur. Vt redditorus / scripturarum testimonio / sit aliquando filius regni deo & patri. Et ista interpretatio ex hebreo quod non sit bonum filio sine patre: pulchre precedentibus veluti causam reddens necitur. Inde enim omnem suae conseruationis spem vt homo habet: vnde bona sua omnia manarunt. Nec sine illo bonum illi: imo nec vllum quidem bonum esse potest: vt nec effectus vltus sine sua priori & principali: abs qua omnes aliae pedent / causa. Nū igitur mirabiles effecti sunt sancti omnes: quando in regnum asciti sunt hereditatis eterne: iam non hospites & aduenae: sed ciues sanctorum & domestici dei: heredes quidem dei / coheredes autem CHRISTI: veluti cōparticipes passionum eius. Et quibus non solum vt suscipere illa sua merita & voluntates possint / concessum est: sed quoquo pacto efficere: atque cum ipso pro aliorum etiam salute imolari. Effluentia meritorum vndique & a capite & a tantis membris in domini ecclesiam redundante. Et quae vnum domini IHESV sacrificium abūde sufficiens sit: plura tamen in sanctorum martyrum aliorumque complurium immolatione: non absque insigni ecclesiae domini decore sint sacrificia / sint oblationes / & holocausta conuenit. Propterea non sine magne rei mysterio dominus dixit. Calicem quem dem meum bibetis: quo etiam aliorum possitis efficere salutem. Plura olim erant ante domini aduentum sacrificia. Vnum consummatissimum perfectissimumque in nouo. Sed plura ad illius di-

nam & admirabilem imitationem sunt instituta e quibus domini saluatoris exemplo quaedam sit emanatio salutis in alios: quaedam diuinae efficaciae effulgentia & splendor. Nec effusione sanguinis solum ea in alios comportatur propter vnam in omnes charitatem merita. Sed diuina domini IHESV confessione / discriminum & vite presentis malorum propter dominum IHESVM sufferentia siue patientia. Quae ἀνεξικακίαν siue τάλανον aut τλημοσύνην vocant. Alij ὑπομονήν dicunt quae in rebus arduis & difficilibus perpassio & tolerantia est. Nonnulli ὑπομονήν patientiam siue expectationem dicunt. expectatio tamen spes etiam est: sed ista pluribus. Et tuam (inquit) ipsius animam pertransibit gladius. Cuius etiam gladii participes sunt plerique eius patientissimi & omnium tolerantissimi imitatores. ne gladius solum sed diuina voluntas in omnia promptissima in caelo remunerationem inueniat. Hic est thesaurus incomparabilis: qui perdonarijs & tanto donatio in gazophylacia domini confertur / e terra sanctorum / & ope & gratia domini saluatoris erutus. Hic est ille in quo mirificauit pater omnes CHRISTI voluntates in sanctis omnibus: nec in hoc solum: sed in simplicissimis vndis continue e fontibus illorum / in terrae & ecclesiae fertilitate manantibus. Dominus igitur saluator noster mirificauit: hoc est magnificauit / omnia mysteria sua in eis. Quotiam omnia mysteria sua / in ipsis effectum habuerunt. Iuxta etiam domini sollicitationem fuerunt in sanctis omnia magnificata. Quandoquidem illis promisit dominus. Et maiora horum facietis: cum in nomine IHESV demonia esticent: linguas loquebantur nouis / serpentes tollebant: & plures eorum predicatione fide susceperunt: quam domini IHESV institutione. In quo virtus euangelica post admirabile & foelicem domini excessum magis elucebat. & breui per ipsos in vniuersum terrarum orbem fides dissipata est. Hoc nimirum / magnificum / & mirabile fuit: vt gentes quae legem non nouerant: nec dei institutionibus ibuti erant: tamen domini IHESV fide susciperent. Dominus seruator tantum in Iudaea sua predicationem exercuit: Apostoli vero non solum in Iudaea: sed etiam in gentibus. Vt dissoluto medio pariete / faceret vtraque vnum: & noua & vetera seruarent domino saluatori: ex utroque populo & gentili & Hebreo vnam cogentes domini ecclesiam. quam potestatem dominus ipsis dederat. Ecce (inquit) dedi vobis potestates calcandi supra serpentes & scorpiones: & nichil vobis nocet. Ita pater (subiungit) quia sic placitum est ante te. Viden vt preclare mirificauit omnes voluntates suas in eis / ille qui super benedictus / super sanctus καὶ πανθάρατος id est omnibus est in secula seculorum / & ultra. Amen.

Multiplicatę sunt infirmitates eorum: postea ac- 3
celerauerunt.

Infirmitates idola sunt. Gentes de quibus ecclesiā congregat dominus IHESVS / priusq̄ idola multiplicarentur / legib⁹ uiuebant naturalibus: succedente tēpore / aucto idolorum cultu: omni relicta superstitiōe ad dñm IHESVM magna celeritate sunt reuerfi. Vt vbi abūdauerat iniquitas: & iustitia & gratia abūdaret, et plenitudini ac potius excessui aut defectiōni delicti / plenitudo succederet virtutis. Incuruabitur (ait Esaias) omnis sublimitas hominū: & humiliabitur omnis altitudo virorū: & eleuabitur dominus solus in die illa: & idola penitus cōterētur. Quod expletum est in dñi IHESV seruatoris aduentu. Humiliata erat sublimitas virorū ante idola. ἐ (Δωλον quippe quod nos idolum dicimus: id est simulachrum / si eruditus credimus) nichil est. Quare a summi ueneratione lapsa humana natura / in nichilum cōuersa erat / deteriore brutis in ea re sortita conditionem. Illa prona tamen terrā spectant, Homo natus ad suspiciēdum cœlū cœli / & summū suum & vniuersorum principium: in nichilū erat penitus / derelicto maximo & verissimo esse / conuersus. At piētissimus dominus IHESVS spiritu oris sui contriuit sathanā / oculos ne viderent / obumbrātem: quo superato & fugatis tenebris / pulchram diuine fidei inuexit lucem. Idola etiā vitia sunt: quibus posthabitis: clarissimā & perq̄ illustrem a dño IHESV assequimur virtutem: & derelicta abominatione: gloria & honore ab ipso insignimur / sanctis ei⁹ suscepti manibus / illius sublatis sanctiorib⁹ humeris / qui relictis nonaginta nouem in deserto / venit ad querendā illam quę perierat: qua in cœlum / vnde exciderat delata / plenum angelis restitueret gaudium. Festināndum igitur nobis est: vt relicta Aegypti abominatione: in tēplū dñi & tabernaculum dei Iacob cōcedamus: in terra pmissionis: dulcissimos palmę pcepturi fructus. Et qui panib⁹ in deserto nō poteramus vesci: pascamur in cœlesti Hierusalem / pane vitę: qui de cœlo descendit. Et edamus de ligno vitę quod est in paradiso dñi & dei nostri. Nec nos de terreat vitiorum aut malorū multiplicatio: plus posse dominum subleuare q̄ peccata deprimere / nobis persuadentes & plus plerūq; gratiæ ibi esse: vbi plura regnabant vitia. Audiamus vocantem dñm / cōuertamur ad lucem nos cientem / vocantemq;.

Non cōgregabo cōuētacula eorū de sanguinib⁹: 4
nec memor ero nominū eorum per labia mea.

Conuenticulū hic conuentus est & congregatio: et fere semper in malam partem / pro conuentu seditiosorum aut sceleratorum accipitur: hic vero in bonā, id quod Gręca phrasis & locutio etiam sonat. simpliciter enim conuenticulū Φατριὰ / Φητριὰ siue ἐκκλησίαν id est ecclesiā vocant, sed ad rem interim veniamus. Spiritualem religionē noui testamenti (ait) nō conuocabo de sanguinibus: quod ab omni sorde & sanguine in lauachro regenerationis diluti sint: & in nouū hominē transformati. Vt propter tantę immutationis vim iam nō de sanguinibus & peccato eorū fuisse videatur exortus: sed de candore et innocētia: domino IHESV & initū & consummationē scellatissime prestante. Propterea in epithalamio dicit. Dētes tui sicut greges tonsarū quę ascenderunt de lauachro: omnes gemellis fortibus: & sterillis nō est in eis. Vides vt cōgregatio & ascensus nō de sanguinibus: sed de lauachro & puriore fit innocētia. Quā suam diuinam ecclesiam / de libano alio loco vocat. Veni de libano sponsa mea: veni de libano veni / coronaberis. Libanus autē mons phœnicis altissim⁹ est / q̄ cecidit in sorte tribus manasse / authore Hieronymo. & antiliban⁹ / ea quę supra libanū a doriētalem plagā respiciunt appellantur cōtra regionē Damasci. & liban⁹ a cādore etiā nūcupatus est. Libanus enī albus vel candidus siue candor aut candidatio est. Vt propter infusarum virtutū in baptismo et lauachro multitudinē altitudinēq; iam in monte eoq; altissimo cādidoq; esse videatur. Atq; in eodē epithalamio. Quę est ista quę ascendit dealbata innixa super dilectum suū. vt nigredinis quę olim inerat videatur dominus funditus oblitus. Si fuerint (inquit) sicut cocinū peccata tua: quasi nix dealbabuntur. Vt nichil pristinę foeditatis supersit. Nec memor (inquit) ero nominum eorum per labia mea. Renouamur spiritu mentis nostrę. iuxta Apostolum. et ex filijs perditionis & gehēne: filii dei nominamur & sumus hoc domini IHESV prestante signaculo & supsancta ei⁹ cruce quā σταυρόν vocāt & noiē. Quidā enim caractere sacrosancti lauachri in illa referunt. Fuerunt & in veteri & in nouo plerūq; sanctorū mutata nomina: vt nouitas nominis nouitati vitę responderet. Vt crescentibus in deū studiis / & ardore fidei: adderētur nō sine magnę rei indicio noua noiā. Et meliora quidē (vt Abrahā & Sarra et Petrus & reliqui) sortientur noiā. Illi prius serui peccati erāt / postea serui & domestici mutato etiā noiē facti sunt dei. Legim⁹ de Iacobo & Ioāne quod Boanerges hoc est filij tonitruū a domino nūcupati sint. Et dñs pristinę vitę

oblitus & generalit̄ nom̄inum/nouū nuncupationis nomē inducit. Iam nō dixi vos (inquit) seruos sed amicos. Atq; istā mutationē nobis euenire: p̄sagio quodā futurarū nuncupationū p̄dicat. Et dabo illi calculū candidū (ait dñs in Apocalypsi) & in calculo nomē nouum: quod nemo scit nisi qui accipit. Quorum (inquit) nomina scripta sunt in caelis. Magnū istud quidē vt in caelo tam solido & cōstanti/sanctorū sint conscripta nomina. Nō fortuito igitur pleriq; s̄cta ascripta fuerūt noīa: sed diuina disp̄satione. Nec hominum modo sed locorū propter homines talis fuit habita ratio. Magnum erat nomen domini in gentibus. Vt non solum in hominibus tantū nom̄inis reluce- ret splendor: sed in ipsorum hominum nomenclatura talis inuenta esset claritas & refulgentia. Esaias dicit. Seruos suos vocabit nomine alio: in quo qui benedictus est super terram: benedicetur in deo. Et in actibus Apostolorum. Qui prius discipuli dicebantur/a CHRISTO domino nuncupatione deducta/Christiani nūcupati sunt: quasi noīe & re domini IHESV semper i illis relucētibus: qui quēdā splēdida eius imago essēt. Et nimirū/cū a parente eterno omnis paternitas in caelo & in terra noīetur: vt eius efficiētē & nominis v̄im etiā sentiamus. Nec enim est aliud nomē datum hoībus: in quo oporteat nos saluos fieri. Nō recordatur dom̄in⁹ pristinae vitæ aut noīs. qui et nouā vitam & noīa noua in illis sūmopere diligit. Ecce facio (inquit) noua om̄ia. Vt & nos in nouitate nō solum vitæ: sed & noīs magna futurorum & celestis vocatōis spe ambulemus. Favorabiliter plurimū dom̄in⁹ in Esaias inquit. Et assumam ex eis in sacerdotes & leuitas dicit dominus: qui sicut caeli noui/et terra noua: quę ego facio stare corā me/dicit dominus deus: sic stabit semen vestrū & nomen vestrū. Et alio loco. Ne memineritis priorū: antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua: & nūc oriētur: vtiq; cognoscetis ea. Subdit. Populū istū formauit michi/laudē meā narrabit. Et paulo ātea. Ego dom̄in⁹ sanctus vester creās Israel/rex vester. Cernis vt & vitā/& nomē/& omnia noua facit/ille qui est superb̄ndictus in saecula. Sed ad res qua descendamus.

Dominus pars hereditatis meę & calicis mei: tu es qui restitues hereditatem meam michi.

☩ Pater me⁹ superadmirabilis pars est: merces est hereditatis/fortis & omnis possessionis imo etiā passionis meę. Tu o sūme pater hanc olim a diabolo direptā hereditatē michi vni restitue

es: iuxta tuā olim pollicitationē. Secundū quā dixisti. Dabo tibi gentes hereditatē tuā possessionē tuam & terminos terrę. Quo regerem eos in v̄lga ferrea: & tanq; vas figuli cōfringerē eos. Et est vox CHRISTI ad patrē: cuius hereditas a patre data/ ecclesia est. Et quātum ad hoīem assumptū pertinet/Dñs est ps corporis sui/hoc est altera natura: quod in vnionē hypostaticā nulla diuinitatis iminutione facta cū hoīe siue super sancta humanitate venerit. et homo (inquit) factus est. Siue corporis id est ecclesię/portio & merces. Secūdū quā nos ab ipso/ immortalitatē & sanctā eius p̄ticipatōnē suscepim⁹: vt ipse a nobis humanitatē: imo vero oīa bona. Veni (inquit ad Moysen) & ostēdā tibi omne bonū. Calix i eloquijs passionē significat. Hereditas etiā quam Gręci κληρονομία vocant successio est apud eruditos in vn̄uersum ius quod defunctus habuit. et heres apud veteres dominus dicebatur/siue quod p̄ximus sit & hereat ita nuncupatus. Et nos in omnia bona domini IHESV qui propter nos mortuus est & resurrexit veniemus. Et ideo (ait Apostolus) noui testamenti mediator est: vt morte intercedente in redemptionem earū p̄uaricationum quę erant sub priori testamento repromissionē accipiant qui vocati sunt æternę hereditatis. Vbi enim testamentum est/ mors necesse est intercedat testatoris. Testamentū enim in mortuis cōfirmatū est. Alioquin nondū valet dū v̄luit q̄ testatus est. Mortuus est ergo dominus IHESVS vt hereditatē nāsceremur qui filii eram⁹ repromissionis. Si filius (inquit Apostolus) ergo heres. & in ep̄la ad Romanos. Ipse enim spiritus testimoniū reddit spiritui nostro: quā sumus filii dei. Si autem filii & heredes. Heredes quidē dei coheredes autē CHRISTI. Si coheredes CHRISTI: ergo i omnia bona patris veniem⁹. Omnia (inquit) quę habet pater/mea sunt. Et nobis etiā in cōmune venire in eodē euangelio Ioānis ostendit. Vos autē dixi amicos: & quęcūq; audiuī a patre meo/nota feci vobis. & antea dixerat. Quodcūq; petieritis patrem in nomine meo: hoc faciam. Et in cōsequentibus. Et ego claritatem quam tu dedisti michi: dedi eis: vt sint vnū/sicut & nos vnū sumus. Ego in eis: & tu in me/vt sint cōsumati in vnū. Et cognoscat mūdus quia tu me misisti/& dilexisti eos sicut & me dilexisti. Pater quos dedisti michi/volo vt vbi sum ego:& illi sint mecum. Et alio loco/certissima eadē pollicetur. Et vbi sum ego (inquit) illic & minister meus erit. In quibus & aliis plerisq; locis manifeste dicit: nos in omnia ei⁹ bona: & p̄inde hereditatē cū ipso licet dispari sorte venire. Id quā felicitas ip̄a p̄tēdit.

per calicem (ait facer Hieronymus) mensurā vnusquisq; accipit. Ipse vero dominus IHESVS CHRISTVS supra omnē mensuram pro se & pro nobis accepit: & plusq; membra sua: teste Apostolo. Quod primogenitus esset in multis fratribus: & de cuius plenitudine nos omnes accepimus, quę pro infinitis sufficiens erat vbertas. Et propter eam quam cum infinitate habuit conjunctionem infinitum erat eius meritū: qui velut caput eminentissimum in eius membra plenissime posset influere. Et qui neminem trahit nisi simul etiam parte trahente. Nemo (inquit) potest venire ad me: nisi pater meus traxerit eum. Restituet illi hereditatē: Iudęos scilicet qui eius olim hereditas fuere. Et quando plenitudo gentium ingressa fuerit: tūc omnis Israel saluus fiet. Et nos omnes illi restituemur: quando resumptis corporib; plenissima in cœlesti hereditate pfruemur gloria. Vt quā in Adam perdideramus hereditatē: in CHRISTO domino cōpertam habeamus. Quotidie restituitur domino IHESV hereditas: quādo ipse qui omnis veritas / iustitia / et charitas est: plena fecunditate in nobis formatur: & pro imagine terreni: induim; imaginē cœlestis / atq; in fastigia diuinitatis cōscendentes: in diuinas & cœlestes formas trāformamur / habentes de domino IHESV eiusq; candidissima humanitate indumentum. Induimini (ait Apostolus) dominum IHESVM CHRISTVM. si caput CHRISTI deus est: & nostrum caput dominus IHESVS erit. Hereditas igitur domini / deus est: & hereditas nostra dñs IHESVS CHRISTVS. qui cū iustitia / pulchritudo / mīa / pax / charitas / omnis deniq; sit virtus: ille igit in ipso oēs virtutes / regnū nostrum & hereditas nostra erūt / imo et idumētū. Pulchre Ap'ls. Induite vos ergo sicut electi dei facti & dilecti viscera misericordię benignitatē / hūilitatē / modestiā / paciētīā. Cōmoremur igitur in regno lucis: in regno etiam charitatis & iustitię: a regno diaboli in regnū CHRISTI cōmigrantes. Lux mundi est. Ego sum (ait) lux mundi. Et ego lux in mundū veni. Et iterū. Quod lux sum in mūdo lux sum mundi. & sanctos Apostolos lucē mundi esse prędixit. Vos estis lux mundi inquit. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Omnia regna / regnū vnū: templum vnū. Et templum (inquit Ioānes) nō vidi in ea. Dominus enim deus oīpotens: templum illius est & agnus. Et ciuitas (inquit) nō eget sole neq; luna: vt luceat in ea. Nā claritas dei illuminabit eā: & lucerna eius est agnus. & ambulabunt gētes in lumine eius: & reges terrę afferent gloriā suā & honorē in illam. Viden / vt a rege CHRISTO

omnes vt etiā reges sint / habent. Vt sint omnes ibi regale sacerdotium / gens sancta & populus electionis: immolātes dño deo victimas: & holocaustū sui facientes in odorem suauitatis: oēs veluti mediatores & pōtiffices Christi dñi effecti: cui est gloria & imperium in secula seculorum. Ipse igitur portio nostra & hereditas nostra. Clamaui ad te domine (inquit) dixi tu es spes mea: & portio mea in terra viuentium. Nec tam portio q̄ totū / qui est omnia in oībus / omnis in omnib; virtus / omnis foelicitas & beatitudo / omnis & perfecti in nos cōtinue radiantis siue manātis boni cōsummatio. Hunc igitur in similibus recognoscamus signis / & sanctis diuinorum spectris / verū omnis virtutis & foelicitatis specimen. Hebraica interpretatio pro eo quod dicūt lxx. Tu es qui restitues hereditatem meā michi / habet: tu es possessor sortis meę. Quod CHRISTVS dominus regnū suū & hereditatem patri tribuat. Et pater igitur filio regnum tribuit: & filius patri ascribit. Sūt enī quęcūq; patris bona / filij etiam bona: et cōtra / quę filij / patris. vt cōmunis amor sic & cōia cūctis oīa.

Funes ceciderunt michi in preclaris: etenim hereditas mea preclara est michi.

Preclaram (ait dñs IHESVS) hereditatem sortitus sum: & p vno Israel / vniuersū terrarū orbē. Meę quidē hereditatis ciues & incolę ppter flumina gratię & glorię in eos redūdantis longe sūt / oī Israel speciosiores: & (vt Hieremias ait & cōcinit ecclia) cādidioreniue / nitidiores lacte / rubicūdioreni ebore / & antiquo sapphiro pulchrioreni. Quę pulchri sūt (ait Esaias) pedes euāgelizatiū pacē: euāgelizatiū bōa. Et ad spōsā ecclesiā dictū ē. Quę pulchri sūt gressus tui i calciamentis filia principis. Caput tuū vt carmelus ppter diuinę contēplationis eminētīā: & comę capitis tui sicut purpura regis iuncta canalib;. Et quę pulchra es amica mea: quę pulchra es: oculi tui columbarū. & infinita alia de hac preclara hereditate dicta sunt. Funes in hereditatē dantur. Quod autem dixit / ceciderunt michi in preclaris: perinde est ac si diceret. In patriarchis / pphetis / atq; Apostolis / vel quoscūq; aduocauerit pater / quoscūq; traxerit CHRISTVS tales oēs secū recipit. Vt vbiq; sit corpus: ibi cōgregent & aquilę. Post hęc (ait Ioānes) vidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat ex oībus gentibus / tribubus / populis / & linguis stātes ante thronum amicti stolis albis: & palmę in manib; eorū. Subdit. Hi qui amicti sunt stolis albis: qui sunt & vnde venerūt? Subdit paulo post. Hi sunt qui venerūt de tribulatiōe magna: & lauerūt stolas suas: & dealbauerūt eas in sanguīe agni. Ideo sunt ante thronū dei / & seruiūt

ei die ac nocte in templo eius. Et qui sedet in throno: habitabit super illos. Viden ut hereditas domini candida & preclara est: sed quam ipsemet sibi suo paravit & integravit sanguine. Cuius tantus vigor est ut ferre contra vim sanguine nature dealbare dicat: quasi vim omnem ex confortio diuinitatis nascitur. illius quidem candida & vnice & multiformis pulchritudinis / candidoris / veritatis / immensitatis. Sunt igitur dimensiones & funes hereditatis domini nostri IHESU CHRISTI / preclari. Et nos clari simus & candidi oportet: facti in ipso / pro omnia noui / velut aurum igne probatum / purgatum / examinatumque. Solus ipse omnia noua efficere potest. Ecce (inquit) noua facio omnia. ut ex corruptis integros & virgines. De quibus dicit in reuelatione Ioannes. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. id est non circumscripta macula / virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex omnibus primitiis deo & agno: & in ore eorum non est inuentum mendacium. Sine macula enim sunt ante thronum dei. Quod si verum est omnem hominem mendacem esse: quomodo in ore istorum non est inuentum mendacium? Nisi dicamus quod quaedam modum pristinae restituti sunt integritati & innocentie: ita redditi sunt veritati / libertati / & ceteris omnibus. Ut quicquid antea fuerit errati: hoc illis nunc splendor quidam sit & gloria. & ex multis lapsibus / sit in omnes virtutes incredibili erectio. Ut nichil sit quod suae non restituat formae / & splendori: suae diuinae unde maneat origini. Per hoc enim quod a domino defecerat: & in domino restituti sunt: in omne bonum restituti videntur. Etenim (inquit dominus IHESVS) hereditas mea preclara est michi / quod altius & profundius eius omnem claritudinem noui: quam & ego cum patre & spiritu sancto effinxi / efformaueramque. Michi igitur preclara est. quasi omnis membrorum claritas in capitis decus & honorem redundet. Ut opificij in opifice vna vel sola consistit gloria. Gloria nepe viri / & omnis cum laude claritas / Christus dominus saluator noster. In mare omnis candida perfectio & gratiarum redeunt flumina / unde defluerat: suum cocinna agitatione repetentes principium. Fac domine Ihesu nos quod populus tuus & hereditas tua / tua quidem secundum repromissionem / sumus preclaros tibi: fac nos pios / misericordes / & amatissimos tui. Sanctis tuis nos illustra stigmatibus diuinius typis factis referentibus ad auge figuris. Illumina oculos nostros: ne videant vanitatem. Accende magis ac magis signatum super nos lumen vultus tui domine: ut lumine & immortalitatis claritate affecti videamus lumen: illud quidem lumen quod septupliciter maius est omni labenti & corporeis visibus per uio lumine: illam etiam lucernam que est agnoscitur immaculatus. Ne amplius in lumine ignis nostri ambulamus: sed in tuo sancto fulgore domine IHESU: qui nescit tenebras: genuina & perpetua gaudes luce: & iugiter manete die. Sint

fines & termini in te qui per omnia es iterminabilis. Funes ipsi nesciant dimensionem / quod imensum & infinitum pro omni hereditate complectatur: & incomprehensibilem quomodo fas est / comprehendat. Et eum cuius iudicia incomprehensibilia sunt: suo tanto applicatu nouerint metiri. Numera nos pietissime IHESU meliore lapillo. Ut in eternis describamur libris. Ut in sanctorum referamur numerum: & te pro omni hereditate nascamur: cuius hereditas etiam sumus. Sit in hereditate sed dispari sorte hereditas. Sit finitior in infinita / quodam participatu & ratione infinitior (in quadam nimirum analogia / veritate finitioris nature semper manete) effecta.

Benedicam dominum qui tribuit michi intellectum: Insuper & usque ad noctem increpauerunt me renes mei. Magnificabo / exaltabo & glorificabo super bonum patrem meum / qui mentem dedit qua possem illum / celsamque eius diuinitatem cognoscere / amare / & venerari. Addidit sensum & affectionum integritatem. Benedicam / me comonentem docentemque: usque ad passionem & uitae exitum: in hac carne alioquin infirma / veritatem sequi non mendacium: puritatem / non labem / aut inuentam maculam. Ut non solum (ait dominus Ihesus) carnalibus desiderijs occurrerem: sed ne illorum quodam teta meta vllum in me sibi videretur locum: in electis vero / subeuntia veritate capite Ihesu vicerem nunquam. Et vox intelligenda est esse capitis cum membris. Tribuit intellectum discernendi illa / propter maximum membrorum cum capite nexum. Dedit inquam intellectum discernendi iuxta Hieronymum / inter bonum & malum / inter sensum & literam / inter deum & proximum / inter lucem & tenebras. Et nos iuxta apostolum addere possumus. Inter carnalem Iudeum & spirituale. Inter eos qui secundum carnem & eos qui secundum spiritum solum / filij sunt per repromissionem. Inter hominem interiore & exteriori / inter noua & vetera / legem & gratiam. Inter oculorum scientiam & manifestorum. Inter eos qui fidei fundamentum supponunt lignum stipulam aut foenum: et eos qui aurum / argentum & lapides preciosos. Inter angelos lucis & tenebrarum. ut nouerimus probare quicquid ex deo sunt. Dat quidem intellectum ad probandos spiritus an ex deo sint. Inter lepra & lepra discernere / & leuora & maiora peccata. Et tandem inter ipsa opera: quae postrema charitati & gratiae iuncta / sunt inde nuncupationis perfectionem sortita: ceteris in finibus bonorum operum / siue ex genere bonorum / quae vocantur relictis. Istis operum operibus prima ex pollicitatione debetur eterna: alij temporalia / siue ex quadam decetia & congruitate / ipsa debet gratia. Dato huiusmodi intellectu: facile discernemus secundum oculorum scientiam / inter sabbata / & sabbatorum sabbata. Et sanctorum / a sanctorum sanctis discrimen discernemus: et secula / a seculorum seculis / opera ab operum operibus cetera quoque

In psalmum. XV

ab his quę canticorū cantica dicuntur. Deinde sponsam ab adolescentulis. Et meliore profectu/unicam illam & perfectā sororem & proximā & spōsam quę ortus conclusus est/ fons signatus/ & emissiones suę paradisus/ ab illis quę reginarū/ concubinarum/ aut adolescentularū nomen sibi vendicant: & illis quę in ouibus censentur: et inter istas graduū & profectuum differētiā. Inter illam etiam ecclesiam de qua scriptum est. vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentē maculā/ neq; rugam/ aut aliquid hmōi: ab illa forte q̄ nigra/ sed formosa ē/ fusca & quā despectu suo decolorauerat sol. cōtra quam adhuc filij veteris synagoge matris suę pugnāt. Filij matris meę (inqt) pugnauerūt cōtra me/ posuerunt me custodē in vineis. Charismata/ a meliorib⁹ charismatibus. Viam illā excellentiorē/ de qua meminit Apostolus: a pluribus vijs/ quę fortasse non sunt eiusdem cū illa excellētiā. hominē quoq; ab homine & hoīe/ & alia pleraq; quę p secretiorum scientia habentur: atq; Israelem & qui in numerū venit: a Leui/ qui nequaquā cū alijs cōnumeratur: in nūeris quoq; & sortiū distributione/ meliores pfectus. Nosse etiā dabitur supeminētē sciētię charitatē CHRISTI. Et q̄ sit longitudo/ latitudo/ sublimitas & pfundū. Poterit etiā aduertere differētiā eorū/ q̄ nō sine ingēti discrimine & mysterio ponit Ap̄ls. Sed accessistis (iquit) ad Sion mōtē) & ciuitatē dei viuētis/ & multorū miliū angelorū frequentia: & ecclesiā primitiuorū/ qui conscripti sunt in cœlis. Quę nō sine differētia plurima esse/ annotāt eruditi. Quid aurū ab argēto differat. Quid umbra a symbolis. Quid eloquia a sensibus. Quid pēnæ colūbe a posteriorib⁹. Quid fortasse terra viuentiū/ a terra fluente lac & mel. & ab istis oībus regnū cœlorū/ quod eminentius est. Quę i illis secretiorib⁹ nūcupationib⁹ latent differentie. Quid terren⁹ Adam cui dictum est/ terra es & in terrā ibis/ a cœlesti qui non potest (q̄ nequaquā de terra sit) terrena loqui: sed sup oēs est. Quātū passiones a ppassiōib⁹ distēt. Poterit tum de thesauro dñico proferre noua & vetera: et noua & vetera dilecto suo spōso nō tam cōferre/ q̄ seruare. Intelletget ille: qualis inter sciētiā/ prudētiā & sapiētiā in diuinis cōparatio sit: deniq; inter affirmatiuā & negatiuā theologiā id est doctam sciētiā/ doctā quoq; ignorantia/ atq; inter absolutas negationes/ & superexcellentes negationes/ id est negationū negationes/ intellectualem/ & mysticā theologiā: quę interiori q̄ve exteriori homini deputant. & alia id genus infinita/ quę in oculorum sciētiā habent. Sed oīs cōparatio lōge inferior est q̄ vt illā eminentiā exprimere possit. Nulla q̄ppe talis similitudo est q̄ possit illū referre/ aut satis digne explicare/ qui ineffabilis inenarrabilisq; est.

Explanatio.

107

Benedicam (inquit) dominū qui tribuit michi intellectū: ostēdit alijs se oīa a principio michi dedisse. Vt ego IHESVS quadā mei manifestatione pfererem etate/ sapientia & gratia corā deo & hominibus. Proficiebam quidē & in subiectis membris quod crescētibus illis viderer ego & in ipsis crescere. Secundū quod dicit Apostol⁹. Filioli quos iterū parturio: donec CHRISTVS formetur in vobis. Alijs maior/ alijs minor/ & in maiore pfectu CHRISTVS est. Alijs adhuc infans/ aut puer est dominus IHESVS. Alijs in plena iam etate: quādo aperte confitē corā principibus sacerdotum se filiū dei esse: & corā seculi hominib⁹ se regem omnīū quidē quę cœlo terra & mari continentur: cuius pulchritudo & magnificentia super cœlos sit: & rex magnus sit super omnes deos. Cuius regnū/ regnum omnīū seculorum est. Et. Potestas eius potestas eterna quę non auferetur: & regnum eius quod non corrūpetur. Talis quidem in perfectis formatus: qui iam purgatorijs & illuminantibus affecti ad perfectionem feruntur: & induere possunt dominū IHESVM CHRISTVM omnes simul virtutes cum ipso inducentes. Quicunq; enim (ait Apostolus) in CHRISTO baptisati estis/ CHRISTVM induistis. Crescunt igitur/ quousq; perueniant in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis CHRISTI. Et quę retro sunt obliuiscetes ad anteriora se extendunt: & horum multiplices gradus sunt: & multiplex in illis qui vnus maxime est dominus IHESVS CHRISTVS omnia omnibus effectus. Et q̄q; vnus maxime sit: tamen multiplex in illis est. Insuper (inquit) & vsq; ad noctem increperunt me renes mei. Nox tempus passionis significat/ quę ab ineunte etate immo ab ipso statim conceptus principio cum dño IHESV continue fuit. Toto hoc tempore erudita fuit a diuinitate humana natura. Cessabat nunq̄ cruditio nunq̄ illuminatio. Hauriebat plenissime idq; continentissime e fontibus diuinitatis ipse dñs saluator: qui alius fons erāt multiplices cōtinēs omnīū virtutum/ charismatū & gratiarū fontes. De quo dictum est. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Sunt sibi innexi ppter vnionē diuinitatis & humanitatis isti fontes. Vt plenissime e tali cōplexu oīs foelicitatis vnde/ in omnes electos scaturiat: nec riuli solū sed egregia flumina. Iuxta quod dicit dñs. Et flumina de ventre ei⁹ exiēt aque viue. Quod dixit de spiritu sancto: quem abunde suscepturi erant. Vt larga cōpia in alios redūdarēt. Et vt filius a patre continue gignitur: & spiritus sanctus ab vtroq; pcedit: ista quidem ratione tametsi longe dissimili/ iugis e diuinitatis fontibus in sanctā hu

manitatem pcedit illuminatio perfectioq; atq; inde in alios nō aliter q̄ lux a sole defluit: inq; alios protenditur. Tunc vero carnales delectatiōes increpare dicuntur: quādo suggerūt vt peccē. quādo quod suū est exigit caro. Et nisi (quaten⁹ ad ipsum dñm attinet) iuncta fuisset humanitas diuinitati: nisi a dextris fuisset: forsitan infirmata fuisset vt in alijs caro, fuisset enī tum vnus ex numero non (vt est) deus & homo / supra numerū & extra rerum omnium aleam: eū oīs caro veluti scēnū facile decidat. Accōmodatius autē refertur ad mēbra / cum in CHRISTO nunq̄ talis fuerit aut esse potuerit vt dixim⁹ carnis increpatio siue molestia: i quē nulla vel tātilla cuiuspiā macule suspicio fuit. Ea vero carnis tētamēta / nec sine suspicione esse possunt: ant tātillæ iustione labis. Et quātum ad dñm IHESVM: in grēco apertior est intelligētia ἔτι δε καὶ ἕως πυκτὸς ἐστὶ / Δευσαρ ὁ μεφροῖ μου. id est insuper & vsq; ad noctem corripuerunt siue erudierūt merenes mei: vtrūq; enim πρεδαίω significat: hoc est corripio & erudio / & iuxta illud accipiendum est: quod in cxxviii. psal. scriptum est, Supra dorsum meū fabricauerūt peccatores: prolongauerunt iniquitatē suam. Et in Esaia. Corpus meū dedi percussentibus: & genas meas vellentibus. quasi dñs ōnis discipline / & patientiæ archetypon & exemplar illam primū in se voluerit experiri: & vsque adeo vt illa se correptum siue magis eruditum dicere videatur: et ista disciplina p̄ficere perinde ac sapientia / & etate & gratia. Possumus simpliciter ad puritatē & integritatem dñi referre: quā tantā puritatem inuexere in ecclesiā: vt tota inde candida & immaculata esset. Erudierunt (inquit) me renes mei: id est singularis mea puritas meā ecclesiā / quē corpus meū mysticū est / instituit corripuitq;. Pulchre in Hieremia dñs. Sicut adheret lūbare ad lūbos viri: sic adglutinaui michi oēm domū Israel & omnem domū Iuda / id est ecclesiam / vt essent michi in populū & in nomen & in laudem. Sed de his hactenus.

Prouidebam dominum in cōspectu meo semper: quoniam a dextris est michi ne cōmouear.

¶ Omnibus animi viribus & conatu in patrem & deum meum prospiciebam. Cōtinet ipse me dextera sua: ne vlla ratione decidam / aut labar: ne a cōcepto in cōlestē Hierusalē cursu deturber. Et pari ratione in CHRISTVM dominum suum / tota ecclesia conuersa similiter orat: quod dimoueri queat: & in pessima mala ruere: nisi affuerit dominus: nisi eius iugis ab illo defluat cōseruatio / comota alioquin & secedens a fide ad infidelitatem: de

bono & constanti virtutis firmitudine in malum. Quod bonum omne a gratia iugiter manet: qua abeunte & bona ipsa cōfestim disperunt. In malum vero p̄ceps omnis natura a sua adolescentia est: cērea in vitium (vt quidā pulchre ait) flecti. Nisi igitur gratia tua o pater p̄ueniat nos: facilis erit in omne vitium casus. Ipsa gratia CHRISTVM veluti hesperus solem / pulcherrimo p̄gressu antecedit. Et gratia (inquit) tua p̄ueniet me: te p̄xime iuncto & subsequente. Nec potest luna nisi a sole illuminetur vllā habere lucem: nec ecclesia sine CHRISTO spōso illustris aut cādida esse. Quē sicut luna perfecta / testis est in cōelo fidelis. Nec lunę modo / nisi cum continēter perfecta & vndiq; lumine plena fuerit / conferri potest. Pulchra (inquit) vt luna. sed quomodo pulchra: nisi perēnem retineat lucem: Peculiarit⁹ igitur electam vt solem esse subnectit. quasi quē solis sint potissima / ipsi potissimum ascribātur: omnis virtus pulchritudo / candor / immortalitas / perpetuitas / & omnis decor. Vt parē cum spōso suo suscipiat ecclesia ornatū: & decus & pulchritudinē / & byssū / & purpuram: argentum quoq; in eloquijs: & aurum in sensibus hyacinthum in vita cōlesti: coccum vero bis tinctum in diua & gemina charitate. Infinitum esset enarrare vestium sponse opus diuitiarū & totius ornatus magnificentiam. Quē omnia donāte sponso suscipit: nec potest tantis donatis virtutib⁹ quoquomodo dimoueri. Dñs vero IHESVS quonāmodo dimouebit / immensæ virtuti / incomparabili fortitudini / incomparabiliter iunctus: Vt in vnam hypostasim & p̄sonam illa diuinitas cum sup̄sancta humanitate abeat imo vero vna p̄sona sit. Nec potest cū actiones suppositorū sint & bona & mala censerī: sed penit⁹ aut bona aut mala sit oportet. At fons & origo omnis bonitatis non potest non optimus esse: vt causa omnis pulchritudinis non pulcherrima. Prospiciamus igitur in authorem salutis nostræ / & consummatorem IHESVM / in dominum etiam & deum nostrum: a quo / in quo / & per quem omne bonum nostrum est: a quo tanto & tali ne vnq̄ a via veritatis & iustitiæ dimoueamur habemus.

Propter hoc letatum est cor meū: & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescit in spe. ¶ Propter qđ semp michi auxilio es & ingenti robori: & a dextris qđ potiora michi sep̄ bona tribuēs (Nā & lōgitudō dierū in dextera ē) ne possim spū aut carne vlla tōne labi. Letat⁹ sū: & iterior aī vis p̄rupit i diuias laudes. Et iā nacta immortalitatis spe

corpus meū requiescet in sepulchro. Aliter iuxta Hieronymū, propter resurrectionē letatus sum: in culus ineffabili & certitudine & spe: corpus meū reqescet ī sepulchro. Et CHRISTVS dominus p̄ p̄sona corporis ecclesiae: se requiescere dicit in spe. q̄ resurgente dño ipsa pari sit perfruitura resurrectione, & vbi caput p̄cessit: sequatur & membra. vt non sit caput ipsum sine membris: nec membra sine capite. Si enim (vt ait Apostolus) resurrectio mortuorum nō est: neq; CHRISTVS resurrexit. Nunc autē CHRISTVS resurrexit a mortuis / primitiē dormientium. Quoniā quidē per hominē mors: & per hominem resurrectio mortuorū. Et sicut in Adā omnes moriūtur: ita & in Christo ōnes viuificabūtur. vnusquisq; autē in suo ordine: primitiē Christus. Et subiungit. Factus est primus homo Adam in animā vluentē: nouissimus Adā in sp̄ritū viuificantē. Aduerte amplius aliqd̄ dicere sp̄ritū: quasi post mortē nos in meliōrē vitā dñs viuificet. Et ī priā ad Thessalonicēses ep̄la. Si enī credim⁹ q̄ IHESVS mortuus est: & resurrexit: ita & deus eos q̄ dormierūt p̄ IHESVM adducet cū eo. Subdit. Itaq; cōsolamini inuicē in verbis istis. Ipse dñs IHESVS Christ⁹ primogenit⁹ est omnium resurgentū. Ascendit ipse p̄dēns iter ante eos. Si consepulta fuit eccl̄ia cū dño Ihesu Christo: & cū ipso etiā resurget / ī gloriā admissa cū capite suo / ōni gloriā & honore circūamicta. Fac nos domine Ihesu tecū mori: vt possimus dicere cū Apostolo. Michi viuere Christus est: & mori lucrū. Et si gloriari licet: gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus Christi. In hanc etiā tantē resurrectionis letitiam cōtinue exurgit ecclesia. Hęc dies (inquit) quam fecit dominus: exultemus & letemur in ea. Exultādum p̄cipue iustis est: quod sui in tanta bona applicati: fructus vberissimos e palma crucis / e palma omnis victorię app̄hendant. Exultate (inquit) iusti in dño / rectos decet collaudatio. Et alio loco. Exultate deo adiutori nostro / tubilate deo Iacob. Sumite psalmū / date tympanū / psalterium iucundū cū cithara. Buccinate in neomenia tuba: in insigni die solēnitatis vestrę. Et quę potest insignior esse dies: q̄ resurrectionis dominicę dies / in qua cum domino nostro e morte transiimus ad vitā / e p̄nalibus tormentis in omnem fœlicitatem & quietem: iuxta quod dicit Ioānes. A modo iam dicit sp̄ritus: vt requiescant a laboribus suis. Et in eadē Apocalypsi. Et serui eius seruient illi: & videbunt faciē eius / & nomen eius in frontibus eorum: & nox vltra nō erit: & nō egebunt lumine lucernę: neq; lumine solis. Quoniā dominus deus illuminabit il-

los: & regnabunt in secula seculorū. Vt igitur illum sequamur culus merces secum est: adeamus thronum gratię eius cū fiducia. vt miam cōsequamur: & gratiā iueniam⁹ in auxilio oportuno. Et qui iustus est / iustificetur adhuc. et sanctus sanctificetur adhuc. Beati igitur / qui lauant stolas suas in sanguine agni: vt sit potestas eorum in ligno vite: & per portas intrent in ciuitatem. illā quidem ciuitatem de qua dictū est: quod claritas dei illuminabit eam. Et cuius nomē ex illa die / Adonai / an id est dominus ibidem. Et Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. In eas quidem portas sit ingressus: quę. xij. sunt: & duodecim margaritę / & tanti vniones diuinā claritatem continentes sunt per singulas: quasi per omnes tanto meritorū excessu candidus & p̄ciosus ingressus sit. Foris igitur canes & venefici / & impudici / & homicidę / & idolis seruientes / & omnis qui amat & facit mēdaciū. Quid igitur ad eum recusamus ire qui in pulcherrimo agit omnis misericordię matutino: et nos vt accedamus tā benigne cōmonet: Ego sum (inquit) genus & radix Dauid / stella splendida & matutina. Et sp̄ritus & sponsa dicunt / veni. Et qui audit dicat / veni. Et qui sitit veniat: & qui vult accipiat aquam vite gratis. Secundum quod olim in propheta dixerat. Omnes sitiētes venite ad aquas. & dominus. Venite ad me omnes qui laboratis: & onerati estis: & ego reficiam vos / aquis nimirū τὸ ὑδρὸν ζωῆς id est refectiois / & tam salubribus vndis. Vt tū cōfidēter cū propheta dicam⁹. Super aquā refectiois educauit me. Iam parata in cōspectu nostro mēsa aduersus omnes qui tribulant nos. His & alijs ascendentes ad diem festū recreari debemus: nō abiicientes aquas Syloe quę vadunt cū silentio. Vt in sibilo aure tenuis / omnis qdē humilitatis / dñm & deum / & celsam eius maiestātē app̄hendamus. Sed de his hactenus. Nec enim ista interpretationis gratia tātum sint adducta: sed in diuina vtcūq; assurgendī. Ex omnibus enim cum in illa pateat ascensus: tum vel maxime ex diuinis istud cōtinget. Quasi ad diuiniora proximū habeāt ipsa diuina symbolū & similitudinē: magisq; inde lux veritatis emicat. Sit venia igitur nobis vtcūq; p̄le tamen & qua fas est / de diuinis loqui atq; audere p̄sumentibus.

10 **Q**uoniā nō derelinques aīam meā in inferno: nec dabis sanctum tuū videre corruptionem.

¶ Requiescet ait dñs IHESVS purissima & innocēs caro mea / in diuina p̄xime futurę resurrectionis spe. Quoniā tu summe

parens nō relinques animā meam: nō spiritum meum/ In inferno/ dānatorum pœnali & ferall ergastulo: & a pljs mētibus derelicto tormento. Desertus quippe et ἐρημος erimos id est desolatus καὶ ἐρημικός hoc est desolatorius locus ille. In quo nulla exundantis gratiæ flumina visuntur: nullæ cœlestiū virtutum aut bonorū fruges. Ego vero omni repletus gratia & veritate/ nō poterā illis teneri pœnallibus vinculis. Nec veritas sedē habet in loco mendacijs. nō lux in condensis tenebris/ & ferall horroris & omnium miseriarū loco. nec virtus in præcipiti vltiorum sede/ nō tandem in carcere liberioribus dignissima aulis. At multo præstantissimus dñs IHESVS/ omnis fons & origo virtutis/ omnis boni amplissima quedā ciuitas/ nedum templum: melioribus sedibus donatus est vt sedeat ad dexterā maiestatis in excelsis. Regionem nescit tenebrarū: qui regnum p̄cipuum lucis habet: vtpote verissima lux. qui nō modo mūdane machinē lux est: sed supernorū animorum purissima illustratio: lucis paternæ lux. e qua & patris luce procedat spiritus sancti etiam sociū dissima lux, & luces sed dispare sorte / velut ab archetypa & exemplari luce angelicę omnes. Vt nil tantillum tenebrarum in illius tam illustri regno habitare possit. Inde ob eam causam cecidit lucifer/ qui mane orlebatur: inde et confortes omnes tallum participes tenebrarū/ suapte voluntate sibi tenebras offundentes. In græco iuxta hanc explanationem apertior sensus & locutio est ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψει τὴν ψυχὴ μου εἰς ἄδην. id est. Quoniam nō relinques animam meā in infernum/ quasi in eum locū dānatorum nō fuerit illi descensus. ita enim græca phrasis sonare videtur. Spiritus et anima idem. Ratio quidem spiritus ab eruditis obseruatur altior. Atq; illa de causa inter spiritū & animam vlti sunt veteres (vt antea quoq; meminimus) posuisse differentiam. Quod anima deteriorē habeat significationē. & ob eam forte causam animalis homo nesciat ea quę dei sunt. spiritus autem dignā & affirmātem semper habeat significationē. secundum quod dicit Apostolus. Vt iustificatio legis impleretur in nobis: qui nō secundum carnem ambulamus/ sed secundū spiritum. qui enim secundum carnē sunt (id est animales sunt vt alio loco dicit) quę carnis sunt sapiunt. qui vero secundū spiritū: quę sunt spiritus sentiunt. Nā prudentia carnis/ mors est: prudentia autē spiritus/ vita & pax. & alia id genus infinita prosequitur. Obserua iuxta Origenē & vetustiores amplius aliquid aut præstantius dicere spiritum/ ipsa anima. Anima ψυχή psyche græce dicitur. inde

ψυχικός psychicos id est animalis. Et deducuntur ab eo quod est ψύχος. i. frigus. Frigus vero de regione sensibili aut tenebrarum tantū est siue de regione mortis. Spiritus vero in affirmatione est: & græce dicitur πνεῦμα. Et vbiq; in scripturis in bonam partem accipitur: & inter diuina nomina πνεῦμα τὸ ἄγιον acceptum est. & spiritum sanctū spiritum rectum et spiritum principalē/ spiritum quoq; veritatis in eloquijs legimus: inde πνευματικός id est spiritualis. De quo dicit Apostolus. Quod spiritualis omnia diludicat: & ipse a nemine iudicatur. Sicut scriptū est. Quis enī cognouit sensū dñi aut qs struxit eū? Nos autē sensum CHRISTI habemus. & de se ait. Quę & loquimur nō in doctis humanę sapientiæ verbis: sed in doctrina spiritus: spiritualibus spūalia comparātes. animalis autem homo nō percipit ea quę sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi: & nō potest intelligere/ quia spiritualiter examinat. Et paulo ātea Nobis autem reuelauit deus per spiritū suum. Spiritus enī omnia scrutatur etiam profunda dei. Et in epistola ad Romanos. Vos autem in carne nō estis/ sed in spiritu. Si tamē spiritus dei habitat in vobis. De hoc nimirū spiritu quod semper in altissima cōtendat (si eruditus credimus) dixit dominus in euāgelio. Et diuidet eum (inquit) & partem ponet cū hypocritis. illic erit fletus & stridor dentium: quasi spiritus sanctus vnde vtr spiritualis illo præsentē dicebatur/ sublimia repetat: illo prorsus carnali & animali in tenebras exteriores delecto. Et qui prius vnus spiritus cum deo erat: tum factus est diuisus & separatus. Spiritus vero semper recentior / semper nouus / nouitatem vitæ inducens: & in nouum nos hominem penitus transformans. Vt seruamus (inquit Apostolus) in nouitate spiritus/ non in vetustate litterę. Et ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii dei qui non spiritum seruitutis in timore / accepimus: sed spiritum adoptionis filiorum dei. Nemo in spiritu dei loquens dicit anathema IHESV. Et nemo potest dicere dominus IHESVS nisi in spiritu sancto. Et vbiq; que spiritus in bonam partem accipitur. De illo dicebat Apostolus in prima ad Thessalonicenses. Spiritum nolite extinguere. & manifestam vel ipsa ratione inter hæc ponens differentiam/ subdit. Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer sit spiritus vester/ anima/ & corpus in aduentu domini nostri IHESV CHRISTI. Sed istud τὸ παράπροπ παρεργον. i. extra propositū. Interea ad institutū redeam⁹. Subdit. Nec dabis sanctū tuum videre corruptionē. hoc est corpus meum mundum purissimūq; quod nullā vnq; nouit maculam.

In psalmum XV.

vt pote purissime iunctum vnitūq; diuinitati: & a purissima edu-
ctum virgine/a diuina continenter gratia seruatū incōtami-
natum. Illud quidem non sines in puluerem vermiūq; venire
casum/aut vilius putredinis lapsum. Decebat iunctum speciali
ratione diuinitati: tales minime sentire labes. Descēdit ipse qui-
dem in inferiores partes terre. Vt inde vinctos educeret: vt lucē
his qui ī tenebris erāt īferret. Quomodo antea dixerat ppheta.
Vt educeret vinctos de lacu in quo nō est aqua. Quomō igit in
inferno resedisset: quo pacto restitisset: qui infernū paradisu effi-
ciebat: eā quidē īferni partem q̄ in ea re erat dispositior: ceteris
penitus incapacib⁹ derelictis. Nec enim malicia/ boni speciem
vnq̄ induere potest: ea quidē malicia quē ppetuo manens ma-
licia est: illa quē pœnitus a bono secessit & a luce in ppetuas te-
nebras conuersa est. Descendit igitur ppter electos: quos inde
eduxit: nec minus quotidie educit. Nō minoris q̄ppe meriti nūc
est descēsus ille: q̄ olim esset. diuinis IHESV mysterijs eque sēp
in ecclesiam suā electam sponsam demissis fluentibusq;. Effecer-
unt efficiūq; omnia pro sua ratione/ & vitam & necis interitū/
resurrectionem/ ab inferis educationem/ & tādē in cœlestia ta-
bernacula sacrosanctā deductionē ascensumq;. Vt quādoq; si-
mus iu dextera dei patris cōsedētes. Gloriabatur diabolus olim
omnia mūdi regna sibi subdita. Sed qui animas vinctas habe-
bat/ vincere omniū auctorem opificēq; conat⁹/ vinctus ab eodē
dño IHESV tum fuit. Nec dominū IHESVM (q̄q̄ id facere sa-
tageret) tenere potuit: sed ab illo ligatus est. & qui se vt deū oli
adorari faciebat: nunc vt pessimus & infamis dēmon passim ab
oībus habetur/ cōculcatur/ deijcitur. Pro eo vero quod dicit nō
dabis sanctū tuū videre corruptionē: obseruare oportet/ artē
esse scripturarū in his p̄cipue psalmis/ nūc in persona sua: nūc
in persona ecclesie dñm loquentem introducere. In persona sua
dicit. Non dabis sanctum tuū videre corruptionem. In persona
membrorū. Quē utilitas in sanguine meo/ dum descēdo in cor-
ruptionem. Quasi velit nō perpetuā talem esse debere etiam in
sanctis corruptionē: gloria resurrectionis illis oli accessura corpo-
ribus. Pulchra īmortalitate & corpus & animā tū afficiente: ipso
domino IHESV etiam secundum animā & corpus/ in suā influ-
ente ecclesiam. Vt tota integra sit. Vt integer sit spiritus vester/ di-
cit Apostolus) & corpus & anima in aduētū dñi nostri IHESV
CHRISTI. Et in carne nostra/ videam⁹ dñm saluatorē nostrū.
His oculis cernamus. His audiam⁹ aurib⁹. His manib⁹ tractē-
mus. Demum omnibus complectamur sensibus. Mente illam

Explanatio.

III

contueamur animā/ nostre redemptionis etiam causam: illam
quē omnis foelicitas/ beatitas omnis/ & bonorū omniū summa
est/ celsam & manentē diuinitatem. Et in hūc sensum possumus
etiam accipere. Non dabis sanctum tuū / quemcūq; sancti do-
mini IHESV imitatorē/ videre corruptionē. Intellige perpe-
tuam: ne vim inferre videamur scripturis: nunc eundē locum
de vno/ nunc de alio explicantes. Magis hęc corruptio conue-
nit domino IHESV saluatori nostro: qui sanctus sanctorū est/
rex regum & dominus dominantū/ deus quoq; deorū & virtu-
tis ineffabili quadam eminentia/ mons etiam montium dicitur
& pontificum pontifex. Illum enim hęc vt primogenitum vt ca-
put & principium decebat. Ego (inquit) principū qui & loquor
vobis. Qui est primogenitus (ait Apostolus) omnis creature: &
ipse est ante omnes: & omnia in ipso constant: & in ipso condita
sunt vniuersa in cœlis & in terra. Et in sequentibus. Quia in
ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et. Quia
in ipso complacuit omnē plenitudinem inhabitare. P̄cipua
igitur rōne in illo ī corruptio/ quē alia quadā ratione/ vt cūq; tñ
fieri poterat simili/ in alios deriuaretur. Et vbi in scripturis legi-
mus sanctum: sanctū sanctorum qui fons & causa omnis sancti-
tatis est/ intelligere debemus. Qui solus tergemina p̄dicatione
a sanctis seraphim/ sanctus dicitur. qui solus in sancta sanctorū
et æternas & manentes domos/ genus inuexit humanū: sancto-
rum sancta in eo typo solis permittens pontificibus maximis:
qui proxime eius referrēt imaginem. Plena sunt omnia sacra-
mentis/ plena sunt mysterijs. Diuini apices/ diuina nobis refe-
runt sacramenta: & sensum latentē nobis velut lucidissima lu-
cerna indicant: illū quidē sēsū tametsi in profundissimis latē-
tem. Atq; in hunc modum/ de salutari in cuius loco IHESVS
in hebreo scriptum est / intelligendum. Dominus enim IHE-
SVS/ salutaris noster est. Vt in eo loco. Conuerte nos deus sa-
lutaris noster. qui nos trahit solus/ solus ipse cōuertit. Ego (in-
quit) dilecto meo: & ad me conuersio eius. Et scientes diuinum
in eo esse attractum/ orant adolescentulę: trahere nos post te. Si-
cubi salutare pluratiue legitur/ vt in eo loco Deus salutariū no-
strorū: Hebręi legūt IHESVOTH: ī quo mysteriū sup̄b̄dictę
trinitatis significatur: quā in multiplici sacramento in veteri-
bus scripturis percipere possumus. Et in nominibus/ & in repe-
titione & dictionū ordine/ rerum consequentia/ & aliis plerisq;
diuina percipiuntur sacramenta.

Notas michi fecisti vias vite / adimplebis me letitia
cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque
in finem.

¶ **N**otas (inquit) michi fecisti vias vite / vias iustitiae / sanctitatis /
puritatis / omnis virtutis & gratiae: quibus in sempiternam iretur
vita, quas ego omnes in me vno complexus sum: tales aliis omni-
bus patefaciens. Eram quippe via / omnium viarum dei principium:
qua patefacta per eam ingressis: regnum caeleste pateret. Et pro se
dominus IESVS dicit. Notas michi fecisti vias vite / quando me re-
ducem fecisti in vitam: & per mortem meam morte destructa / in vi-
tam redditus / vitam vniuerso restituit: quae funditus antea per-
dita videbatur: primogenitus existens resurgenti. Adimplebis me
letitia cum vultu tuo: omni replebor gaudio te videns. Haec est
autem vita aeterna: ut cognoscant te deum verum & quem misisti
IHESVM CHRISTVM. Hic vnus vultus vna praestat foelicitatem.
Eius visio foelicitas est: ut eius actus puritas: eius quoque com-
fortium omnis boni profectio. Video autem interno mentis oculo su-
per beatam trinitatem alioqui inuisibilem. Illo meo interiore actus
illa contingo: memoria / intellectu / voluntate / & omnibus vir-
tutibus aique illam complector. Mea tunc absoluta & ex omni parte perfe-
cta erit letitia: quando ecclesia sanguine meo diluta tecum regna-
bit in gloria. Et iam non erit amplius neque luctus neque clamor / sed
nec ullus dolor: quoniam priora transierunt. Quando vltimus in-
imicus destruetur mors / & redditum fuerit regnum deo & patri:
tunc erit omnia in omnibus / omnis illustratio / illuminatio / cla-
ritas / plenitudo / omnis virtus / omnis gratia / simul & gloria. Quae
letitia quam animi exultatio ea videbitur: quae cum patre / filio / & spi-
ritu sancto erit: qui summa & aeterna sunt letitia. Quando pax
omnis suavissima & nequaquam labefactas delectatio integra erit
animi satisfactio / & perficiens satietas: Tunc satlabor (inquit)
cum apparuerit gloria tua. Satisfabunt enim passim illuc admis-
si omnes ab vbertate domus illius & tam incomparabilium ta-
bernaculorum: hoc est fortasse / diuersorum gloriae graduum. Quae dile-
cta (inquit) tabernacula tua domine virtutum: concupiscit & deficit
ma mea in atria domini. Subdit. Cor meum & caro exultauerunt
in deum vnum. Tunc in diuinas tanta exultantes letitia / laudes erunt
pent / illos beatos dicentes: qui ciues sunt illarum aeternarum habita-
tionum. Beati sunt (inquit) qui habitant in domo tua domine: in
secula seculorum laudabunt te. Erunt tum diuinae & superad-
mirabiles ascensiones in cordibus eorum. atque illis ascendenti-

bus de virtute in virtutem: videbitur ab eis deus deorum in si-
on. Tunc renouabitur ut aquile $\rho\epsilon\omicron\lambda\alpha\iota\alpha$ hoc est iuuentus eor-
um. Nec finis vniquam illius inuolutionis: imo mirabilium & incom-
parabilium & continue subeuntium illuminationum / novarum
pene transformationum. quasi forte continue in illa amplitudine
diuinitatis imensa / noua semper videant $\theta\epsilon\acute{\alpha}\mu\alpha\tau\alpha$ id est spe-
ctacula ipsi / multiplici metamorphosi continue nouum effecti
spectaculum. Ut dicere possint cum Apolo. Spectaculum facti su-
mus deo / hominibus / atque angelis. Nouas contuebuntur rationes /
ideas continue nouas: diuinitatis semper eadem atque essentiali ma-
nente visione. Volabunt (inquit) & non deficient. In tantis spa-
tibus nouis semper ad delectationem exortis rebus. Haec est in alto
sensu fortasse nouitas / quam sitibunde desiderabat Apollus. Ut &
nos in nouitate vite ambulemus. cuius diuinae signacula nouita-
tis & umbras quasdam & symbola hic tenemus. Renouamini (ait)
spiritu mentis vestrae. Admonemur quoque ut etiam renouemur in no-
uum hominem / qui secundum deum creatus est / illius imitatione ho-
minis: qui in gloria finitura nunquam / & regno foelicitatis perpetuo / fu-
turus est: totus continue nouus / totus nouiter lucens / totus immor-
talis. Sed illa nouitas absque omni imperfectione aut futuri deside-
rio eadem semper. Ut sint simul & desiderium & plena satietas. Ut
antiquum / nouum & praesens simul coincidant & diuine conspirent
sortem iam pene nobis ob tantam amplitudinem sortitis aeternita-
tis / abs qua / per quam / & in qua: veluti in patre / filio / & spiritu san-
cto omne bonum nanciscemur / veluti in principio / medio / &
fine. in ipsa ut in omni perficiente & consummante causa / efficien-
te / formali / atque finali / omni inuenta foelicitate. Sumus enim ab ipso
ut ab efficiente / per ipsum eiusque sapientiam & logon & artem / ut
per formam aliquam non in parte compositionis abeuntem: sed ex-
plarem / sed omnia replentem & continentem / & verissimum esse pre-
stantem. Atque in illud infinitum bonum & immortalium amorem omnes ut
in finem verissimum contedimus. Eadem igitur in aeternitate erunt.
ne vicissitudo & mutabilitas ibi esse videatur. Est enim illa eadem /
noua erunt: ne satietatem & fastidium ingerere possint. Quid enim in
immenso atque infinito non semper nouum est: Erit (inquit) coelum
nouum & terra noua. Ecce (ait dominus) noua facio omnia.
Quomodo etiam nos tum non renouabimur: quando exuto vetere
homine nouum induemus / quando induti erimus dominum IESVM
CHRISTVM: sub cuius umbra nunc viuimus in gentibus sine
querele & simplices filii dei / sine reprehensione / in medio (ait apollus) na-
tionis praue: inter quos lucetis velut lumina in mundo verbum vite

continentes. Vbi vero dñm IHESVM nō iam in umbra sed in
 puriore lumine in via/ veritate/ & iustitia/ videbimus: & in om-
 nibus illis perfectionibus quę sunt dominus noster IHESVS
 CHRISTVS infinitis: nonne innouati per omnia videbimur
 & continue innouati? et (iuxta quod dicit Apłus) Reformati in
 nouitate sensus nostri? Vt nichil pręteritū ibi esse videatur. Si
 enim tam infinite sunt domini nostri rationes: sintq; omnes il-
 le nobis pro maximo indumento: atq; pro innumerabilibus in-
 dumentis: num ibi per omnia atq; ex omni parte emicans no-
 uitas esse videbitur/ nulli decidentis lapsus iuncta: sed omni per-
 ficienti cōsummationi? Ex quibus nimirū incredibilis exiit leti-
 tia/ longe alta q̄ hīca quoq̄ mortalium haberi possit. Qualis ille
 ibi vultus videbitur tam vniformis: tam multiplex/ & vnimo-
 dus: tam cōphensus & manens incōphensus: tam omnem
 rationē pulchritudinis & decoris/ omnis virtutis/ ōnis boni in
 se cōtinens: & cuius omnis gloria ab intus est? Ille erit interior
 gloria nostra. Vt redūdante exterius gloria/ Interius incōtam-
 nata maneat. Omnis (inquit) gloria filię regis ab intus. & i epi-
 thalamio. Q̄ pulchra es amica mea: q̄ pulchra es: oculi tui (p-
 pter miram & catholicā simplicitatem) columbarū/ absq; eo qđ
 intrinsecus latet. Sed vnde ista omnis gloria: nisi a pientissimo
 IHESV qui gloria & honore coronatus: alios omnes pari glo-
 ria & honore coronare contendit: qui indutus est lamina sicut
 vestimento: qui speciosus est forma sup filios hominū: & in cu-
 sus labijs gratia omnis diffusa est: & propterea super omnia be-
 nedictus: is solus qui dignus habitus est aperire librum & solue-
 re signacula eius/ milū milibus istud attestantibus? Dignus est
 agnus qui occisus est: accipere virtutem/ & diuinitatē/ & sapiē-
 tiam/ & fortitudinē/ & honorem/ & gloriam/ & benedictionē/ &
 omnem creaturam quę in cōelo est: & super terrā/ & sub terra.
 Subdit. Et omnes audiuī dicentes. sedenti in throno & agno/
 Benedictio/ & honor/ & gloria/ & potestas/ in sęcula sęculorum
 amen. Et alio loco. Benedictio/ & claritas/ & gratiarum actio/
 honor/ virtus/ & fortitudo/ deo nostro in sęcula sęculorū. Amē.
 Tali igitur implemur letitia cū vultu suo: talibus panegyricis
 dominū deum nostrum qui fecit & redemit nos/ extollemus. ta-
 libus epithalamijs sponsum suum nostrę animę roseo eius san-
 guine dilute venerabūtur. ¶ Delectationes i dextera tua vsq;
 in finem. Omnis voluptas & delectatio in summa foelicitatis
 et beatitudinis tuę nunq̄ deficient: interminę erunt. Dextera
 patris (vt omnes eruditi existimāt) filius est: omnis vero p̄spe-

ritas & secundus successus filio ascribitur. Accingere (inquit) gla-
 dio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua & pulchri-
 tudine tua intende/ prospere procede/ & regna. Et in secundo
 psalmo. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion mon-
 tem sanctum eius/ prędicans pręceptum eius. Dominus dixit
 ad me filius meus es tu/ ego hodie genui te. Postula a me/ & da-
 bo tibi gentes/ hereditatem tuam/ & possessionem tuam termi-
 nos terrę. Reges eos in virga ferrea: & tanq̄ vas figuli confrin-
 ges eos. Et alio loco. Arcum cōteret & confringet arma: & scuta
 comburet igni. Et in Daniele. Potestas eius/ potestas æterna/
 quę non auferetur. Et regnum eius quod non corrumpetur.
 Erunt igitur delectationes nostrę/ in prosperis domini nostri
 IHESV CHRISTI successibus vsq; in finem. Sed in eo fine
 qui est in CHRISTO IHESV: qui æternus & manēs/ est finis.
 Finis enim legis CHRISTVS est ad iustitiam omni credenti.
 Et in apocalypsi Alpha & ω/ id est principium & finem se esse
 p̄dicat. Et ipse amor & charitas/ & finis pręcepti etiam charitas
 est. Omnes igitur delectationes nostrę vsq; in CHRISTVM
 dominū. Nec vltra/ aut extra ipsum vllas omnino licet quære-
 re delectationes. Quoniā per ipsum consequimur omnia: in quę
 consequenda nati sumus. Pulchram & candidam in ipso ven-
 dicamus immortalitatem: diuam & permanentē æternitatem.
 Nec in alio q̄ in ipso perpetuo subsistere possumus. non vel tantu-
 tillum in gratia/ aut virtute manere. Sunt & in dextera hoc est
 in summe voluptuaria potentia/ quę per dexteram designatur/
 sancti regnaturi: sed cum illo qui immensa sapientia/ potentia
 & amor est: quam potentiam quamve dexteram siquidem æter-
 ne manentem nullus potest concludere finis. Suscipient autem
 (ait Angelus in Daniele) regnum sancti dei altissimi: & obtine-
 bunt regnum vsq; in sęculum/ & in sęculum sęculorum. Vt for-
 tem nanciscantur capitis mēbra. Sed quod ait angelus ad Ioā-
 nem/ nobis summo terrori & formidini esse deberet. Nō intrabit
 (inquit) in eam cōlestem scilicet Hierusalem aliquid coinquina-
 tum/ aut abominationem faciens/ & mendacium: nisi qui scripti
 sunt in libro vitę agni. Ascribamur in sanctū numerū oportet:
 vt per portas ingredi mereamur/ quo ciues & domestici dei effi-
 ciamur: hæredes quidem dei: cohæredes autem CHRISTI.
 Atq; in partem sortis sanctorum conscribamur in lumine. Ibi in
 regno salutis/ & omnis delectationis absterfa erit omnis lachri-
 ma ab oculis sanctorum/ & mors vltra non erit. Vbi imperia sua

In psalmum XV

aget Christi formis funditus vita. Non luctus & vltices ibi ponent cubilia curæ. Ibi pax vna erit: vbi vel solum in ciuitate pacis regnabunt. Sit igitur quædiu hic agimus incohata quædam delectatio: sed in spiritu & veritate: quæ nobis ad supereminentem pacem gradum faciet/ præstabit ascensum. Pax paci committetur: & voluptas voluptati: ordo charitatis pulcherrimus/ summò illi ordini conferetur. Et tantum habentes prælagium futurorum bonorum dicemus cum Anna. Exultabit cor meum in domino. Nec enim in alio exultare licet. Exultabit: pro eo quod est exultat in presenti: & magis ac magis exultabit in futuro. Et iam certitudinem habens illius regni futuri: subdit. Et exaltatum est cornu meum: hoc est regnum meum/ in deo IHESV meo. IHESVS enim salutaris est. vt a quo veluti a fonte vberissimo omnis prodeat salus. Viden vt in mysterio nec sine arte diuina/ præsens futurumque connectit. Vt laus laudi committatur iungaturque/ & foelicitas foelicitati: exultatio exultationi: & iucunditati iucunditas: gratia tandem gloriæ. Nec merita nostra in numerum habenda sunt: sed omnia diuinæ imputanda gratiæ: & benignitati: quam proxime sequitur gloria. Ipse vero vtramque placidissime dare nouit. Gratiam (inquit) & gloriam dabit dominus. Isto itinere laudis ad illam festinemus immortalitatem. Sacrificium (inquit) laudis honorificabit me: & illic iter quo ostendam illi salutare dei: iter nimirum exultationis & laudis/ ad æternam laudem sine fine mansuram. Sed ad fontem benignitatis recurrendum: vnde verior laus est. Inde habemus vt laudare possimus. His spiritualibus laudis sacrificijs ad illa properabimus æterna sacrificia. Ioannes in octauo suæ reuelationis capite. Et alius angelus venit & stetit ante altare habens thuribulum aureum: & data sunt illi incensa multa. Vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum: quod est ante thronum dei. Et Moyses sacrificia/ tabernaculum/ & mysteria omnia iubetur facere secundum exemplar/ quod illi in monte monstratum est. Istitis igitur initiatis sacrificijs/ & hostijs ad consummatas & perficientes cum hostias tum meliores purificationes/ siue perfectiones/ aliquando hoc præstante domino nostro IHESV CHRISTO/ veniemus. Istitis initijs venit ad perfectissima exemplaria verorum. Paulus in epistola ad Hebræos ait. Necessè est ergo exemplaria/ exemplaria quidem cœlestium his mundari: ipsa autem cœlestia/ melioribus hostijs quæ istis. Non enim in manufacta sancta IHESVS introijt

Explanatio

114

exemplaria verorum: sed in ipsum cœlum vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Ipse enim sacrificium laudis veluti pontifex maximus in illis sanctis sanctorum continenter offert pro nobis. Quod paulo antea idem Apostolus explicauerat. Talem habemus pontificem/ qui confedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis: sanctorum minister: & tabernaculi veri/ quod fixit deus & non homo. Viden vt minister in cœlis siue in cœlorum sanctis est? Sed qualis minister erit: nisi optimus maximus pontifex sit? nisi continue mediator sit/ qui est benedictus in secula? Ipse cum spiritu sancto clamantes in cordibus nostris facit Abba pater. Et qui prius in veteri lege tantum noueramus dominum/ patrem nunquam: nunc suscepti in filios & in partem sortis sanctorum: parentem recognoscimus: ex durioribus in mitiora venientes: ex feruili quadam conditione in maximam & præcipuam libertatem. Qua libertate donauit nos CHRISTVS. Quales ibi esse poterunt delectationes: quæ in pascuis æternis nobis preparatæ sunt? In loco pascuæ (ait vir iustus) ibi me collocauit. Quando super semitas iustitiæ (quæ omnis virtus est) deducti gradiemur: deducti quidem non nostri causa/ aut vlla occasione: sed propter nomen suum. Hæc erit æterna merces nostra: æterna retributio nostra. Pro non dignis meritis reddet dominus suæ gratiæ & gloriæ/ ineffabilia & quæ vim nostram excedunt donaria: illud principale & ineffabile in omnes congiarium/ optimi maximi principis munus: καὶ τὰς χάριτας id est gratias. Suæ iam in arrabonem concessæ voluptati/ sed in domino IHESV: reddet quidem voluptatem/ quam significatius ἡ Δομήν vocant. ἡ Δεσφ etiam delectabile/ ἡ Δίσορ suauiissimum quæ proxime & re & nuncupatione sibi coherent/ ob eam causam fortasse quod verior voluptas ex sese perpetuo delectabilis & suauiissima sit: quippe quæ virtutis vnica comes/ & illi maxime iuncta est. ἡ Δίσορ τὸ Δικαιότατον id est iucundissimum quod iustissimum est. Sua reuifet signacula pater: veritatem conferet vmbri: & imaginibus sua vnde desumpta fuerant exemplaria. Et talibus typis veriora prototypa/ & formas cœlestium/ sese suis tunc penitus dedens effectis. Suspiremus igitur in illam foelicitatem: in illas tantum illicientes voluptates. Momentaneas in æternas commutantes/ fluxas & fragiles immo falsas/ in verissimas & constantes/ & quæ vera non falsa imagine afficiunt. Id quod tandem consequi dabitur/ si iuxta Apostolum æmulemur charismata meliora: melioribus operibus intendentes: in pectore/ & in medijs cor-

In psalmum XV

dis penetralibus habentes Διήλωσις καὶ ἀλήθειαν diolōsi
& alethian/hoc est manifestationem/& veritatem. Sit diuina ra-
tio & lex iuncta operibus. Sit eisdem iuncta fides. Luceat lux
nostra coram hominibus; vt videant bona opera nostra:& glo-
rificent patrem nostrum/qui in caelis est. Luceat contra/lumen
vultus dominici in nobis. De quo dictum est. Signatū est super
nos lumen vultus tui domine; dedisti lætitiā in corde meo.
Effundat spiritus sanctus/ atq; in vniuersum illa super sancta &
ineffabilis trias vñtionem suam in nobis; vt non videntes vi-
deamus intelligamusq; vt vel ipso affectu & voluntate/ grandi
quodā miraculo/ mystice quidem secretiora percipiamus. Pul-
chre Ioannes. Et non necesse habetis (inquit) vt aliquis doceat
vos: sed sicut vñctio eius: docet vos de omnibus. Diuinis tum
vt emur susceptionibus/ nequaquā actionibus: diuiniore oleo per-
uncti: atq; ob id in admirabiles radios paratiores/ ista illo faci-
ente miracula: qui vere deus absconditus est: IAH SAVAH
hoc est de⁹ velat⁹. Vitā tum viuem⁹ foelicē. Qui lucernas quoq;
ardentes in manibus etiam iubemur habere: & lumbos præcin-
ctos: sed diuina ἀρετή (av quā vocāt) puritate/ castionia/ lactimo-
nia/ reuerentia. Id quod agentes speramus/ hic quā diu vitā tran-
igemus a domino nostro IHESV CHRISTO conseruari: atq;
in alio immortalitatis seculo/ gloria & honore coronari: & se-
cundū quod dicit Apostolus/ ab eodem superuestriri: cui est glo-
ria & imperium cum deo patre & spiritu sancto in secula seculo-
rum. Amen.

Explanationis
decimiquinti
Psalmi
Finis.

ALANVS VARENIVS VENERANDO VIRO GEOR-
GIO GRATIONOPOLITANO PRESBYTERO INTE-
GERRIMO RELIGIOSISSIMOQVE: ET OMNIBVS
QVI IN EA REGIONE SVNT VENERANDIS PRES-
BYTREIS S. P. D.



Ortari nos frater Georgij: vt aliquid in psal-
mum decimū quintum. Cōserua me domine:
tibi/q; semp nos amasti coluistiq; edisseram⁹.
Magnum istud quidem & importabile nobis:
vt q; nichil sumus/audeam⁹ de sanctis litteris
vel minimū dicere: præcipue post veteres qui
tantam sensuum e penetralibus sacrorū edu-
xere miestatem: vt superfluū videat⁹/ post deiferos viros quicq;
in medium afferre velle. Quum hoc tēpore maxime verum illud
etiam ex prima litterę fronte videatur: nichil nouum super ter-
ram esse: hoc est nichil noui afferri posse in sanctarum litterarum
sensibus. Ista nos (fateor) deterrebāt: sed malimus tibi morem
gerere: qui officij nichil vnq; in nos p̄termisisti: siue per diuinas
actiones: siue supplicia vota/& effusas continenter in deum pro
nobis misellis preces: quibus & tibi debemus plurimū: q; igna-
uia silentio aut postrema desperatione rem omnē deferere. Imi-
tati sumus in hac re veteres: nec veriti sumus ex iporum labo-
ribus/ non nichil vsurpare: atq; in nostra trāsferre. Nec tam ex-
positionis q; familiaris colloquutionis gratia/quædam adieci-
mus/ quæ non prorsus aliena videbantur: nobismetipsis iu-
xta Hysmenium Hieronymumq; canentes: si aures surdæ sunt
ceterorum. Sed res minor est q; vt præfatione indigeat. In pro-
uerbio est. Omnia vel contemptibilia in vtilitatem nostram co-
genda esse. Et nos ex diuinis humanisq; in diuinas confurga-
mus edes:& præcipue ex diuinis/quib⁹ cum vltamūdanis ma-
ius symbolum est & sympathia vicini⁹. Agamus hanc cimbā
nostrā vel rimis plurimis fatiscentē. Impellamus illam cōtrarijs
superatis auris in portum incōparabilis quietis firmissimum:
& vnā habētes propositam fidem veluti firmissimam ancho-
ram/ in maiora feramur. Labētes firmabit dominus: collapsos
eriget tādē. Nec sinet pie in diuinos fulgores accedentes pe-
nitus errare: qui summa illuminatio est. Et in nobis frequētius/
id q; nō aduertētibus loquitur. In illis negociati sunt patres no-
stri. Illis q; non intendentes plurimū afficiebantur. Vini enim

habent diuina verba non modicam/vel auribus solum percœpta. Et mirum est quantum præcordia & penetralia illustrent. Tantum habent momenti/ diuini cantus necdum intellecti. Intelligunt diuinæ mentes: intelligunt angelica numina tum vim aliquã secretiorē infillãtia & diuinos imittentia affectu. Renouãtur omnes animi vires: & pro secordia & torpore/ cœlesti anuente fauore pulcherrimam induimus vigilantiam. Et pro veterno/ diuinorũ sensuũ accipimus nouitatem: vitam tum quã hic agentes/ viuentes angelicam. Et in terris positi in illo cœlesti liberius spatiamur ambitu: admirati ibi cœlestis tabernaculi pulchritudinem & magnificentiã admirati ciuium incomparabilẽ speciem/ & candorem: loci paradisiaci amœnitatem/ incredibilem ministrantium ordinem & dispositionem: ibi nõ terrenascentium: sed cœlinaſcentiũ miram vbertatem/ fœcũditatem/ vim. Ibi lignum vitæ esse non ire possumus inficias. Dabo illi (inquit) edere deligno vitę quod est in paradiso dei mei. Quale vero/ quantum ve illud vitæ lignum sit: existimo nosse neminẽ: nisi rei ipsius obiectu & experimento didicerit. Possumus illa tenuiter ex diuinorum voluminum lectione/ & luce coniectare. In quibus cum vis maxima sit: amplitudinẽ tamen maiorem/ (quã hic nancisci possumus) portendunt. Quin igitur his diuinis & plusquã eburneis gradibus in diuinas ædes cõtendimus: duce sapientia & turba multi genarum comitante virtutum: illic gradientes/ vbi decor & pulchritudo suam potissimum sedem delegerunt/ vbi regnũ pacis/ lucis & omnis splendoris est. Vbi e promptuarijs & secretiore domini saluatoris cella largas diuinorum mysteriorum educemus copias: e gurgitibus dominicorum fontium omnem confestim sedaturi sitim: dominicum sanguinem & candorem tantæ seruatoris humanitatis/ pro omni cerusa & inficiente purpurisso sumentes: pulcherrimos alioqui pulchre corporationi admouentes colores: luce tandem vndiq; circũamicti diuina: faciem nostram obfirmantes quo in cœlestẽ cum domino IHESV contendamus Hierusalem. Et ipse (ait scriptura) faciem suam firmavit vt iret in Hierusalem. Quid igitur istis incumbimus momẽtaneis & perituris rebus: vbi nichil pacatum/ tranquillum nichil: perturbatiões habentur innumera-biles: multiplex miseria? Hoc nobis vnã diuinarũ scripturarum relictum est solatium. In illis speciem quandam æternorum habemus bonorum. Casta sunt illa eloquia illis olim credita: sed nobis amplius per omnem modum manifestata: qui


spiritualem & nouum agentes hominẽ: spiritum in illis conij-cimus/ non iacentem & pene mortuum: satis nobis persuasum habentes litteram quidem occidere: spiritum autem viuificare: gloriam filiæ regis quæ ab intus est & dominici vultus claritatem cõtemplantes. Nichil in tantis mysterijs & eloquijs impensiculatum/ nichil non plane quantum assequi potest mortalis fragilitas/ perspectum relinquentes. Omnem poscetes sperantesq; opem a domino IHESV pientissimo patre & saluatore nostro. Ille vnus sensus est: ipse intelligentia & diuinorum eloquiorum penitissimum sacramentum. Ille lapis totius templi dominici angularis: ille totius montis mystici excisus lapis: qui creuit etiam in montem magnum: templi dominici fundamentum/ & fastigium totius mystici corporis aureum. mons est/ fundamentum est. Si oliuam facis ecclesiam/ CHRISTVS IHESVS radix est. Aedis quoq; nostrę sacratoris ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΟΝ id est altare: diuinis incensis semper odorum & iugi flamma coruscans: erectum ipsum quidem in titulum superfuso omnis exultationis/ & lætitiæ oliuo. Tabernaculi quale fixit deus & non homo celeberrimũ & multo plurimis sacramentis signatum propiciatorium. Quid plura: gregis dominici pastor est. sponsæ ecclesiæ pulcherrimę illius quidem/ spõsus in tam vasto cœlestium & terrestrium regno rex vnus. De quo dicit Ioannes/ fuisse in eius femore conscriptum. Rex regum & dominus dominantium/ & deum deorum dominũ loquutum fuisse. Hic est vnus mons supra verticem omnium montium collacatus: ad quem vniuersæ gentes venturæ erant: & iam iam pro maxima parte venerunt. Filius est patriſfamilias/ qui pro vberioris vineæ custodia mortem oppetere haud indignatus est. Medius nostrum erat: quem olim nesciebamus/ nunc vero iam non secundum carnem nouimus/ qui mediator dei atq; hominum est. Sacramenta septem stellarum: immo ipsas septem & in eo sacramento õnes in manu sua cõtinent ecclesias. Ad ipsum igitur accedẽtes veluti ad patrem superbenignum/ illuminationem & ingentem charitatis flãmam recipiemus. Quibus & obscura quęcũq; plenam recipient illuminationem. Et quę longo situ & graui tãbe obtorpuerant: diuino affecta incendio/ in pristinos calores restituentur/ atq; incendia: in spirituales flãmas incurrent/ mire interiorem atq; exteriorem hominem inflãmantes. Olim sedẽtibus in tenebris atq; vmbra mortis lux orta est. nunc vero exurgentibus in lucẽ/ potiora celsi luminis infundetur mu-

nera. Et qui omnis virtus eaq; superduina & herolca est: omni nos virtute & tam sacris muneribus donabit/lumina infundet de splendoribus eternis sempiterna. Post sacram cum illuminationem tum purgationem/ omni nos super sancta perfectione afficiet/ in potiores tum sedes & ordines elatos. Ibi in tantis fastigiis letabimur ab ubertate illius diuine domus: & abunde de torrente voluptatis dominice potati: hauriemus etiam in gaudio de fontibus saluatoris. Nichil nos tum pigebit has sedes: has saxosas coualles: hec dubia loca & tam vastum mundanum mare ubi reptilia quorum non est numerus/ reliquisse: foelliciore tamen nactos sortem: & pro omni dubietate manentem securitatem: pro tristibus tam festiua & leta: pro miscellaneis & que plerumque in deteriora vergebant purissima/integerrima & que nichil unquam sitis aut cariei obducere possint. Cessabunt tunc mi Georgij nostre frequentiores querelę et durissima lamęta: et pro omni timore celestia tum nascemur & que peribunt nunquam promissa. Ego vero exoratum te velim idque obtinuisse mi frater/ ut sollicitus ad dominum preces fundas: & illos omnes venerandos sacerdotes/ christos & unctos domini quibus mirum in modum ob ingentem illorum in nos amorem beniuolentiam charitatem sumus deuincti debemusque/ in eam rem cohorteris: quo tandem foelicissimam illam sortem nanciscamur omnes: & cum illo agamus: qui omnis amor est: omne gaudium & sacrosancta perfruitio nostra. demum omne bonum / & foelicitas.

V * A L E.

Explanatio in psalmum quinquagesimum tertium. Deus in nomine tuo saluum me fac.

In tituli inscriptionem. Victori in psalmis. Eruditio David: cum venissent Ziphęi et dixissent Saul. Nonne David absconditus est apud nos.



Vxta Hieronymum in libro de hebraicis locis/ nominibus & interpretatione/ Ziph vicus est in tribu Iuda. & inde Ziphęi dicuntur qui interpretantur florentes id est peccatores qui quasi florantes & virides sunt in presentia vita. Pulchre dicit propheta. Ois caro foenum et omnis gloria eius: sicut flos agrı. Quia quod siccum est/ igni reseruatur: propterea deputatur in poenam: sancti ad regnum. Et qui florentes esse videntur: quando venerit estas iudicij/arescent. Vnde de iustis dictum est. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus que in libano est/ multiplicabit. Quasi simul cum floritione sit & candor & diuina multiplicatio siue foecunditas: quando sibi & aliis fructum afferentes/ non paruo v sui erunt Pulchre Iob de peccatore. Qui quasi flos egreditur & conterit: & fugit velut ymbra: & nunquam in eodem statu permanet. Siquidem in seipsis penitus inconstantes decidant: nec quicquam stabile aut firmum habeant/ cum in solo deo vera sit omnis firmitudo & constantia. Ego (inquit) deus & non mutor: cuius nomen & virtus in eternum permanet. Et qui etiam in angelis inuenit prauitatem: solus est purissimus/ perfectissimus/ absolutissimusque. qui totus nazareus et florens siue floridus fuit ab utero matris sue: imo vero a diuini & superadmirabilis conceptus momento. Qui ergo iustus est: iustissimo in iuxta iustificetur adhuc: peccatores vero ad dominum reuertantur ab illo benignissimis complexibus suscepturi. Ab illo nanciscuntur integritatem/ perfectionem & quod mirum magis est/ illam quam perdiderant integritatem & puritatem. Tu fornicata es (ait) cum amatoribus multis: sed ventus suscipiam te. Sancti igitur hic aridi videntur: sed in consummatione seculi erunt florentissimi & vernantes. David fuit absconditus in inferiore parte terre: & dominus cuius David typum gessit/ in utero sanctę Marię: & in vna gente Iudeorum: & diuinitas in carne CHRISTI. Posset etiam dominus intelligi in sepulchro absconditus: & nos omnes illi consepulti in baptismo.

In psalmum. LIII.

atq; in umbra alarum suarum nō tam absconditi q̄ ab omni ho-
stis impugnatione defensi/diūne veritatis scuto protecti. Scuto
(inquit) circumdabit te veritas eius: nō timebis a timore no-
cturno. Atq; vt domini corpus a diuinitate seruabatur: non alle-
ter nos qui eius sumus corpus mysticū ab eadem ex omni par-
te circūmunimur. Scuto (inquit) bonę voluntatis tuę coronasti
nos. Quę vero bona voluntas dei: nisi sancta & supeadmirabi-
lis diuinitas? Ipse nobis sicut aquila est prouocans ad volan-
dum pullos suos: & super eos voltans: diūne sanctificationis
& salutis alas per omnia extendens: quibus etiam pedes domi-
ni/velantur: nedum caput. Nos dominici pedes: quando ini-
mici domini pedibus nostris subiiciuntur. In libro Genesis di-
ctum est ad serpentem. Tu obseruabis calcaneum eius: & ip-
sa conteret caput tuum. & donec ponat inimicos tuos scabel-
lum pedum tuorū. Illorum quidem pedum qui stāt in directo,
de quibus forte dictum est. Quisquid calcauerit pes tuus: tuum
erit. Et in propheta significantius. Cœlum michi sedes est: &
terra scabellum pedum meorum. Vt quando hoc circūagimur
corpore/quod aggrauat animam/& paruuli sumus in CHRIS-
TO quibus lac potum donet Apostolus: non solidum cibum
in pedes domini recenseamur/ siue in scabello pedum eius.
Si vero in anteriora nos extendamus: proficiemus quandoq;
in eos gradus: vt cum beatissimis numinibus in sedem dñi sufficia-
mur meliore quādoq; profectu/a terra in cœlū ascēsurū vt tū si-
mus noua creatura in Christo. Et in Esaya legimus. Et ea quę
sub ipso erant/replebant templum. Qui vero magis possunt
replere templum domini: q̄ sancti & dei ferri viri? Dominici er-
go alii tales pedes qui ornatī & preparati sunt de euangelio/
teguntur. Siue secundum alios Dauid personam egit CHRIS-
TI orātis in horto. Ziphēi Iude traditoris: Abner & compli-
ces principum sacerdotum & cohortis. Respondent conueni-
enter noua veteribus: & lapidi angulari qui dominus IHESVS
est/singula diuina sorte conueniunt/qui dissoluto pariete me-
dio/fecit vtraq; vnum. Ipse dominus IHESVS vetera aperit
mysteria. & tali veritatis incendio mentes catholicorum perur-
get. Nonne (inquit) cor nostrum ardēs erat dum nobis loque-
retur in via: & aperiret scripturas? Et cōtra. Veteres patres do-
minum IHESVM indicant qui per omnia & in omnibus des-
criptus erat. In his precipue qui pertinebant ad euāgelium: nec
tam sub Mose q̄ sub domino IHESV erant. secundum quod di-
cit dominus, Abraham desiderauit videre diem meum: vidit &

Explanatio.

118

gaussus est. Et alio loco. Si crederitis Moyse / crederetis vtiq;
& michi: de me enim ille loquutus est. Infinitum esset enarrare
velle quibus dominus enigmatibus & figuris olim i sanctis effor-
mabatur. Et secundum Hieronymū/hic psalmus dominici ho-
minis orationem continet in assumpta carne/ in forma serui/
ad passionem accedentis. quē de more ipsum nonnunq̄ pro se:
nonnunq̄ pro corpore suo mystico orantem introducemus.

Psalmus

LIII.

DEus in nomine tuo saluum me fac: et in virtu-
te tua iudica me.

DE Legati & quicunq; in alieno solo peregrini/ in no-
mine principum aliquorum aut prepotentis regis
salutem & tuitionem his pro quibus legatione funguntur fre-
quenter obtinent. Fuit Apostolus vas domini delectum: in quo
diuinum vbiq; nomē portaretur. Est michi (inquit dñs) vas ele-
ctionis: vt portet nomen meum per vniuersas gentes. In quo
noīe/ in quo saluari salutem sibi peregrino & alijs oībus huius
terre accolis & summam petentibus Hierusalem/ vendicauit.
Nec enim (vt in actis Apostolorum conscriptum obseruamus)
aliud est nomen datum hominibus: in quo oporteat nos saluos
fieri. vt in nomine IHESV omne genu flectatur cœlestiū/ ter-
restrium/ & infernorum. Hoc est fortasse nomen aut illius tanti
nominis simulachrum quod fidelibus & diuini nominis aman-
tissimis pollicetur dominus. Et dabo illi calculum candidum &
in calculo nomen nouum: quod nemo scit/ nisi qui accipit. Ne-
mo (inquit) potest dicere dominum IHESVM / nisi in spiritu
sancto. Nisi flammis incendamur spiritus sancti/ nō poterimus
dominum IHESVM sapere: non poterimus illum nosse. Con-
tingit autē bifariam in nomine domini quicq; agere: vere quise-
dem siue affirmatiue/ et infictiue. Vere illi quidē inuocant no-
men domini: qui in spiritu sancto inuocant/ qui ardenti zelo &
charitate & nuncupationē & eius admirabilem psequuntur vir-
tutē. Alijs aliter euenit: quibus dicentibus/ dñe in nomine tuo
prophetauim⁹ & i noīe tuo demonia elecim⁹: a dño respōsum
est. Amen amē dico vobis nescio vos. Ite (quod dimittētis est) o-
perari iniquitatis. Tam est tunc diuinū nomē eius substantię &
entelechię vt i vnū cū substantia abeat. Quare si entelechia infi-
nita aut incōprehēnsibilis ē: & nomē spm infinitū et incōphēnsibile
erit. si virt⁹ illa admirabilis & oībūfica: et nomē admirabile &

omnifalificum erit. Quid petis (inquit) nomen meum: quod est admirabile και θαυμαστον. Siue etiam patris nomen sit, nec enim peculiari noie caret illa tãta & fontana & diuina maiestas quecunq; illa est imperscrutabilis atq; ineffabilis que cum alijs infinitis illustratiõib9; & noie & cognomẽto etiã insignis est, vel ipõ tetragramatõ noie. Orat igit dñs IHESVS CHRISTVS: carnis ostẽdẽs infirmitatẽ, Cõditor admirabilis & insignis pater/ admirãda diuine prolis origo & omniũ siue coelestiũ siue terrestriũ initialis & suprema origo/ ppter nomen tuũ qd̃ est admirabile: omnem virtutem & gratiam p̃cipua habens ratione: propter logon/ verbum/ incõparabilem sapientiam tuã: ob insigne illud salutare quod vniuerso illucet mundo: cui humanitas mea diuino & intelligibili fœdere iũcta est: tu pater diuina tua potẽtia a sũmis maximisq; ad ima vsq; ptingis sũma quadã dignatiõẽ/ siue illa benignitas sit siue magnanimitas/ dignat9 es gen9 humanũ in illi9 cõplexus & mirã salutẽ quoquomodo: destinato me filio tuo vnigenito/ descẽdẽs: sancta & diuina saluatione sup̃ diuino saluari (q & p̃cipua hũilitas est) oẽs cõdonãs. Exinanit (inqt) semetipm: formã serui accipiẽs/ in similitudinẽ hominũ factus & habitu inuentus vt homo. Omnẽ hic diuinus cõplexus superat mentem: omnẽ facile peruincit angelicorum numinũ captum. Et gratia omnis & benedictio illi superbenedictẽ complexionĩ. Et in virtute tua iudica me. Si fortis se fortis orem habeat oppugnatẽ: virtute superiori iuuetur oportet: ne expugnetur. Qui si forte tãtẽ virtutis gẽmam apud patrem esse sciret/ quam si haberet facile omnes superaret hostes: nonne illã summopere a parẽte suo optimo maximo in grauissimis p̃cipue periculis exposceret: & ppe quotidiano cõuitio efflagitaret? Quippe quod p̃sens sibi esset remediũ/ contra inimicorũ omniũ impetus: nec mortem vnq; incurrere posset: si tanto insignitus esset thesauro. Et nimirũ: virt9 quidẽ diuina/ auxiliũ siue gratia ille tam p̃ciosus lapis est/ illa tam insignis armatura: secundum quam in tantis discriminibus iudicari & vindicari se petit. Iudicari quidem secundũ eam fortitudinẽ: qua p̃sente omnia sint in robore: & diuinã facile susceptionẽ/ & fauorabilem sperare possit: ob eam vnã virtutem/ sententiã iustissimã esse/ ipsa haud dubie/ causã incõparabilib9 modis iustificãte: que si abfuerit: nichil equabile/ nichil sanctum: nichil diuinũ esse possit. Hęc ingens robur spiritus sancti est: quo vno p̃sente/ coelos omnes vt dñs IHESVS superare (fœlici nacta resurrectione) possumus/ & curru veluti igneo de Helia in summa conscẽdere fastigia: ab

omnibus tutati hostium infidels & iam plenã libertatem consequuti. Post tanta munera & spiritus vltifici illustrationẽ/ In ei9 istamus dextera. vt dominus IHESVS mortuus est ex infirmitate carnis: nunc autem vult ex virtute dei: et nos superatis omnibus infirmitatibus exacta vita p̃senti: tandem cum ipõ qui vera vita est: spiritaliter immortaliterq; viuemus. Iudicium nunc in liberationem: nunc in dãnationem fertur. At nostra illa sententia est virtute diuina lata: suẽ diuine ipsa gratie fauorabiles vultus nequaquã virtutum nostrarum aspiciente. Qua illi cõformes efficimur: & in eius regnum atq; imperium asciscimur: & censemur cũ illis qui conscripti sunt in coelis in illa ecclesia primitiuorum. Cum illis quidem qui sunt primitie deo & agno: nec primogenita vnq; ab sese alienarunt: imo ingenti virtute & omni conatu suo & primogenita et omnem virtutem & potestatem allorũ sortiti sunt. Vt quicquid esset virtutis aliunde cõquisitum: suum facerent: sibi de mãmona iniquitatis amicos procurantes, qui eos iuxta cõmonitionem euangelicam deducerent in eterna tabernacula.

2 **D**Eus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

¶ Deus me9 sint apud te admisse preces & humiles supplicationes me9. Adhibe audientes & benignas aures tuas verbis & supplicibus votis meis. Filius cõsciũs omnium secretorũ patris fidens audensq; porrigit vni parenti preces: sibi de patre plurima: imo vero omnia persuadens. Id vero maxime: si studiosissimum patrẽ/ studiosissim9 filius imitetur: si oibus eius nouerit parere nutibus eius vnice volũtatis optimus affecla. Quis prior: quis equabilior suo patri/ fili9 esse potest: q̃ eterni atq; immensi patris simul eternus atq; immensus filius: optimi patris optima & clarissima proles? Qui secundũ humanitatem assumptam orans/ fauorabiliter exaudiri meretur. Ille quidem ad quẽ dictum est: filius meus es tu: ego hodie genui te, ad quẽ etiam singulariter dictũ est. Postula a me immortalẽ & eterno immortalis & eterne fili/ a me summa vnitãte/ tu summa simul vnitãs: et per omnia similis equalitas. A tali parente igitur filius pro assumpta humanitate & corpore ecclesie mystico petit vt eternis illis auribus sed spiritalibus & que formam nullam corporis habent: sed omnes in pura exauditione cõsistunt: suẽ supplicationes sint penitus admisse. Pro illis (inquit) rogo: nõ pro mundo rogo: & pater transeat a me calix vite: verũtamen non

In psalmum. LIII.

sicut ego volo / sed sicut tu. Vt par sit tibi per omnia consensus. ut a pariete vno / dato: & a filio suscepto nomine: omnium sit & exorietur vna salus / & a tanta equalitate vna prodeat virtus: vnus amor / vna tanta coelestis incendii coagmetatio / a qua omnes mire saluemur / suscipiamur / iudicemurq; sed favorabili & plausibili iudicio & iustitia. cui eterne atq; immortalis sit honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me / et fortes quesierunt animam meam: et non proposuerunt deum ante conspectum suum.

¶ Si inferior aliquis opprimeretur: & qui viribus esset ad obstandum impotens: & tum forte maxime impeteretur ab hostibus istisq; inimicis & barbaris nec deum / pietate / aut iustitiam pre oculis habentibus: nū ista suo fortissimo & penes quem omne imperium robur & victoria esset patri aut domino exponeret: Vt illum: re coram exposita ad commiserationem flecteret: Quo in maximis periculis & discrimenibus maximam impetraret opem: diceretq; Quonia alieni insurrexerunt aduersum me: & fortes quesierunt animam meam: & non proposuerunt deum ante conspectum suum. Et sit dictum quoq; in persona membrorum. ut seruus domini quicumq; dicat. Ego (inquit) quicquid fortis armatus ex te nactus diuinioribus armis custodire atrium meum: essentq; intus in pace omnia sintq; at princeps huius mundi & sui coplices me delibere de gradu & atrio michi in custodia tradito molluntur: optimum maximum et e rep. factum sibi arbitror: si re exposita tuam o infinita virtus & potestas / implorem opem / abs quo / loco atq; imitatione veri atq; immortalis filij in adoptionem ascitus sum. Nichil mirum videbitur: si tantis tenebris me offundentibus vnus lucis expetam opem: si virtutis optime & prestabilissime agmine victorum me consortim e gradu & sede virtutis immobilis deturbare molente: et quod prorsus grandis michi noxa esset / e gratia atq; ineffabilis amore in postremissimum dei angelicorum atq; aliorum numerum odium. Nec deum ipsi sibi proponunt: sed omnem penitus deformitatem & labem: qua me tandem (sublata omni pulchritudine) inficiant. stigmata & characteres inficientis bestie inurant & deformes faciant hos coelestes & diuinos vultus. Vt agam imaginem terreni: qui imagine coelestis antea fueram affectus: & pro omni candore coelesti & tanto illius diuine lucis momento atq; asylo (ut in culus vultus lumine videre ineffabile lumen) mergerer profundo. Vbi luctus & vtrices seruant cubilla cure: vbi fera-

Explanatio.

120

illum detrimetorum & vindicis poene omnia summa est. Noueris optime pater nostra signa / illorum signis esse contraria. Nos candorem & lucem pro omni insigni / gerimus immortalis: illi contrarias habere tenebras. Nos te summum & verum deum / deum omnium bonum / liberalissimum clementissimumq; illi characterem & imaginem habent bestie & antiqui serpentis. Facilis igitur te annuente erit victoria pater. Sed hec vna precibus forte & summa abstinencia obtineri potest: secundum quod olim dixit vnigenitus filius tuus. Hoc genus demoniorum non deicit: nisi per orationem & ieiunium. Fundamus igitur preces: quo auribus tandem percipiat clementissimus pater verba oris nostri: re palam exposita. Quonia alieni insurrexerunt aduersum me: & fortes quesierunt animam meam: & non proposuerunt deum ante conspectum suum. Potest istud referri ad Iudeos: qui tum alieni quesierunt dominum IHESV aiam & vitam: de quibus dictum est. Filii alieni mentis sunt michi. Alieni quippe erant: qui vitam illius peterent: qui eos saluare venerat. Non veni (ait) nisi ad oues que perierunt domus Israel. & quam vineam expectauerat dominus ut fructum et meliores vvas produceret: fecit vvas acerbis. Fortes: Herodes et principes sacerdotum magis visi sunt / quam haud dubie essent. Non haberes potestatem aduersum me vllam: nisi tibi datum esset desuper. et de ecclesia dictum est. Et portae inferi non preualebunt aduersus eam. siue portae ille hereticorum dogmata sint siue victorum Ianua / qua ex opposito respondet virtutum plurimarum clarissimis portis. Vt quot vitia sunt: totidem victorum portae esse credantur. Atq; idem oppositi analogia / de virtutibus sentiendum. Et alio loco. Tot esse victorum ciuitates: quot vitia sunt. Inimici defecerunt framee in finem: ciuitates eorum destruxisti. ut diuinarum urbiu fulgor contrarias deleret ciuitates. Quod autem dicit. Non proposuerunt deum ante conspectum suum: ita accipiendum est. non poterant in faciem Moysi intendere / quod glorificata & plurimo lumine splendens esset. Non poterant etiam filii alieni sub velamine carnis domini IHESV Christi intelligere diuinitatem. secundum quod dicit Aplos. Quonia si cognouissent: nunquam dominum gloriae crucifixissent. Sed inexcusabiles erant: quod velamen ne intelligerent opposuerunt inuidiam. Poterant illi quidem ex scripturis diuinitatem domini IHESV simul & humanitatem colligere ex eo precipue loco Esaię. Puer natus est nobis. Et subdit. Deus fortis / pater futuri seculi / princeps pacis. Et ex. xxiiij. capite Hieremie. Et hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster. & ex alijs innumerabilibus. In Zacharia explicat videri de domino scriptum. Et aspicient in me quem transfixerunt. quasi de se loquat dominus in humanitate assumpta / sed de his haec tenent.

ECce enim deus adiuuat me: et dominus suscep-
tor est anime mee

¶ In psalmo interpositum secundum aliquos (licet in greco nihil tale contineatur) orationem imutat, vt ostendat dominum IHESVM in natura humana & nonnunquam in persona ecclesie orationem perorasse / & summo suo persuasisse parenti, nec aliter fieri poterat quin obsequerissimus filius / & in cuius ore inuentum est nunquam mendacium: a benignissimo audiret patre. Propterea subiungit, Ecce enim deus adiuuat me: diuinitas humanitate. Dominus susceptor est anime mee: qui illam domini IHESV animam arctissime diuinitati iunctam in dextera confedere fecit, tanto meliorem angelis effectam: quanto pre illis differentius nomen hereditauit. Cui enim aliquando dixit angelorum: sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos / scabellum pedum tuorum: Omnia subiecit sub pedibus eius. Ergo nichil dimisit non subiectum. Et si forte in scripturis ipsam sapientiam creatam deprehendas: quoad assumptam forte intellige humanitatem: siue quod in creatis & conditis rebus & talibus imaginibus diuinum exemplar (vt antea quoque diximus) esse dicat: quod omnia sit in omnibus, in se omnium creator & conditor, quando in ipso principio & eterna sapientia vniuersa sint condita. Et in patre vere vt est creator & dominus omnium. Licet (inquit) in mortem quam mea sponte desumpsi: ego descendam: tamen deus pater adiuuat me: quia non dabit sanctum suum videre corruptionem: & me in mortem descendente & corporis & anime separationem ipsa diuinitas continenter erit cum corpore & anima, ne quod semel assumpsit: aliquando dimittat. Siue iuult pater / quando in tanta per mortem acerbissimam explenda reparatione voluntatem dedit: ipsa humanitate in ingenti relicta certamine: vt pene a patre derelicta videretur. Propter quod orabat, Deus meus / vt quid dereliquisti me. Et Dominus susceptor est anime mee, quando reddita corpori anima est: & resurrexit ruptis inferni doloribus. Propter quod dicitur ad filium, Exurge gloria mea exurge psalterium & cithara. Et ipse ait, Exurgam diluculo. Et pater filium suscipit: & dominus IHESVS ecclesie sponsus & caput suam immaculatam suscipit ecclesiam non habentem maculam neque rugam: in illam dona charismatum plurima & amplissima influens. Potest & ad vnumquemque susceptum in fide quem sancto protectionis scuto dominus protegit: etiam referri. Si aliquis in medietate estuatis maris fluctibus positus: pcellis mire insurgentibus /

iam imminente naufragio presentemque vndique intentent omnia mortem / fidem habens / cui continenter spes vt soror iuncta est) certissimam / se a domino liberatum iri: num tales & similes quasi securus de liberatione ad dominum effundet preces: Ecce enim deus adiuuat me: dominus susceptor est anime mee. Iam iam in summis discriminibus presens allaturus auxiliu. Vexantur quotidie fideles: quos propter vnam fidem quem in densissimis tenebris positos: lux tamen diuina respicit / ipsum conterens sathanam sub pedibus eorum: & vi maxima ipsum arcens malignum: ipsum sequentem in caulas domini leonem / qui circuire nunquam cessat: assidue querens quem deuoret. Continue nos aper de silua inuadere satagit / & gemini ursi de saltu assidue infestant, sed bonus est dominus: qui non permittit nos ultra tentari quam ferre possimus. Auxiliator est & vnica anime nostre defensor / vna omnium tenebrarum illustratio. Et lux (ait Ioanes) in tenebris lucet / & tenebre eam non comprehenderunt. Nisi in lucem abeant illa ve subeant: nequaquam lucem comprehendunt tenebre: nec vitium manens vitium / virtutem consequi potest. Sit secessus oportet ab extremo in extremum: & relicto loco vitiorum precipiti: in virtutis apertissimos campos concedendum est / relictaque tenebrarum regione: in lucis loca foeta per omnem fidem comigrandum, & contemptis demonum insidijs: atque illis cruci domini nostri per ingentem nostram charitatem confixis: spectemus angelica presidia: imo vero domini nostri IHESV CHRISTI extentum ad omnem protectionem brachium: simulque omnes concinamus. Ecce enim dominus adiuuat me: dominus susceptor est anime mee. Perinde ac si diceret, Summa vita me alioqui me apte sorte in mortis vincula decidentem suscipit: mortem suscipit / vt mortem in vitam transformet: adiuuat infirmum debilemque: & fortem facit, immo omne quod infirmum est / abijciens: in robur ingens suscipit: quaecumque suboscuro in clarissimam lucem conuertens in sempiternae illustrationis nitorem / anime imperfectum / in summam quamdam & immortalam perfectionem. Quando corruptibile hoc: induit corruptionem / & mortalem immortalitatem: tunc fiet quod sermo scriptus est, absorpta est mors in victoria tua, prestate eodem domino nostro IHESV CHRISTO: cui regi seculorum / immortalis & inuisibilis est honor & imperium per infinita secula Amen.

A Verte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos.

¶ Mala quae cogitarunt & moliti sunt aduersum me: redudent in capita eorum: & in summa veritate disperde illos / qui loquuntur mendacium. Non enim alio magis quam veritate reuinci potest

falsitas. Et quomodo adueniente luce dispereunt tenebrae: non aliter imminente veritate periclitatur mendacia. Illa cum in circuitu dñi sit/ imo ipse dñs est: vbi cūq; dominus est: veritatem esse necesse est. Et veritas (inquit) in circuitu eius: quae veluti antesignana & internūcia/ viā dño omni fugato mendacio preparat. Ipsa quidem iuncta sororibus est. Misericordia (ait) & veritas praecedent faciem tuā. Simul sunt oēs diuinae virgines/ in mutua ruentes oscula & diuinos & plusq; splendidos occursum. Misericordia (inquit) & veritas obuauerunt sibi: iustitia & pax osculatę sunt. Erant in illo vno qui de se dixit. Ego sum (inquit) via/ veritas & vita: qui sumum olympum nūq; reliquit vnde & eius ortus. Et a summo (inquit) caelo: hoc est diuinitatis immensae caelo egressio eius: & occursum eius vsq; ad summum eius. Atq; vtrūq; mire volens monstrare complexū/ alio loco dicit. Veritas de terra orta est: hoc ē de pietissima θεοτόκου theotocou & deipara virgine: & iustitia de caelo prospexit. Quae clausus in vtero virginis/ summum caelum de quo diximus nunq; relinqueret. Malū & bonū recta facta cōparatione/ cōtraria sunt. Malū in malis/ vt in regione sua perpetuo agit: in bonis contra paulo momento non tam residet q̄ velociter pertransit: nec tam malū q̄ bonū est licet mali specimen propter presentem cruciatū afferre videatur. In bonis malū vires suas exuit: & cōtrarias induit. In malis malū pprie est: nec vllam boni speciem habet. De malis quippe bene merētes: malorū vt mala sunt positantur oportet. In bonis vero cōtra accidit. Propter quod dicit. Auerte mala inimicis meis: & stricto veritatis mucrone (qui gladius est spiritus qd̄ & verbum dei) cōtere eos/ dissipa illos/ vt vitium ipsum suo pte ingenio dissipatū & diuulsum est: & sibi ipsi dissentiēs/ neminē habet/ quo cum nisi cū malis cōuenire possit. quos pro sua sorte plurimis afficit circuitibus & dissipationibus. Vt impij in circuitu ambulēt & labyrinthū habeāt iexplicabile. Nec locum vsq; quietis iuente possint. Propterea in quodā loco dicit/ q̄ psequēbatur iustū: demersisti eos. Vitiū ingenti veritatis manu falsi & cōficti mendacij ciuitates destruit: & viribus pbitatis & iustitię validū exercitū iniquitatis atq; improbitatis penitē cōtundit. Atq; in alijs eodē pacto inuenias: vt contraria mala a cōtrarijs & oppositis bonis reuincantur. Vt tot forte positis ciuitatibus quot vitia sunt: illę oēs a diuino diuinarū vrbium exercitu funditus deleantur. Secundū quod dicit. Inimici defecerūt fraemea in finem: ciuitates eorū destruxisti: vt illis destructis ingrediamur per portas iustitię: quae in ciuitates/ siue vnā dei ciuitatē deducūt. vbi dñs deus/ qui oīs virtus est: diuinius agit/ atq; per

omnē virtutē veluti peruios adit⁹ in illā patet accessus. Quae cū multiplices sint: vna tamen p̄cipue diuinae charitatis porta est. Hęc (inquit) porta dñi/ iusti intrabunt in eā. Vt multitudo oīs in vnā cogatur eamq; pulcherrimā virtutē: quae oīm longe verissimā/ & pulcherrima sit: & diuinae admotior veritati: magis ac magis veritatē referat. Et q̄q; omnium virtutum noīe censerī possit: p̄cipuā tamen referat veritatem. Propter qd̄ dicit. Et in veritate tua disperdes illos/ siue ipsos siue in ipsis vitia intelligam⁹: quae a diuini amoris incēdio penitē exurātur. Tale incendiū veritas est/ iustitia/ liberalitas/ sanctitas/ & vera nō ficta magnitudo. Oibus robur & formā praestat. Addit pēnas siue argēteas siue quod maius est aureas: quo in caelos p̄strato & cōculcato hoste cōscēdāt. Mala sunt etiā inimicorū spolia/ pessimę sunt exuuię: qd̄ nichil habeāt quod demere possis. Illis igitur veluti mala & prophana relinquēda sunt: quae p̄petuo subiecta sunt anathemati: vt q̄cūq; posita sunt in ciuitate Hierico & mūdāna. Et benigni⁹ cōmonētem dñm audiam⁹. Immundū ne tetigeris/ ne cōtaminaueris: ne forte tu ipse polluaris & cōtaminaueris. Et ī veritate tua dispede illos. sed quae maior aut locupletior veritas q̄ dñi IHESV qui ipsa veritatis entelechia est: In summa igitur veritate/ ī summa sapiētia/ in summa & eterna virtute dispeduntur inimici/ quorū tela mendacij ignita quib⁹ misellas incēdunt aīas facile extinguntur. Veritatis scutū est: optie maxime virtutis vis quēdā efficax in qua omnium diuinorū simulachra imp̄ssa sūt. Vt ne vnū quidē desit: quasi in vnoquoq; vniuersa signa sint. Vt quod verum sit: idem etiā bonū/ pulchrum/ sapiens/ immortale eternū & alia id genus diuina simulachra etiam sit. Sint igitur plures inimici & vtcumq; plura vitia: vna veritate veluti multiplicis & omnigenae virtutis vim habente/ omnia conterentur/ dissipabunturq;. In vno domino IHESV omnis virtus est immo ipse omnis virtus est. In illa igitur tanta veritate tanq̄ in omni virtute sathanā & omnia capitalia monstra pedibus nostris subijcim⁹. Pater generans/ veritas est originalis & prima/ filius genita veritas eadēq; immensa & coeterna: spiritus sanctus p̄cedens veritas. hic funiculus triplex ter sanctae καὶ ὑπεραγίας veritatis difficile rumpitur. hac igitur in vno numine omnisancta veritate omnes conterimus aduersarias potestates: cui est honor & gloria per infinita secula.

6 **V**oluntarie sacrificabo tibi: et confitebor nomini tuo: quoniam bonum est.

In psalmum LIII

¶ Sacrificiū laudis/volūtarium sacrificiū est: sacrificiū iustitiæ/volūtariū sacrificiū est. Quid enim aliud est iustitia: nisi per quā iusta volum⁹ facimusq;? Statim in prima iustitię fronte volūtas. Et in alio loco sacrificiū labiorū cōfidentiū dño iubemur offerre. Ipsa vero cōfessio nisi interna & spōtanea sit: minime apud deū confessio est. Ipse enī scrutās corda/& renes deus. volūtarie igiſ illi per iustitiā/quę oīs virt⁹ est/& omnē laudē & sanctificationē sacrificabim⁹/lachrimis litabimus illi/nulla accepta magis sunt holocausta deo. Sacrificare nō tātū veniā petere est: sed generaliter sacrum facere. Sacras faciebat sanctus Abel oblatiōes suas quādo eius sacrificiū acceptissimū erat dño. Sacrū item Abraā quādo p̄ cœlestē ignem cōsumpto sacrificio: ei⁹ oīa interna a diuinitate/ab ip̄o dño/igne qdē sanctificāte cōcremata ostēdebātur. Melchisede ch panē & vinū offerens sacrificat/& nouū eternūq; ordinē sacerdoti portēdit. Helię sacrificiū sacro igne e cœlo emisso absumit:& diuīa p̄minēte/fortitudie sacerdotes baal ab eodē interficiunt. Non fuit veterū sanctorū patrū quisq; qui non sacrificium & libamen offerret dño. Dñs IHESVS CHRISTVS in illo cōsummante & immortalī sacrificio omnē impleuit iustitiā. Vetera absoluit oīa/illis alioqui tenebricosis intulit lucem: sanctis restituit veritatē simulachris: virtutē dedit eāq; sanctificantē perficientēq; illis/quę sequi deberēt cum sacramētis tum sacrificijs/data etiā anteriorib⁹ nō mediocri virtute. Vt ab ip̄o veluti a fonte vberimo/ōnes manarent vnde/oīs gratię exultationis/laudis/puritatis/τῆς ἀγνεύσεως diuinę & vltimandane sctitatis. Ab ip̄o omne cum purgatiū tum illuminatiū & p̄fectissimū sacrificiū: quoniā dñi IHESV holocaustum verissima sit purgatio/illuminatio/& p̄fectio: omniū haud absimiliū originalis causa. Ait igitur dñs noster in p̄sona sua. Voluntarie tibi meo patri sacrificabo: vitæ meę & corpis mei offerā holocaustū: quia sacrificium & oblationē noluit: aures autem perfecisti michi. Holocaustum pro peccato nō postulasti: tunc dixi/ ecce venio. In capite libri scriptū est de me: vtfacerem volūtatem tuā deus meus. Quā æternā/manentē & immobilem voluntatē sum ego semp sequutus. Nec vlla cogente necessitate domin⁹ IHESVS passus est: sed oblatus est: quia ip̄e voluit: factus maledictum vt antiquū chirographū quo cōfixi eramus maledicto & morti/penitus deleteret: peccata nostra & maledictum portans in corpore suo. Secundum quod scriptum eū. Maledictus omnis qui pendet in ligno. Vitam dedit: vt vitam redderet mundo: & ciuitatem ecclesię hac sua grauiſſima morte liberaret ab obsidione.

Explanatio.

122

Sic pater extra portā illum pati voluit: vt omnes tam qui intus q̄ qui extra essent/ ab eternis eriperet incendijs. In quarto regū volumine scriptū est. Et circūdata est ciuitas a fundibularijs: & magna ex parte p̄cussa. Quod cū vidisset rex Moab p̄ualuisse scilicet hostes: tulit secum septingentos viros educētes gladios/ vt irrūperent ad regem Edom/& non potuerunt. arripiensq; filium suum primogenitū qui regnaturus erat pro eo/ obtulit holocaustum super murum: & facta est indignatio magna in Israel: statimq; recesserunt ab eo. Et reuersi sunt in terrā suam. Et hoc est forte qd̄ dicit Apostol⁹/ se scire CHRISTVM IHESVM crucifixum/ Iudejs quidem scandalū/ gentibus autē stultitiā: ipsi autem vocatis Iudejs atq; Gręcis/ CHRISTVM dei virtutē & dei sapientiā. Sed satis nobis est ciuitatē ab obsidione esse liberatam. Hoc vnum sacrificiū a priorib⁹ mōstrabatur. vt a multitudine imp̄fecta vnitas: a plurib⁹ nominib⁹/ res eadē: & a multiplici figura & imagine/ ipsa pulcherrima & manēs veritas. Hoc in pulchra veritate rationabile & acceptū sacrificiū: quo humana pro mortalib⁹ omnibus caro immolabatur: vt quā noxam caro cōtraxerat: caro etiam deleteret: illa quidē/ q̄ pura/ innocēs atq; immaculata erat illa oīm/ aboleret offēſiones. Et lauaret nos/ qui infecti eram⁹/ in sanguine suo purissimo atq; innocētissimo: quo etiam preciosissimo secūdum Petrum redēpti sumus. Et lauimus dealbauimusq; stolas nostras in sanguine agni. Dñs IHESVS CHRISTVS ingenti charitatis incēdio/ hoc tentauit sacrificiū & libamen domino. Quo igne totū incensum/ totum holocaustū effectū est. vt nos penit⁹ exureret: nos talib⁹ & diuinis incēdijs afficeret. Vt qui absq; vlla cōcupiscētię labe esset: nos sic immaculatos faceret: atq; cœlesti institueret doctrina: incredibili donaret foelicitate. CHRISTO domino igitur passo ī carne & nos eadē armemur cogitatione. Secundum qd̄ dicit Petrus. Christo (inquit) passo in carne: & vos eadem cogitatiōe armamini. quia qui passus est in carne/ desijt a peccatis: vt iam nō hominū desiderijs sed volūtati dei quod reliquum est in carne viuat tēporis. Nos igitur cū tota domini ecclesiā pari ratione sacrificem⁹: omne opus explentes quo sancta societate oīa in illud referam⁹ bonū: a quo vel solū beati effimur & foelices: veluti a luce perq̄ lucidi & ab igne & sancto & viuifico/ viuificati & concafacti. Sortimur quippe a verissima entelechia siue essentia & perfectione/ omnē essentiā. Et a superdiuina & plusq̄ eminēti vita: verā & diuinā vitā/ ab omniū sūma bonorū/ quę foelicitas est: ip̄am foelicitatē. Tales nobis per dñm IHESVM CHRISTVM/ qui

In psalmum LIII

omnia est in oibus: nobis edificantes domos & amplissima palatia: que perire non possunt: ex purissimo auro & radiantibus gemis vndique extructa. Sed talibus & tanta donatis preciositate: vt mortalium omnium superet captum. Solus amor & mens super celesti amore insignis: illis tantum per sanguinem agni/ se miscere potest: diuis fulgoribus/ admirabilibus theurgijs & sanctis teletis hoc est mysterijs & sacrificijs (τελετη ei mysterium festiuitas θυσια) rite primum purgato omni malorum estu/ maioribus hostijs/ immo vero hac vna maiori hostia illo procurato/ supplicationibus primum hic per omnium diuinorum agminum puluinaribus emissis decretisque. Talibus quippe promeremur deum. Potest & in persona ecclesie accipi/ & precipue eorum qui presunt: iuxta quod scriptum est. prudentes gregem: non coacte/ sed spontanee/ secundum deum: neque turpis lucris gratia: sed voluntarie/ neque vt dominantes in clericis: sed forma facti gregis ex auro. Ergo & qui presunt & subditi/ voluntarie offerant domino sacrificium laudis. Quia illic iter quo ostenditur salutare dei. Subdit. Et confitebor nomini tuo quoniam bonum est. Confessio per laudationem in scripturis nonnunquam accipit. Laus signum maximum gratitudinis est & recognite virtutis. Sed cui magis gratias reddere debemus: quam illi a quo omne bonum nostrum locupletissime manat? Aut cuius virtutem magis quam eius qui omnis est virtus/ omnis potestas/ pulchritudo/ bonitas/ omnis thesaurus diuitiarum incomparabilis? Dominus IHESVS caput & spiritus noster confitetur: quod descendit de celo/ non vt faciat voluntatem suam: sed voluntatem eius qui misit eum: quoniam omnia bona est/ & paternum & celsę diuinitatis nomen/ cum ipsa diuinitate coniurans cum ipsa consentiens optimum illud quidem maximumque. Vt quicquid ibi in ambitu illo diuini nominis est: totum amor est/ beneficentia/ liberalitas/ pulchritudo/ candor lucis eterne/ iucunditas/ exultatio/ misericordia/ clementia/ benignitas/ & quicquid optimum & prestantissimum iudicari aut conijci potest. Nec tantę exemplares causas sine effectibus istis pulcherrimis sunt. Agit continenter diuina efficientia & actio/ sed benefice sed fauorabiliter quantum ad se attinet/ nichil habens seuerum aut crudele: sed plenum omni mansuetudine & pietate. Pater est/ nos tanto dignatus honore: vt filij dei nominemur propter dominum IHESVM CHRISTVM & simus: quo nomine nequaquam censeantur angeli. Numquam enim angelos apprehendit: sed semen Abrahę apprehendit. Nostram suscepit humanitatem: vt suam nobis donaret nuncupationem. Ecce quo pacto paternum nomen nobis salutare & bonum est. Quando ad nos licet dispare forte/ vt ad filium/ referat: quando bonum est/ fecundum/ plenum: omnem gratiam/ susceptionem/ virtutem/ regnum & gloriam nobis prestat. Bonum igitur nobis nomen paternum: in cuius

Explanatio

124.

filio redempti & saluati sumus. Habentes emundatas conscientias nostras in eius sacrosancto regenerationis lauacro: eius diluti & purificati sanguine. Fingamus quępiam cui pater sit/ & idem rex sed omnium longe maximus ditissimusque: & qui non modo terrenum regnum habeat sed coeleste & diuinum: qui clauis atque imperium habeat mortis & vite: qui possit mortificare & viuificare: malit tamen viuificare/ quippe qui vita sit infinita/ & immensa/ & diues in omnes qui inuocant nomen eius: bonum infinitum quod nemini negare se possit: lux infinita sed spiritualis sed eterna/ omnium aperiens atque ad se conuertens oculos/ conuersosque plena luce imbuens/ imo seipso illustrans. Hic talis & tantus omnem exuperans laudem siue angelicam siue humanam totum se dedat filio cuiusque ad se redeunt (quia plures habet) suas gratias/ sua munera/ longe optima maxima charismata: det calculum candidum/ & in calculo nomen nouum: quod nemo scit nisi qui accipit: det edere de ligno vite quod est in paradiso suo ipseus/ dei quidem optimi maximi. Det idui duplicibus hoc est gemina charitate/ det byssum/ purpuram/ hyacinthum/ coccum bis tinctum: immo vero aurum ipsum & quodcumque regale & principale est regnum/ imperium/ diademata multa. Nec ista ad omnem profusionem & liberalitatem sufficere arbitretur: nisi quicquid diuinum/ excellens & precipuum habet: hoc totum etiam largiatur: sua quidem insignia portiora spectra & diuinas imagines. et si quod est sacrum/ si quid internum/ si quid recoditum illud commune facere ob tantillam sui nominis inuocationem/ haud indignetur: siue sacerdotij sint imagines: siue sacri & regalis principatus: siue (quod maximum & longe pulcherrimum est) totius plene & exuberantioris diuinitatis participatus. Num ille pater esset omni laude & confessione dignus: vt qui a filio laudetur/ honoretur/ precipua veneratione ducatur? Qui omnia quę diximus & longe pluriora absque omni labore a tali patre consequatur filius/ a tali immortalis rege & domino nasci possit subditus & seruus: immo vero plerumque nescius & latenti quadam ratione consequatur. Hic vero pater quis alius erit/ nisi deus optimus/ maximus: qui rex regum est/ & dominus dominantium: qui etiam pater est/ et vel tantillum amorem expetens: & dominus sanctum timorem efflagitans. Si pater (inquit) vbi est amor meus/ si dominus: vbi timor meus/ qui nos deos sui participatu siue eius vnigeniti synaxi etiam facit. Ego dixi dii estis/ & filij excelsi omnes. Omnes diuinos participatus/ & sanctas nuncupationes ab ipso sortiti sumus. secundum quod dicit Petrus. Gens sancta/ regale sacerdotium/ populus electionis. Quod cum ad omnes dictum sit: ad omnes etiam attinet. Sumus igitur & reges omnes/ & sacerdotes per nomen patris eternum: & per nomen domini nostri Ihesu Christi.

q. iiii.

In psalmum LIII

Qui per omnia similis & conformis eadem carne suscepta (ipsa quidem perspecta humanitate) fratribus esse voluit: illis se equans: illos in eandem orationem secum admittens. Ego (inquit) & pueri mei / quos dedisti michi. Membra igitur omnia summo suo iuncta capiti in tales & tantas voces erumpunt: ut per omnia illuminentur: qui omni laude & confessione maior est. Illi confiteantur eternum / immortalē / omnipotentē: modo patrem / modo dominum ceteros vocantesque: & ipsum caput totius corporis ecclesie. Et membra omnia unum efferunt patrem / plusquam sanctam venerantur triadem. Et pedes & manus & omnia in diuinas resoluuntur laudes. veluti si hominem unum aut animal quocumque tibi statuas ex omnibus constantis sanctis & diuinis electis: cui assistit dominus IHESVS pro uno atque immortalis capite: ipsum vero ex omni parte laudet / confiteatur: sibique alterne imo vero simul & quadam consonantia omnia respondeant. Cernes omnia diuinis exilire & resonare laudibus: concinna dicere voce. Confitebor nomini tuo eterne & summe patris: quoniam bonum est. Cui est honor & gloria per infinita secula. Amen.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: et super 7
inimicos meos despexit oculus meus.

Domine deus meus rex meus & pater meus, bonum quippe salutare & equum michi est: quoniam ex omnibus intentatis periculis & plerumque mortis discriminibus eripuisti me: posuisti omnes inimicos ante oculos meos: quos in potestate habere, de quibus triumphare & penitus eos reuincere possem. Ut haud dubie in ligno crucis triumphauit dominus (iuxta apostolum) ipsos / conficiens cruci / perpetuis dānans vinculis. Donās (inquit apostolus) nobis omnia delicta: delens quod aduersus nos erat chirographum decreti: quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio / affigens illud cruci: & expollans principatus et potestates / traduxit confidenter palam triumphans illos in seipso. Dominus IHESVS omnia pro nobis fecit: omnia qui honorum nostrorum non indigebat / pro nobis perpeffus est: pericula sublit: ut nos a periculis eriperet. Manus in cruce extentas & quā maxime fieri potest habet: ut omnes ad se venientes in diuinos admittat amplexus. quo tali susceptus dignatione dicere possit. Leua eius sub capite meo: dextera illius amplexabitur me. In ipsum igitur ecclesie corpus diuina illustre synaxi / expositione deflectamus. Tantus quippe membrorum ad caput nexus est: ut que vni ascribuntur: in alium referri possint. Ipsa vero ecclesia diuinis fulgoribus radians / pulchra

Explanatio.

125

et formosa est. Pulchra (inquit) ut luna / electa ut sol / & tam plenis & mirabilibus aucta virtutibus: ut terribilis sit: sicut castrorum acies ordinata. nigra tamē ob persecutiones siue propter malignitatem peruersitatem est: & in umbra plerumque agēs & obscura caligine. Et nisi diuinus illuxerit radius: non possit nigricans color in candidum demutari. Si non amoris illa tanta flamma eius incenderit aios: non possit e zelo & indignatione in celestem conuerti amorē / illam penitus in aliam demutantem sortem & aliam pene naturam. Favorabilis & benignus: immortalis foelicitatis candor suffulgeat oportet: quotandē eripit possint e tribulationibus / & quā illa sumopere premunt angustiis / pressuris / constrictionibus / scissuris siue fractionibus atque illi sionibus. Ista quidem omnia θαλιβω unde θαλιψι significare videtur. Propterea dicit dicit dicit εκ πασησ θαλιψεωσ εppυσωμε. i. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me. Omnia suppeditasti charismata / & sacros fulgores / diuinas spiritus sancti auras: quibus aspirantibus / tribulationes / persecutiones / passiones / perturbaciones / nequaquam persensit: sed omnia propter nomen tuum magnum & terribile existimant optimas maximas foelicitates: quales nimirum hic haberi possunt. Quando compatimur ut et conglorificemur: quando conformes efficimur domino IHESV: suas passiones nostras esse existimantes: sua poenalia tormenta / nostra esse tormenta. imo vero propter miram effluentiam capitis in corpus nostram optimam prestabilissimamque esse foelicitatem. Ut quicquid illi de decoris aut infamie iniecerint: totum in nostrum redudet honorē / decus ornamentum. Omnis maledicentia & blasphemia / in nostram incomparabilem benedictionem & omnis blasphemie sublationem. Ipse maledictum crucis sublit / peccata nostra portans in corpore suo: ut nos a maledicto liberaret. Omnia perpeffus / ut nos ab omni eriperet tribulatione. Sed que maior aut tribulatio aut anxietas esse potest: quam quando vita aufertur: ea quidem vita que spiritualis est: & tota effulgens / ineffabilibus diuinitatis charismatibus? Si illa semel ablata fuerit: nichil foelicitatis aut lucis / nichil decoris & venustatis in anima relinquatur. tota remanet anxia / timens & perturbata. Veluti in caligine & ceca nocte ambulans. coniectans quidem aliquam lucem: sed illius incapax / indiga / tota fluctuans & dubia: nullum cernere potis certum ad sempiternae lucis regionem iter. Nunc in media silua posita: & cuius nusquam nouerit exitum: nunc labyrinthum subiens & tanta discrimina viarum: que exigere & certum inuenire aditum sine duce gratia nusquam possit. Se extorrem & tantę sue regionis exulē dolet: nec sine lamentabili planctu / queritur / luget

quid aget tandem nisi forte in tales & similes erumpat vocet? Heu michi quia incolatus meus prolongatus est: habitauit cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea. Et iterum. Incola fui in terra aliena. & tum forte diuina suffulgente luce tales & similes effundet preces. Saluum me fac deus: quoniam intrauerunt aque usque ad animam meam. Infixus sum in limbo profundi: & non est substantia. Laborauit clamans: rauce facte sunt fauces mee: dum spero in deum meum. Et tantam recognoscens infirmitatem: illam coram domino exponit inquitens. Quoniam infirmus sum: sana me domine/ quoniam conturbata sunt omnia ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu domine usquequo? Quousque tandem differes auxilium meum salus mea/ ut sis adiutorium meum in tribulatione: siue in tribulationibus multiplicibus/ que inuenerunt nos nimis? Cernensque summum imminere discrimen/ sepe inclamat. Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum me/ festina. Sedit etiam ille uir solitarius: & tacebit. quia leuauit se super se/ ponet in puluere os suum: si forte sit spes. Dabit imitatione domini IHESV percutientem se maxilla: saturabitur opprobrijs quia non repellent in sempiternum dominus. Quia si abiecit: & miseretur secundum multitudinem misericordiarum suarum. Non potest diuina bonitas & probitas non festinare in auxilium: non potest ille non venire qui suapte natura est misericordia & bonitas infinita. perinde ac si sol infinitus esset undique illuminaret: & nichil eius posset subterfugere lucem: non aliter diuinam misericordiam pietatem & clementiam/ uniuersa quae tantis radijs sese admovent sentire possunt. Propterea quocumque anima sentiens diuini auxilij presentiam/ id quod imminet auxilium presentissimum/ uidens se ueluti iam a periculo ereptam inclamat dicens. Quoniam ex omni tribulatione eripulisti me. Dominus IHESVS mundam effudit a principio orationem. Propter quod diuinum presentemque sensit auxilium. Et quicumque mundo corde sunt & dicere possunt. Cor meum & caro mea exultauerunt in deum uiuum: & quibus dominus beatitudinem pollicetur: beati (inquit) mundo corde quoniam ipsi deum uidebunt: tales dominum uident/ eius diuinam in omne auxilium sentiunt manum. Id quod exemplis veterum multo plurimis confirmari potest. Et si forte quicquam supersit tribulationis: tantum tamen domini affert presentiam: ut pro nichilo quocumque aduersa ducantur. Omnia (ait Apostolus) reputauit tanquam stercore: ut CHRISTVM crucifacerem. si gloriari (ait) oportet: que infirmitatis mee sunt gloriabor. Et paulo post. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmita-

tibus meis: ut inhabitet in me uirtus CHRISTI. Propter quod placeo michi in infirmitatibus meis/ in contumelijs/ in necessitatibus/ in persecutionibus/ in angustijs pro CHRISTO. Viden Apulum qui quocumque in tribulationibus positus/ illas tamen pro optima maxima ducit gloria se magis erectum quam immersum existimans? Dominus IHESVS Christus ut omnia preuidens se ereptum & inimicos detectos radio paterne bonitatis & tanti fulgoris pronunciat. Et nos qui dii sumus domini & dei participes/ sacro filii & domini dei nostri radio & resurgenti lumine quocumque ad nos attinet quocumque in re nostra sunt clarissime in tanto diuinitatis exemplari nedum speculo inueniri possumus: & nostram lucidissime sentire operem: et brachium domini quod iuxta Esaiam adhuc extentum est. Filius heres: & nos coheredes & participes hereditatis regni. Filius constitutus iudex uiuorum & mortuorum/ et nos coudices sedentes super sedes duodecim/ iudicantes duodecim tribus Israel. Iudicium sedit (ait Daniel) & libri aperti sunt. quendam cum domino confessum significans. dominus IHESVS seruator noster omnia in omnibus est. Et Apulus. portans domini IHESV imaginem omnibus omnia factus est. Ut cum infirmis nonnumquam infirmaretur. Omnibus (inquit) omnia factus sum. ut omnes crucifacerem. diuinam plenitudinem quadam diuina ratione & participatu sortitus. Tales igitur & tanti eius diuina participatione effecti dicere possumus cum Apostolo. Nos enim stigmata domini IHESV in corpore nostro & multo magis in pulcherrima mente nostra portamus. Quid igitur de tanto certiores parente & fiducia habentes in introitu sanctorum non audebimus? Quoniam ex omni tribulatione eripulisti me: plus enim est & benignus & nouit vere & certissime copari. Est deus (inquit) omne bonum/ deus est quocumque putantur optima. Sed melius quid pietate dabis? Pietas igitur benignitas & clementia non possunt non liberare: non ab omni malo quatinus necesse est eripere. bonus (inquit) deus qui non sinit vos tentari ultra quam potestis ferre. Et bonus deus sperantibus in se & animam querenti illum. Et super inimicos meos despexit oculus meus. quoniam pater positurus est omnes inimicos domini IHESV sub pedibus eius. Donec ponam (inquit) inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Filius non solum secundum assumptam humanitatem: sed etiam secundum diuinitatem omnia solet in patre referre. propter originalis & fontanam unitatem in qua extrema fit resolutio/ qua ulterius dari non potest: ex Dionysio et Cyrillo & plerisque veterum sumpta auctoritate. Radio igitur paterne bonitatis & iustitie despectos & pene ad nihilum redactos

inimicos: suis diuinis oculis inspexit dñs. Vt quos sibi subditos viderit: & illud tandē adimpletū. Dixit dominus dño meo sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos / scabellum pedum tuorū. In tantis fastigijs longe positos despicit eos. Inimici peccata forte accipi possunt / quę radio diuini amoris / & sacratoris bonitatis applicate / facile dispereunt. Quādo lux in tenebris luget: & tenebrę eam non comprehendunt. Nec simul cum tanto calore esse possunt: vt nec cum frigore calor purus / ille quidem syncerus: & qui in summo gradu sit. Cernit etiamnum dñs peccatores sibi subditos: quando impij dimissa impietate iustificatur: & qui secundū numerū angelorū / malarū forte potestati / aut bonarū: minus tñ a laqueo eripere potentiū distributi erāt: nunc sunt effecti portio dñi. Quādo diuidebat (ait Moyses) altissimus gentes / quādo separabat filios Adam: cōstituit terminos populorū iuxta numerū filiorū Israel. Qui aut eudæmones aut angeli sunt refuge / satius tamen existimādi sunt angeli boni: qui similitudines quasdā auri præstare possint / verissimū autē aurū haudquāq. Propter qđ dicit. Murenulas aureas faciem⁹ tibi vermiculatas argēto: siue vt alia habet iterptatio / similitudines auri faciemus tibi cū distinctionib⁹ argenti. Subdit pars autē domini populus eius: Iacob funiculus hereditatis eius. Nos autē qui populus electionis per gratiā & misericordiā domini sum⁹ effecti / olim gentes & reprobī / nūc sumus pars dñi / & funiculus hereditatis eius. Diximus olim funiculos in hereditatē dari. Et qui olim eram⁹ nō populus dñi: nūc sanctus dñi populus effecti sumus. Qui nō sanctificati: nūc sanctificati: qui exortes iustitię & pietatis / nunc subditi iustitię & pietati. Atq; oībus virtutibus (est enim dñs IHESVS omnis virtus & gratia) supra omnem modū obsecundantes: subiecti tandem domino nostro IHESV CHRISTO qui amātissimus nostri est: omnis amor & charitas est. Quę petuis tenebris offundūtur seu obscurata sunt: nō cęsetur luci quoquo pacto subdita. Cōtra vero quę rectius ipsā respiciunt: illi subiecta atq; supposita existimāt. Quę a radio diuine bonitatis & pulchritudinis afficiuntur: bona & pulchra sint / est necesse: vt pote bonitati & pulchritudini subdita. Referūt subditi / sui domini aliquā similitudinē. Quā si ferre recusent: vt rebelles / vt refuge atq; apostatę existimātur. Nec amplius subditi sed hostes publici / & qđ suapte natura subditi: volūtate tamē a tāta & salubri si dñm respiciam⁹ / refugiētes subiectione. Subditi sunt imperio: qui legibus viuunt iperiij. Qui cōtra talibus nolunt viuere legib⁹: hostes sunt / rebelles sunt & seditiosi. Et subiectionē

affirmantem & in bonā partem susceptam hic esse. Vocabulū hoc subiectionem filij ostendit. Iuxta quod dicit Apostolus. Cū autem subiecta fuerint illi omnia: tunc & ipse filius subiectus erit illi / qui subiecit sibi omnia. Vt sit deus omnia in omnibus. Hic vero electos omnes potes accipere / de more scripturarū. Quā autem dicit. Erit omnia in omnibus. oīs qđ vltus / omnis beneficentia / pietas / & susceptio. Quippe qui etiam in damnatis est quoquomodo iustitia: eo quod in illis suę diuinę iustitię effectum exerceat. In illis nulla tamen inuenta imagine aut suffulgentia iustitię: quare ista quam diximus / & potior ratione / in electis etiam iustitia est. Quandoquidem simulacrum & typum diuinę gerant iustitię. Et in prima ep̄la ad Corinthios / iterū in bonam significationem subiectionem (quam ὑποταγή vocant) obseruari. Ait enim Apostolus. Et spiritus prophetarum prophetis subiectus est. Intendamus igitur in tantos diuinę lucis claritatis & sanctitatis fulgores: illius summę bonitatis viuamus legibus: tantis tamq; salubribus institutis. Recognoscamus beneficos patris radios / radios esse filii & spiritus sancti. Illos tanta beneficentia in nos delapsos / benigniter suscipiam⁹ diuinę subiectionis & sub iugum dominicū haud infamis illius quidē missionis indelebilem portantes imaginem: protestationis egregium signum: quod illius esse volumus nō solum serui / sed filii. Illum nō metu pœnarum reuertit: sed ob suam summam iustitiam / potentiam / infinitam suam paternam in filios rebelles indignationem. quę oīa cum idē ipse sint: infinita simul cū ipso sunt. in q̄ respicientes / in ipsum ineffabilis bonitatis parentem respicimus intendimusq; In ipsum qđ quē sacer Dionysius ὁπ ON. Hebręi EHI EH. / qui est siue HV appellāt Gręci dicūt TAVTON hoc est idē ipse / qui de se dicit. Ego sum / ego sum ipse: qui deleo iniquitates tuas ppter me. & Ego sū / ego sū dñs & absq; me nō est saluator. Nec vllus esse potest lapsus si modo in ipsum sub cuiuscunq; rationis aut dignitatis diuinę velamēto suspexim⁹. Oīa quippe in ipso qui summa lux / summa veritas & bonitas est: lucide affirmantia / & perq; bona sunt. Ab ipso igitur patre atq; abvnięnito eius filio in quo & per quē omnia nobis donata sunt / nunq; mentis oculos deflectamus. Quibus cum spiritu sancto / est omnis honor & gloria in sęcula sęculorum. Amen.

Ⓞ Explanatiois quinquagesimertii psalmi
F I N I S.

¶ Explanatio in psalmum octogesimum tertium
Quam dilecta tabernacula tua domine.

¶ Titulus. In finem pro torcularibus filii Chore



Res psalmi pro torcularibus (authore Hieronymo) prescribuntur. octauus / octogesimus / et octogesimus tertius. Octauus ascribit David. octogesimus / Asaph. octogesimus tertius filius chore. Ex Origene atque eodem Hieronymo: regula catholica in scripturis est. Quicumque psalmus prescribitur filiorum chore nichil triste habet: sed semper leta & festiua continet. Chore / Dathan / et Abiron in Moysen committentes a domino puniti sunt. Filii Chore non sequuti patrem eterno gaudio benedicti. magna illorum spe qui paternam impietatem minime sequuntur: & impietatis plurima ob necessitudinem oblata occasione minime tamen impij sunt: atque dimisso terreno & mortali immortalē eternūque sequuntur: qui vere pater est: & bona saluberrimaque precepta tantū nouit dare filiis suis. Propterea dominus in euangelio. Nolite (inquit) uobis vocare patrem super terram. Vnus est enim pater uester qui in caelis est: ex quo omnis paternitas in caelo & in terra nominatur. Quippe qui exemplar omnis paternitatis est. Hęc uero paternitas illius tam lucide & manētis / umbra quedam est: nec tam imago quā remotissimum aliquod uestigium. Et sepe in hanc ferme sententiam ab Apostolo comonemur: ut filii diligamus parentes: sed quatenus typum summi maximique parentis referunt. Chore / caluaria interpretatur. Et Caluaria iuxta ueteres locū designat resurrectionis. Filij igitur Chore filij resurrectionis sunt. At in resurrectione nouissimo tantū inimico destructo morte: nichil triste esse potest: ubi perpetua resurrectionis octaua sancti perfruuntur: in cantus non iam lugubres sed penitus coelestes resoluti: perpetuum hymenū & sacros eternū canentes panegyricos. Tantę igitur resurrectionis et beatę immortalitatis filii nichil nosse aut concinere triste. possunt Exultatio & omnis letitia / regionis est intelligibilis. tristitia & omnis horror regionis tenebrarū. Simul leta tristitiaque ad mediam istā pertinere certissimo experimento didicimus. Hęc enim angustia quedā obseruatur ibi in extremo & intelligētium do latitudo & mira fecunditas. Et statuit (ait) in loco spatioso pedes meos. Quā miram amplitudinē summo opere imitari nos oportet: in illā nos utcumque extendere. tāquā filiis dico (ait Ap'ls di-

latamini & uos. Nos igitur diuinā hanc nacti amplitudinem & quandā quasi diuinorū ueritatem: nichil unquam triste cum beatissimis illis filiis Chore nouerimus: sed in omnibus & undique digna imitatione / sanctū consequuti parentē: sanctā cōplectamur letitiam: illi unice herētes / qui uerissimū / immortale atque unū gaudium est: letitia & exultatio omnis est. Nec a finitioribus ullis animis illa cōprehendi potest. quippe que penitus infinita sit. Et si per iustitiam / liberalitatē / munificentiam / dñm imitari oportet: secundum quod / ipse frequentius comonuit: quid per exultationem omnē non erit ipse imitandus? Et si tanta facile decidentis pacis iucunditas est: quid pacē eternam nacti / non exultabimus / non letabimur? Letabimur (inquit) in salutarī tuo. & Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Sumite psalmum / date tympanū / psalterium iucundū cum cithara: buccinate in neomenia tuba: in insigni die solennitatis uestrę. Nobis uero qui dominum IHESVM nouimus / perpetua & immortalis solennitas est: quando iustitiam perpetuum nobis semp: & admirabile de Salomone ferculo ueluti pro pompa solēni dñm IHESVM semp gerimus & quocumque traxerit illo benignius annuente circumferimur: illi iugimur in altari cordis nostri sacrificantes: sed sacrificium laudis & exultationis / sacrificium laborū confitentium nomini eius. Sacrificium (inquit) laudis honorificabit me. Quā exilimus summa inuenta atque in penitissimam gloriam nostrā exurgente letitia: non aliter quā preciosissimo omnem proprietatem habenti inuento lapide: omnē lucem atque preciositatē omnem facile superante? Quando patrem sed qui sanitatē atque multiplicēs diuitias inferre potest / assidue presentem inuentū habemus eumque pulcherrimum / candidissimū / sapientem / amandum / & penitus immortalem. Quādo illi ita incubimus / iungimur heremusque: ut nunquam separationem sentiamus. Cui sacrosanctę trīadi & monadi superbenedictę atque ineffabili diuinitati sit omnis honor & gloria per immensa secula. Amen.

Psalmus

LXXXIII.



¶ Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutum: concupiscit et deficit anima mea in atriis domini.

¶ Latini hęc uno uersu claudunt / greci duobus. ὁσ ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου κύριε τῶν δυνάμεων. ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰ σκηνώματα τοῦ κυρίου. scđi uersu initium ibi faciētes. Concupiscit, grece explicati.

ἐπιποθέω. ποθέω enim desidero / & de re absentī dicitur & ποθέω desiderium proprie rei absentis: & metaphoricis ablatio cōsumptio, qđ fortasse hoc desiderium ad sui quandā quasi consumptionem & pene distractionem veniat: & ob eā causam dicitur vir iustus. Hęc recordatus sum: & effudi in me animā meam: quoniam trāsibo in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domū dei. Et in Cantico. Auerte oculos tuos: quia ipsi me auolare fecerūt. & maxime rei absentis in vtrāq; ostenditur desiderium præcipue vero illius vltimandę Hierusalē. Sed ad explanationem interim veniamus. Si ad cœlestem ecclesiā / nostram cōferamus: tabernaculū nostra est. Renouabitur enim vt aquilę fidellum hominum / quę ecclesia dei viuētis est / iuuentus: quando corruptibile hoc induet incorruptionem: et mortale hoc induet immortalitatē: quando moribūdīs istis artibus succedet perpetua vita. Et nos (inquit Apostolus) immutabimur. Et in epistola ad Hebręos exponens illud: adhuc semel & ego mouebo non solum cœlum sed & terrā. Quod autem adhuc semel dicit: significat mobilitū translationem: vt permaneant immobilita. Si lunę cōparatur ecclesia: nostrā vicissitudinē quandā & alternationem illius instar habeat oportet. Pulchra (ait) vt luna: & sicut luna perfecta testis in cœlo fidelis. Obserua tum primum esse perfectā ecclesiam dū in cœlo fidelis est: nō antea. Vt tum primum dealbata sit: quandoq; ascendit innixa super dilectum suum. Et qđ hęc agens formosa prædicetur: nigra tamē et suffusca est. Fusca (inquit) sum sed formosa fillę Hierusalē. In tanta quippe rerū momentanearum alternatione / inter tot prospera aduersaq; quid ex omni parte felix & beatum esse potest? Sunt tamē eius genę pulcherrimę / absq; eo qđ intrinsecus latet. Et tota vndiq; formosa in epithalamio describitur. nō inuisa igitur exclamat: qđ dilecta tabernacula tua domie virtutum. sunt mundana tabernacula sed quę nullū fundamentum habeant. At domini virtutum tabernacula ex ipso domino fundamentū desumunt. Est enim dominus IHESVS CHRISTVS totius tabernaculi & culuscūq; alterius spiritualis edificiū solidissimum fundamentum. Et contra naturam quoquomodo accidit vt quod suapte natura nullum admittit fundamentum: quandoquidem translaticium sit: tamen in domino Ihesu fundamentū / si illi quidē hęserit aut admotū fuerit / suscipiat. Nec diffitemur tabernacula in cœlo inueniri. Et vidi (ait Ioannes in reuelatione) tabernaculum dei cū hominibus: & nox non erat illi. Videyt dei tabernaculū est. domini vero tabernaculum sine

fundamento esse non potest: quando ipse vbiq; existens / vbiq; fundamentū se præstet: idq; vel maxime in spiritualib; edificijs: vt spiritus spiritui committatur. Et dominus cœlestia ista tabernacula non tam mobilia q̄ æterna nuncupat. Facite (inquit) vobis amicos de iniquo mōnō: vt cum defeceritis recipiāt vos in æterna tabernacula. Præcessere translaticia: quæ alia quidem ratione typum gerebāt & imaginē futurorum tabernaculorum. Hic vbi multitudo & diuersitas maxie agūt / latū discrimen inter atria / domum / & tabernacula. Ibi vero vbi omnis agit concordia: & discrepantium pulcherrima connexio bellissime coincidūt. Atq; vt ista eadē esse in cœlesti Hierusalē ostēderet scriptura sub eodem admirabūdi & orantis affectu omnia explicat. Vt ex istis tamēsi longe discretis / in eandem illam fecunditatē consurgatur & ex multiplici corpore / in eundem spiritum: ex multigenis vmbri in eandem veritatem. Eadem igitur cœlestis habitatio / nunc tabernaculum: quandoq; pluratiue tabernacula. Singulariter in psalmo decimo quarto expressum est. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Nec iniuria quidē quādo multiplex & vniforme illud tabernaculum sit: nec tam vnum q̄ multa. In domo (ait dominus IHESVS) patris mei / mansiones multæ sunt. Nec tam multa q̄ vnum vt ex plerisq; scripturę locis coniectare possumus. vt ex eo loco. Et vidi tabernaculum dei cū hominibus. Vna eadēq; & ciuitas dei / quā diuino spiritu & cœlitus demisso lumie / mirā quoq; & ineffabilē eius extructuram descripsere Ezechiel / & Ioannes. Hoc summum illud bonum est: quod expetiuerē omnes olim: & nunc sancti tota mente concupiscunt / efflagitantq;: & multiplici illa & varia nominum differētia olim nuncuparūt: nōnunq; locū sanctū dixere: plerūq; locum sanctuarij: viam sanctam: nonnunq; domini portam / siue iustitię portam. Et nomina plura / rem tamen esse eandem / intellexere. Nec enim satis digna vnq; explicatione vno nomine designari potuit: quod tam ineffabile & celsum est. Pluribus igitur explicaretur oportebat. Qz dilecta igitur propter pulchritudinem / decorem / & miram ex multiplici virtute consurgentem varietatē. Agit enim ibi virtus omnis. In vno domino IHESV eterno exēplari / in verbo illo tā mirifico / nostro quidē vero atq; eminētī tabernaculo / virtutes omnes sunt / & proinde omnium tabernaculorum rationes. Summopere igitur tantum tabernaculum expetendum: quod propter innumerabiles quibus renet virtutes / infinita tabernacula est. Non igitur quātumuis sancta tabernacula / hic quod momentanea sint / & vmbra aliquā

In psalmum LXXXIII

tenuem futurorum vix referat/ nostrum possunt pene immensum
 explere desiderium: nec nisi in bellissimo omnium tabernaculo/
 & veritate & exemplari sistere unquam poterimus non nisi in illo
 quod vere per se diligendum & expetibile est. Cetera illius tan-
 tum sunt gratia: ut illius imagines & umbræ. Atque imagines hic
 remotissima quaedam intellige vestigia. Pulchre ait Apostolus.
 Umbram enim habens lex futurorum bonorum non ipsam ima-
 ginem rerum: hoc est non ipsam veritatem/non ipsum prototy-
 pum: nunquam poterat accedentes perfectos facere. At verius aliquid
 quod superat tabernaculum: de quo dicit Apostolus. Non enim
 in manufacta IHESVS introiit exemplaria verorum: sed in
 ipsum coelum: ut appareat nunc vultui dei pro nobis. Et prius
 tabernaculum/typum gessisse verioris manifeste ostendit. Ta-
 bernaculum (inquit) factum est primum: in quo erant candelabrum
 & mensa & propositio panum/ quæ dicitur sancta. Post vela-
 mentum autem/ secundum tabernaculum quod dicitur sancta san-
 ctorum/aureum habens thuribulum & arcam testamenti circum-
 tectam. Subdit. In secundo autem semel in anno solus pontifex/
 introibat. Hoc significat spiritu sancto. Nondum propalatam san-
 ctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum. Viden-
 ut typus/ illud erat veri tabernaculi. Et magis in consequenti-
 bus aperit, CHRISTVS autem assistens pontifex futurorum bo-
 norum per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum/
 id est non huius creationis/ neque per sanguinem hyrcorum/ aut
 vitulorum: sed per proprium sanguinem/ semel introiit in san-
 cta: eterna redemptione inuenta. Typus igitur & similitudo ve-
 rioris tabernaculi illud erat: ut apertius dicit Apostolus. Quæ
 parabola est temporis instantis iuxta quam munera & hostiæ offe-
 runtur/ quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere ser-
 uientem. Nec in illo olim tabernaculo plena erat libertas/ illa tan-
 tum in domino concessa/ ut nos a seruitute legis eriperet: atque
 in plenam libertatem filiorum ascisceret: ut non iam mancipia/
 aut serui sed liberi essemus. Itaque (ait) non sumus ancillæ filij sed
 liberæ: qua libertate CHRISTVS nos liberavit. Supererant ta-
 men post eius aduentum aliquot poenalia tormeta: abs quibus in
 illis omnibus tabernaculis nos ereptum iri vir iustus sperabat. Propterea
 in ipso confestim limine orationis suspirabundus in clamabat.
 Quia dilecta tabernacula tua domine virtutum/ omnium virtutum/
 omnium gratiarum & plenæ potentie & fortudinis. Δύραμις enim
 potentia & virtus est. quasi diceret. Heu me quia incolatus meus

Explicatio

130

prolongatus est habitavi cum habitantibus cedar: id est cum mor-
 rentibus & tenebrosis: multum incola fuit anima mea. Et Apo-
 stolus. Infelix ego homo/ quis me liberabit a corpore mortis hu-
 ius/ Gratia dei/ per IHESVM CHRISTVM: qui cupiebat dis-
 solui/ & esse cum CHRISTO. ut tam pulchra & manentia co-
 ram cerneret tabernacula. Concupiscit & deficit anima mea in
 atria domini. Ardor hic animi tam ingens/ affectus omnes ad
 se rapit. Ut siue in sese/ siue in corpore agens totus concupi-
 scat: totus summam illam atque ingentem pulchritudinem de-
 sideret. Hoc nimirum diuino iustitiæ sole agente. Qui præci-
 osissimæ animæ gemmæ/ tanto sed præcioso lapidi admotam
 quamcumque materiam etiam exurit: ut sic affectus totus pene
 absumptus in animam/ immo vero in deum optimum maximum
 dicere possit cum Apostolo. An in corpore: an extra corpus/ ne-
 scio/ deus scit. Nec in desiderio melioris concupiscetia & arden-
 ti quodam extimorum tabernaculorum ardore/ anima sistit: sed
 deficit etiam anima in atria domini. Deficit quidem/ veluti im-
 mensi luminis/ nimio & vires suas excedenti fulgore rapta defi-
 cit quoque illius immensi & perquam lucidi nonnunquam tamen absentis
 (quo tandem satietur) desiderio. Et veluti absente cibo/ cuius an-
 tea aliquam ipso gustu/ præsenferat suauitatem/ incredibili il-
 lius desiderio quæ rapitur: usque adeo ut fame semper inualescente/
 tandem deficere cogatur/ non aliter summo quicumque ardens ma-
 nentis suæ habitationis desiderio torquetur: tamen sperans se
 id posse aliquando consequi/ in quo sit eius foelicitas (nec enim
 in alio quopiam salutem sperat) interim recreatur. quæ tanti de-
 siderij expletio si proleatur si in longum nimium differatur/ desi-
 derij/ & ingentis spei magnitudine mens victa deficit & con-
 cidit. perinde atque ipso presente maiore lumine ipsa rei excel-
 lentia etiam superata deficeret. Ad se tamen plerumque redi-
 ens/ sentiens promissorum certitudinem: in hæc & similia verba
 prorumpit. Concupiscit & deficit anima mea in atria domini.
 In bona illa omnia excedentia/ & superantia bona/ nimirum
 deficit quæ & aditum veluti atria: & integram præstabunt/ quo-
 modo amplissima & pulcherrima palatia/ perfruitionem. Tum
 cum sancta defectio ego deficiam: & offundar lumine: cuius
 ut digna comprehensione comprehendatur/ mens inca-
 pax est. Et plena tum & affirmante defectio gaudebit: & gau-
 dium plenum de domino IHESV erit. Si superamus a gaudio/
 quod tam sit immensum & magnum ut capi non possit: insu-
 perabili quadam conquiescimus quietudine: quam nulla ratione

In psalmum LXXXIII

plene intelligere possumus. Ad solem qui finitior est: & cuius haud intermina lux est: si forte intenderis/ lucebis quidem luce: quam minime capies: tum ipsi superantur & deficient oculi luce/ quam haud vlla ratione capiunt. Quid oblecto illo & proposito iustitiæ infinito sole/ non deficient ratio/ mens/ animus? Siquidem nulla sit ad illam incomprehensam lucem/ eamq; & viuentem/ & spiritualement ad huius pene nullius/ si ad illam conferas/ capacitatis proportio. Et hæc salutaris/ præsentis & obiecto salutari/ defectio est. Defecit (inquit) in salutare tuum anima mea: raptu quidem defecit & extasi: ob obiecti luminis præsentiam. Et in verbo tuo/ sese nonnunquam subtrahente/ super speraui/ plusquam speraui: supramodum & omnes vires meas/ spectans fui. Vt tali spe in perfruitionem pene quandam ventrem. Expectans (inquit) expectaui dominum/ & intendit michi. Et. Leuaui oculos meos in montes: id est/ in super sanctam illam trinitatem: vnde veniet auxiliū michi: qua magna cōfidentia & constantia proxime imminens auxiliū/ vt præsens sentiat. Et quæ in ea spe plurimam defectionem susciperem: non ferens tantum amorem: immo magis tanti & incomparabilis amoris absentiam/ quo præsentis omnis præsentis est michi consolatio: illum vnum optabam præsentem frequentius ingeminans. Veni domine IHESV veni. Et. Vnam petij a domino: hanc requiram: vt inhabitem in domo domini/ omnibus diebus vite meæ. Propterea subdit. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes: quando consolaberis. Olim te amantissimo amato præsentis integrum/ consummatum/ absolutumq; erit gaudium meum: quando tibi committar/ qui es omnis salus mea/ vita/ foelicitas/ alacritas/ iucunditas/ perfectio/ laus omnis/ & exultatio: & quod omnem superat oris atq; animi explicationem iubilus/ omnis harmonia/ omnis cantus/ omnis deniq; amor/ singularis & beata perfructio/ & quicquid bonum sanctumq; / salutare/ aut salubre dici potest. Hanc ergo tantam & talem defectionem/ quæ omnis in excessu est: ingenti animo concupiui. In illos aditus & atria tota mens mea intēta est. Totus ego exilio deficioq; cernens per atrijs palatia domini amplissima/ tot tantisq; rerum omnium diuitijs & opulentia superba: tanta luminis vbertate/ & foelicitate conspicua: perquam lucida mente conijcio ego/ illam omnium virtutum & gratiarū & totius foelicis & consummatæ gloriæ celsam & incomparabilem habitationem. Totus ipse animus exilit: totus in laudes erumpit. Et vide profectuum differentiam. Vt primū miretur tabernacula: & illa esse plurimum dilecta amandaq;

Explanatio.

131

dicat prædicetq; siue illa tabernacula ecclesiam/ de qua paulo ante diximus/ siue virtutes & gratias a deo immixtas quæ nobis pro vmbaculo & quodam licet mobili munimēto sunt. Et quæ subinde mutationem subeuntia: tamen perfecta & absoluta sunt: atq; in profectum cogere norūt: & (nisi fuerimus infirmiores) in consummatam educere foelicitatē. Dei enim perfecta sunt opera illius quidem tam immensi dei opera/ qui omnia in sapientia fecit: & impleta est terra/ siue hæc nostra anima: siue ecclesia/ possessione sua. Et omnes viæ eius iudicia. Quæ enim atria tabernacula quædam viæ nostræ & peregrinationis/ munimēta sunt: tamen iudicia sunt/ iustitiæ sunt rectæ/ & lætificantes corda: & quoddam domini præceptū lucidum illuminans oculos. Et viæ quædam proxime deducētes in ciuitatem dei/ in quam per atria primū ingredimur. De quibus dictū est. Introite portas eius in confessione/ atria eius in hymnis cōfitemini illi. Resoluamur in hymnos & cātus coelestes: si atria eius subire volumus. Vt inde possimus spectare domus coelestis magnificentiam: & pro porta orientis cum domino IHESV principe nostro interiora cōspicere velaminis: nulla tum re obtutus nostros impediēte. Quibus profectibus: sed in explicabilibus/ nichil obuiū erit nichil expartio id est cōtrariū: quominus ingentia spectaturi miracula/ in medijs coelestis domus penetrabilibus quandoq; consedeamus: participes effecti sortis sanctorum in lumine/ & ciues & domestici dei. Ex tabernaculis quoq; in montem prominentissimum conscendere datur. Domine (inquit) quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo? Viden vt post tabernacula succedit mons sanctus: siue ille vnus siue plures sint/ de quibus dicit propheta. Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxiliū michi: & illuminans tu mirabiliter a montibus æternis: qui & vnus esse/ in eo loco Esaiæ dicitur. Et erit in nouissimis diebus (qui dies messie ab eruditis existimantur) preparatus mons domus domini in vertice montium: & eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes & ibunt populi multi/ & dicent. Venite ascendamus ad montem domini. Ex quo monte veluti minore profectu: in multorum milium angelorum frequentiam: & ecclesiam primitiuorum: qui conscripti sunt in cœlis conscenditur. Sed accessistis/ dicit Apostolus/ ad Sion montem/ & ciuitatem dei viuentis Hierusalem coelestem: & multorum milium angelorum frequentiam: & ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cœlis. Et vt ostendat multiplices esse/ & differentes in deum profectus: subdit. Et iu-

dicem omnium deum: & spiritum iustorum perfectorum: & testamēti noui mediatorem IHESVM: & sanguinis asperionē melius loquentem quā Abel. Quin igitur in omnes profectus conamur: & dimissis postremis in anteriora festinātes / suprema tandem capeamus? Et qui prius in tabernaculis / in montibus / in ciuitate aut angelorum frequentia siue primitiuorum ecclesia: & iuxta locum presentem in atrijs / dominum IHESVM nacti eramus: ipsum in seipso presentem loquentem habeamus. Propter quod dicit. Et testamēti noui mediatorē IHESVM. Nec iam vllis satiati symbolis aut signis / in pulcherrimā festinemus veritatem: e gradu in gradum conscendentes / non tam ab vbertate illius domus celestis recreati: quā a domini IHESV / & totius trinitatis incōparabili complexu. Paululū (ait sponsa in cantico) cum pertransissem eos: hoc est posthabitis rebus omnibus conditis / tametsi spiritualibus / tametsi angelicis / & alioqui spectatissimis atque incomparabilibus: paululū (inquit) cum pertransissem eos: cum propter illius vnus immensū atque infiniti fulgētissimos / & omnem pacem prebentes conspectus / illos cōtempissem: inueni quem diligit anima mea. Ad ipsam enim nequaquam imaginibus contenta / festinabam veritatem. Tenui (inquit) eum nec dimittā. Quādo omīssa omni pluralitate / michi omne / in vno gaudium est. De quo vno dixerat dominus. Porro vnum necessarium est. Multa distrahunt: non possunt expetitam pacem donare: vnus michi pro infinitis illis / infinitum maior / abunde sufficit. Et hanc miram profectuum differētiam plerumque in scripturis obseruare possumus. Vt hoc loco post atria consequenter subnectit domum. Beati (inquit) qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te. De hac quoque domo in Zacharia legimus. Et erit qui offenderit in die illa quasi Dauid: & domus Dauid quasi dei. Et in numerorum volumine legimus Moysen fuisse fidelem in tota domo domini. Id quod affirmat Apostolus. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus / in testimonium eorum quae dicenda erant: CHRISTVS vero tanquam filius in domo sua. Quae domus (iuxta vnum sensum / quem ibi aperit Apostolus) sumus nos si fiduciam & gloriam spei vsque ad finem / firmā retineamus. Sumus vero domus in imagine: dominus vero IHESVS vera immortalis comprehensio & tutela / nostra quoque domus est / in veritate & manenti exemplari. E domo igitur in domum confurgitur: e minoribus in maiora & celsiora festinamus: & relictis illis qui glare & arenae maris cōparantur in eos cōtendamus qui inter sidera & diuinas flamas

sunt: in illis cōnumerantur: inter eos quidem / quorum cōuersatio in caelis est. Multiplicabo (ait dominus ad Abraam) semen tuum sicut stellas caeli / & velut arenam quae est in litore maris. Apłs vero. Sequor autē si quomodo cōprehendā in quo & cōprehensus sum a Christo Ihesu. Ego non me arbitror cōprehendisse. Vnum autē. Quae quidem retro sunt obliuiscēs: ad ea vero quae sunt priora extendēs me ipsum: ad destinatum persequor brauium supernae vocatiōis dei / in Christo Ihesu. Quicumque ergo profecti sumus: hoc sentiamus. Pulchre etiā nobis a perfectione in perfectione / meliorem ascensum monstrās. Aemulamini / inquit / charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstrō. Ista quidem preferēs / quo de virtute in virtute ascendam: visuri deum deorum in Sion: volemus quoque / nunquam deficientes. Et concessis a domino colubae pennis / volātes tandem cōquiescamus: & satiemur ab vbertate illius manētis domus / abūde refecti de torrente voluptatis dominicae: illius quidem incōparabilis ineffabilisque. Sed de his consequenter suo loco explicatius.

Cor meū & caro mea exultauerūt in deum viuū. Siue ut in greco est ζωοντα id est viuētem: viuus vero ζωος dicitur. Maior quippe vis & energia in viuente explicari videtur. At in deo omnis entelechia & perfectio est. Sed ad institutum veniamus. Quicquid mentis meae est supremum siue infinitum sit: ea precipue appetēdi vis omnis siue in sese / siue in corpore agat: & corpus meum propter celestis aīe etiā participatū in deum affectū extulerūt / exultauerūt in deum viuū / in deum viuētem in secula / in illū omnis vite perfectiōis & sanctitatis fontē. Rapit ad se carnē spūs: sed mortificatā / sed sibi ipsi mortuā / & spiritui viuētē: illā quidem carnē rapit de qua dicit Iob. Et in carne mea videbo deum saluatorem meum. Nescit illa pugnare aduersus spiritū / quae illi penitus cōsentiēs est: quae cum omnibus affectibus suis dicere potest. Currem in odorem vnguentorum thorum: sequute diuini spūs charismata / in te mire redūdātia o celestis & deifera aīa. Cor in scripturis per aīa & intelligēt aīo frequētius accipit. Hec omnia / & corpus & aīa a diuino spū cōcalecta in diuinas exiliūt laudes / exultāt quoque sed ineffabili sed incōparabili letitia & exultatiōe: nec in sese exultāt quod nichil tāta exultatione in se dignū habeāt: sed in domino in quo omnis veri gaudij & iucūditatis est ratio. Exultamus maxime propter vitam eāque maxime salutarē & beatā. Sed in quo magis salutaris et beata vita est: quae in domino / qui per se vita est / omnis beatę & consummatoris vitę fons & origo. Et vita est spiritualis & diuina omnis vite spiritualis ratio tāto hac nostra melioris: quāto anima a corpore differt: coelum a terra: & beati & celestes ant

in a corporeis & sensibilibus rebus. Ista igitur delecta carne que velut iumentum in stercore suo cōputrescit: illam carnem Ielunij & sanctis vigilijs cōmaceratam: & que videbit salutare dei: sic beatis tēperantię/fortitudinis/&liberalitatis virtutibus in-stituatam: quo tandem exultare possit/tota spiritui conformis immo penitus Christi formis/in deum viuū: vnde iugem possit haurire innocentiam & puritatē. Si fomenta libidinis & corporeę cuiusdam educationis subtraxerimus: confestim sentiemus vires animę candidissimas in ipsam redū dare corpus: sentiemus cor illud quod antea lapideum & penitus obduratū erat/in cor conuersum nō tam carneum quā spiritale: & indutum nouam formam: nouo illustratū lumine: quod totū a fonte diuinitatis decurrit. Et iam iam sese nō ferens: sed in allo/vt amans in amato/agens & viuens: in allo exultat/miro effert gaudio: quo plurimum dilatatū amplissima illa cœlestis Hierusalem percurrit spatia. Cernit ibi verorū exemplaria, & que vix in vmbra hic cernebantur: ibi in puriore lumine cōspicua sunt. Qua mira elatum dulcedine & rerum tantarum admiratione sepe in clamat. Quia dilecta tabernacula tua domine virtutū, concupiscit/contabescit/& deficit anima mea in atria domini. Cor meum & caro mea exultauerūt in deum viuū: in quo sunt omnes thesauri scientię/sapientię/ & beatę immortalitatis reconditi. Hoc & in allo loco in eandem dicit sententiam. Sitiuit in te anima mea: quā multipliciter tibi caro mea. Sequamur Apostolū qui mori lucrum pro CHRISTO ducebat & pro fratribus quoque mori dignum arbitrabatur. Quotidie morior (inquit) pro vobis fratres. Qua gemina insignitus charitate iam non in corpore agēs: totus in animum & mentem cōuersus erat. Vt vix fere vnquam sentiret an in corpore an extra corpus tanta coram spectacula diuinitatis cerneret. Talis in eo erat corporis cum anima cōsensio: vt quicquid ibi cerneret: totum spirituale esset & preclare vitę institutum & genus eloquentiis/& mores & totius corporis/vultus/vocis & gestus moderatio cum diuina & supradmirabili venustate. Totos homines talibus hamis trahebat post se/ingenti redundante & per omnia flammato charitatis incendio. Diuinas vndique miscet flamas. Vt arcā totam interius exteriusque de auram cerneret. Talis & tanti viri/forti & constanti imitatione/affici deberemus: vt quotquot per sanctam eruditionem filios habemus: illos etiam vt carnem nostram & animam nostram/de more vere & amantium/existimemus. Quo perpetuo simul in ipsis atque pro ipsis dicere possimus. Cor meum & ca-

ro mea/aut (vt dicit Apostolus) gloria mea/& corona mea/exultauerunt in deum viuū. Nichil igitur pro salute cū nostra tum proximi nobis verendum est: nō iniurię/nō flagella aut persecutiones/ nō ipse denique mortis. Hęc & talia frequentius sanctis accidunt: quo maiorem promereantur gloriam: atque in tormentis maximis incredibili inuenta atque vni patientia: imo vero ingenti fortitudinis robore toti penitus cœlesti igne probatiores efficiant: deformes καὶ θεοφόροι. i. deū ferentes et magis ac magis incēsi/verius ac verius exultare possint/luci supradivinius admoti/& perinde lucidiores effecti. In vitā nō potest quisquam exultare: nisi deformi vita suscepta. Nec in veritate aut probitate/nisi sacratoribus et veritatis & probitatis/cis sanctimonie/ ὑπεραρίας & mirę equitatis quę omnē iustitiā cōplectitur/ipsius quoque incōparabilis sapientię quā HOHMA vocantes inter consecrata deo nomina referunt/insignitus muneribus. Beatus homo (inquit Salomon) qui adeptus fuit sapientiam: & qui affluit intelligentia. In Iob quoque. Multitudo annorum sciet sapentiā, ipsa est spiritus in hominibus: & inspiratio dei omnipotentis dat eis intelligentiā. Vbi BINAH/intelligentiā iterantur. Tantis illis cōtinēter in suum fontem atque diuinis imaginibus nitentibus. Exultat in presētia amati amās. Sed quā ob aliam rem istud contingit nisi ob incōparabilem amoris & virtutis (que in utroque est) similitudinem? Quā diuinam in hominibus/ quo digni cœlesti essent amore/ inuentam in mire desiderabat dominus. Sancti estote: quia ego sanctus sum/ dicit dominus. Et Apostolus. Estote ergo imitatores dei sicut filii charissimi. Et dominus in talē omnes instituebat disciplinā. Discite (inquit) a me: quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Inuenietis signacula pacis/ τῆσ ἀγάπης id est dilectionis/amoris/ felicitatis/ virtutis/ omnis denique perfectionis. In quibus animi vera quies & vna tranquillitas vnice consistit: & campus omnis exultationis & laudis est. Et hic iter laudis ad eternam laudē absque fine mēsuram/ Nichil est quod magis a mortalibus expetat dominus: quā diuinarum laudum effusiones: quibus se etiam honorificari nō nūquam cōmonet. Sacrificium (inquit) laudis honorificabit me: & illic iter/quo ostendam illi salutare dei. Quod in allo loco sacrificium labiorum confitentium domino/nūcupatur. Propter quod repudiatis olim alijs sacrificiis dicebat. Sacrificiū & oblationē nolui: aures autem perfecisti mihi. Aures quidem in diuinas laudes intentas: quas in verba oris sui audientes & inclinatas

In psalmum. LXXXIII.

vlt iustus postulat. Auribus (ait) percipe verba oris mei. Et. Verba mea auribus percipe. Has / diuinam quandam intelligentiam esse / statim edocet. Intellige (inquit) clamorem meum. Aures enim tuae / tua diuina sunt intelligentia : quaedam cognitio : & quod manus atque amabilis est / incomparabilis / ineffabilis / inenarrabilis / diuina atque intelligibilis / nunquam tamen satis pro dignitate intellecta poscentium efflagitantiumque susceptio. Nec sufficere (vt ad priora redeamus) putat / qui sic in dominum exultabundus est / in atria & primos tantum aditus introire : nisi quaecumque secreta penetrauerit. Ne sufficere sibi in promurali aut intra palatia recipi : immo nec si in cubiculum regis admittatur : vbi possit scientiae & sapientiae enumerare thesauros & supellectilem amplissimam regis / & vestes sponsi insignes mirum in modum illustres / ostro auroque rigentes : nisi in cella sit etiam ingressus vinariam vbi amoris vino purissimo hausto : totus in laudes & hymenaeos cantus soluat : & dicere possit. In te vno domine IHESU exultabimus & letabimur in te / memores verborum tuorum super vinum : vt tam nec ipsa cella vinaria satis tui michi sit. Tua enim presentia pulcherrimo affluente lumine opus. qua nata totum excellit / totum exuperat / incredibiliter effertur & pene in imensum excrescit / quicquid exultationis / gaudii / locunditatis / secretioris sublimia fonte tuo inexhausto in me manat. Illa vna omne regnum meum : sed ineffabile / sed super substantialia / sed vltimum mundanum / tam illustre / tam luminoso. cuius finis nunquam erit. Id quod MALCHUTH vocat. Rex quippe regum est : qui & regnum nostrum / templum & altare. De quo in psal. xxliij. Dominus virtutum ipse est rex gloriae. Et iterum. Dominus EL. i. fortis & potens / dominus potens in prelio. Rex omnium saeculorum. Omnia illustris sapientia / intellectu / victoria (qua *νικην* siue *ετεραλοκην* nuncupant) laude / gloria / precontio / decore. Decus enim & pulchritudo indumentum eius. Inenarrabili accinctus potentia : admirabilem indutus fortitudinem : qui posuit in misericordia solium suum : & thronus eius omnis gratiae & gloriae thronus & fastigium est. Adeamus ergo (ait Apostolus) cum fiducia ad thronum gratiae eius : vt misericordiam consequamur & gratiam inueniamus / in auxilio oportuno. Haec tanta fastigia mire alta & sublimia sunt : nec alio magis quam sancto timore atque amore veluti pulcherrimis columbae pennae & solidissimis gradibus & vna domini de more patrum inuocatione / illuc conscenditur. Vbi / HOD. i. confessio & pulchritudo in conspectu eius : sanctimonia et magnificentia in sanctificatione eius. De quo dictum est. *Δόξη και τιμη εστε φανωσασ αυτου* id est Gloria & honore

Explanatio.

134

nore coronasti eum. Pulcherrimo igitur exornatus diademate et regio sceptro quo singula moderetur insignis est deus noster : qui & omne bonum nostrum. In quem tanto ardore & incredibili defectione accenditur viri iusti & sancti animus. Sed ad institutum veniamus. Nec iam languor / mea defectio est (inquit) ex opposito insuperabilis gaudii proueniens : sed ipsum est insuperabile atque impenetrabile & propter haec vehementissimum et summe michi optabile gaudium. Tum ego omnia vtcumque se iuncta / in te / vnum idque summe esse intueor. & innumerabiles istas cum amoris tum mœroris & odii vicissitudines in te / optimum maximum esse amoris : & temporis varios successus / eternitatem : vnam demum *αρετην και δυναμιν* .i. virtutem / multiplices virtutes : & varia symbola & signa / vnum propterea exemplar & veritatem. Perinde ac si gemmae multae in vnam abiret / et soles plures in vnum solem : demum vmbrae omnes in vnam pulcherrimam lucem : & figurae & multiplices species / in vnam exemplarem veritatem : omnia denique salua semper rerum substantia / in fontem / causam & principium omnium vnum. Haud aliter quam si confertissimus quicumque exercitus / vnum recognoscens principem / in ipsum qui virtute plurimum praestans omnium complecteretur virtutes / funditus absumeretur : vtriusque tamen manente entelechia. Et haec absumptio & admirabile foedus : dei cum hominibus secretor synaxis omnem superat mentis indagat : quando ipsa nequaquam absumpta substantia / tamquam dam videre videtur absumptionem. Et hoc est quod dicit Apostolus ipsum omnia esse in omnibus : & quod in ipso sumus viuimus & mouemur. Et Apulus ex arato in phœnomenis. Ipsius enim & genus sumus. Et viuo ego iam non ego : sed viuit in me CHRISTVS. Et idem Apostolus. An experimentum queritis eius qui in me loquitur CHRISTVS qui in vobis non infirmatur sed potens est in vobis ? Subdit. An non cognoscitis vosmet ipsos quia CHRISTVS IHESVS in vobis est : cui subbndicto & supbndicto sit omnis laus / honor / & gloria / in saecula saeculorum. Amen.

3 **E** Tenim passer inuenit sibi domum / et turtur nidum : vbi ponat pullos suos.

¶ In greco est *και γαρ στρουθιοι* id est passerulus & fortasse maiorē habet emphasim & vi. Passer *σπουθος* siue *τρουθιο*. Requies stata domine deus meus omnibus est : & passer siue passerulus quietis domum habet & turtur castum / & coelestis puritatis typum gerens / animal in altis nidificans veluti in suo a natura definito & prestituto loco mire oblectatur.

& quiēscit: anima vero mea quę hic peregrinat a domino: num aliquando in suā (quę tota spiritualis & coelestis pro eius cōditiōe est) cōmigrabit domū? Si passer in alta festinās petit mōtes: trāsmigra (inquiūt) in montē sicut passer: quasi hoc illi animali insitum sit: & hic anim⁹ noster/hęc mens/hęc ignea vis suapte natura celsior: tota in diuina nata: cur in ēternos (vnde mirabiliter illuminat dñs) non cōmigrabit montes? Et quā hic sedem aut quietem non habet/ibi habeat: vbi pulchra atq; immortalis/pro modo nō tam imortalitatis suę q̄ diuinę perfruatur pace? Nec enim nisi pernici per omnē virtutis agilitatē/volatu illuc contēderit: requiescere aliquādo poterit. Propter qđ dicit. Quis dabit (inquit) michi pēnas sicut colūbæ: & volabo & requiescā? Est in celsioribus illis locis/solum gloria dñi conspicua: in qua vel tantū satiari contingit. Tunc satiabor (inquit) cū apparuerit gloria tua. Turtur etiā nō habitat in humilib⁹ sed in altis: atq; in celsis arborib⁹ sēp nidificat: & nos q̄ diu etiā hic agim⁹ & virtutum pēnis circūlustramus orbem: non degam⁹ in deiectis & humilib⁹/aut vitiorū/siue minorū forte profectuum locis. In alta maiorū virtutum & per diuinā gratiā meritorū festinādum est: & in summos virtutis honores illustrante semper domino/consendendū. Vt magis ac magis proficiētes: nequaquā deficiamus. Bonū autem faciētes (ait Apostolus) nō deficiam⁹: tēpore enim suo metemus/non deficientes. Et quę post nos sunt relinquētes in anteriora nos cū sancto Apostolo extendam⁹. Nō deerit tibi de sancto Helia fortitudo: quousq; in mōtem domini peruentū sit. Sed ambulabimus in fortitudine cibi illius tātis insigniti dominicis pēnis: vsq; in montē dei: illius quidē cibi supersubstantialis/ qui omnē nouit prestare virtutē. Et quę vt cōtinenter petamus nos cōmonet domin⁹. Panem nostrū supersubstantialē da nobis hodie. Ita ei in euāgelio Matthei scribit: & gręce hoc pacto τὸ ἄρτον τὸ ἐπιούσιον id est panem supersubstantialē. Lucas habet quotidianū: id qđ in eo tm̄ loco/ p̄ publicis p̄cib⁹ ecclesia latina seruat. reliquum omne ex euāgelio Matthei. Gręci vero absolute vt est in eodē euāgelio κατὰ Mattheum. Sed p̄sequamur. Si igitur hoc terrestre animalium genus turtur & passer aues vt volunt castissimæ/semper in excelsis habitant/ & nos in excelsis habitare oportet/ qui melioribus h̄sq; spiritualibus sum⁹ insignes alis. sunt enim de eloquijs atq; mylticis intellectibus cū aureæ tum argenteę. Hieronym⁹ loco turturis hic interpretatus est auem. Paulus Hebręus legit hyrundinē. quod magis congruere videtur ei quod cōsequenter annectit.

4 **A**ltaria tua domine virtutum: rex meus et deus meus.

Altare ab altitudine dictū est. Antiqui in edificijs a terra eleuatis sacra faciebant superis. altare tātum deo optimo maximo consecratū. Olim ara superis & inferis. quāobrē ecclesia altare vsurpauit. significat⁹ gręce θυσια σήριον ἀπὸ τῆς θυσίας dicit⁹/ qđ sacrificiū hostiam & vltimam significat βῆμα generalis nomē id est altare tribunal & grad⁹. In gręco est τὰ θυσια σήριον κύριε τῶν Δυνάμεων id est altaria tua domine virtutum. Et perinde est ac si diceret. Domine deus virtutū/ domine Sabaoth id est exercituum rex me⁹ & deus meus/ si frūdo et passer nidificent in altaribus tuis hoc est patris & templis tuis: atq; ea sibi deligant loca vbi ponant pullos suos: quid nō faciet mens nostra: cuius sunt hęc propria loca non autum: in quibus a domino peregrinata paululū conquiescat/ in illa sup̄diuina & vltimunda suspirans altaria: illa manent: ista alquando excident. Hęc futurorum quędam sunt symbola & signa: illa multo verissima rerum exemplaria. Vbi ipse dominus deus templum & sacra edes omnū animorum est. Et templum (ait Ioannes) nō vidi in ea: quoniam dominus deus erat tēplū eius. quod fortasse in nomine ciuitatis quam describit Ezechiel satis significari videtur. Et nomē (inquit) ciuitatis Adonay san hoc est dominus ibidem. Quod ibidem domin⁹ sit pro omni templo & sacra ede: pro omni certissimo omnū olim transfugarū et peregrinantium asylo. Videtur michi & alius sensus hic esse Laudauit tabernaculū domini q̄ illud mobilitatem aliquam p̄ se ferre videret. laudauit atria/ sed q̄ vix tandē aditū in domū domini p̄stent. Hic quadam extasi pene raptus/ miratus locum tanta celebritate & magnificētia/ eūq; nō parum significatiōis & dignitatis habentē tantillis nōnunq; haud deesse animalibus: O superdiuina (inquit) altaria tua / domine virtutū/ rex meus & deus meus. Illa quidem altaria pro quib⁹ iugiter sacrificant & incensum offerunt coelestes animæ / siue illa incensū & thymiamatis altaria: siue sacrificiū. Coincidunt illa ibi: quę hic differentiam plurimā p̄ se ferunt. Nec tam altaria q̄ vnū / sed eminentia omnia continens/ altare. Vnū cōmemorat nō plura Ioānes in reuelatione. Et alius (ait) angelus venit & stetit ante altare habens thuribulū aureum: & data sunt illi incensa multa: vt daret de orationib⁹ sanctorū omnū sup̄ altare aureum: qđ est ante thronum dei. Et paulo post subdit. Et accepit angelus

In psalmum. LXXXIII.

thuribulum aureū: et impleuit illud de igne altaris. Ecce ubiq; vnum dicit altare/ vnā superdiuinā aram, quasi ibi plura in vnu pulcherrime abeant: vnu sint atq; eminentissimū: de quo alio loco diximus. Et si dominus templū est: multo significantiori ratione altare erit erectum in titulum & triumphū omnium. Ipse etiam titulus omnis victoriæ nostrę ipse noster triumphus est. Beatus Iacob accepit lapidē in titulum fundens oleum de super in typum olei exultationis & letitię incōparabilis quo inūctus est dñs prę participibus suis. A sancto quidem Iacob id est a patre eterno supfuso oleo. Id quod in. iij. & .xl. psal. dicitur. Dilixisti iustitiam & odisti iniquitatē: propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitię/ prę consortibus tuis. Et in actionibus apostolicis. Quomodo vnxit eum deus (ait) spiritu sancto & virtute. Hoc altare inscripturis sine gradibus est quando nulli sint gradus per quos possit in virtutē domini IHESV cōplectendā haberi consensus. Incōparabilis per omnia est illa mirifica virtus: nulla pōt i illā cōcedi iriue ratiōe. Diuina est: aut diuinę arctissime iuncta substantię. Infinitis in illam vel tantillū capescendā gradibus opus esset. At tales nulli sunt: nulli igitur describuntur gradus. Non ascendes (inquit dominus) per gradus ad altare meū ne reueletur turpitudine tua. Sacer quoq; Hieronymus ex Matthei quibusdam scriptis. Altare holocausti quod forinsecus erat adiri gradibus nō valebat. Altare thymiamatis duorū tantum cubitorum altitudinem habuisse: neq; in illud obseruantur gradus. Pro altari quoq; holocausti (quod altitudinis cubitorū trium erat) nulli gradus leguntur. Mirabilia igitur omnem quoq; excedentia mentis indaginem & rationem sunt altaria tua domine exercituum: siue vnum supercœleste illud re ipsa sit: siue plura ingenti virtute & significatione. Et si in typis tantus est honor/ tanta est dignitas: vt maxima illos propter suam prominentem veritatem veneratione ducamus: quid non in veritate & exemplaribus verorū eternis erit? Immensa quidē atq; ineffabilia sunt exemplaria. Nō possunt etiam satis pro dignitate typi tantarum rerum & imagines explicari: vt vix in illis pauca quedam consulant vtri vtcunq; eruditissimi sanctissimiq; vt vix de thesauris illis & prōptuario mysteriorum æternorū amplissimo tantula quidā pdeant numismata. Similitudines quidē aurū in illis potius videmur nacti: q̄ verissimū aurum. Sed de his hæcenus. Et iam satis contemplato atq; demitrato thysiasferio & altari: vt propter excessum mentis vix orationem absonerit quo vehementior eius admiratio/ dilectio & amor vide-

Explanatio.

136

batur. ascendit in totum domus magnificentiam/ & pulchritudinem quam cernens inestimabilem atq; incomprehensibilem dicit.

5 **B**eatī qui habitant iu domo tua domine in secula seculorum laudabunt te.

¶ Non pigebit hunc versiculū qui in omnī hominum ore esse deberet: etiam gręce proloqui. μακάριοι οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ σου εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων αἰνεσοῦσί σε. κατοικέω id est habito colloco. Beatī igitur etiam qui collocant/ constituunt/ ponuntve habitationem suā in illa vltimū mundana/ ineffabili/ incōparabili Hierusalē. Id quod pcedentibus maxime quadrat. Dixerat enim. Quod dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Hic illud desiderium & multo magis habitationē/ beata esse cōfirmat. & vide si pro eo quod dicit simpliciter collocantes: iuxta hanc intelligentiam intelligat omnes conatus/ vt res/ spem/ omnē deniq; amorē. Nec se modo collocāt in ea foelici domo sed etiam τὸν ἑαυτοῦ id est pximū suū. Sed ad institutū veniamus. Pulchrū erat esse in tabernaculo tuo: foelix & beatum agere in atrijs: e quibus cominus domus cōspiciendā offerretur: sed longe foelicissimum/ esse in domo tua. Ibi diuinę et coram cōspiciūtur opes. Ibi verorum eternis exemplaribus abunde satari possumus. Ibi & alibi nusq; pulchritudo: imo omnis superpulchritudo & decus omne nobis nō sine incredibili quadam gratulatione occurrit: eo loci miram agens/ sed in admiranda & incōparabili concordia/ diuersitatem. Sapientia ibi omnis verioris atq; spiritalis luminis ratio: cuius pter id quod spiritalis καθόλου. i. in vniuersū est tāta est ei⁹ maiestas vis & quedam dynamis siue potentia: vt nullo satis sermone enarrari possit. Omnis ibi virtus/ omnis gratia/ sed in genuina & peculiarī/ quā habet specie nobis obuiam veniunt: & tanto / illa sua ipsarū incōparabili forma afficiunt incendio: vt in nouum penitus hominem/ mortales demutentur: atq; extra se elatati pene deficientes & attoniti prę gaudio quo penitus & suffunduntur & superantur/ ad dominū vnum tantę domus opificē alunt. Beatī isti cœlestes ai tam candidi tui factiore imitatione/ tam rubicundi/ tā decori & insignes fulgentibus de diuinitate armis: qui post multā victoriā hos agunt diuinos triumphos. istis nūc recreant vndis: quę suauitate omnes superāt vndas: isto respirant aere: hac diuiniore atq; immortalitate donante aura:

his sanctis vndiq; suffulgent fulgoribus: & quod optimum maximumq; est/ tuo plurimo rutilant sole: in his sapientiae confitent mēsis illa longe potioribus. de qua dictū est in psal. xxli. Parasiti in cōspectu meo mensā: aduersus eos qui tribulāt me. Talib9 sed quę incorruptę sint: recreari possunt epulis: ista delibare sacrosancta carchesia diuinioraq; pocula: & pleno se proluentes auro vinū quod sapientia miscet/ illud quidem letificans cor hominis: plenus desumere. Nō possunt satis abunde saturari omnes omnium multo pulcherrimas cernentes ideas: oppositorum concordiam: & discordantium mirabilē quietem. Tales isti tantisq; perfruentes animi beatitatibus foelices sunt: immortales sunt: in secula seculorū laudabūt te. Hęc domus seu ecclesia/ siue hęc ceterior siue illa extrema & intelligibilis sit/ fundamentum habet eternum dominum nostrum IHESVM CHRISTVM: qui pro fundamento & lapide angulari/ illi est. Quo his duobus munimentis firmata corruere nunq; possit. & in tanto edificio quod infimū esse videtur & parum prominēs: summū est: & ex prominentius. Infimū summū: & minimū maximum. Nec iniuria quidem. cū ipse omnia sit: atq; in omnibus existens minima haud indignatur: per omnia diffusus/ vna cōpage firmissima/ alia alijs iuncta mēbra habens/ singula stringens: singula inter se connectens. vt in tanto etiam edificio nichil sine ipso spectare possis. Nec dignā aliquam nomēclaturā aut factam nominationē haberi: sine eius παντάρια id est omnis sancta & superdiuina nuncupatione. Domus vero dei (secundum Apostolū & antea quoq; diximus) sumus nos. Et vide miram in diuinis eloquijs connexionē. Regnū coelorum propter incōparabilem nexū immo magis vnitatē & presens ecclesia et quę nunc pace perfruitur in coelis dicitur: quasi vnum regnum sit. Quod quā partim in mundo sit: tamen de mundo nō est: nulla re a mūdo deriuationē aut potestatem sortitur. Si lux in mundo: & regnū eius in mundo. In mūdo (inquit) erat et mūdos per ipsum factus est: & mundus eū nō cognouit. Et ipse dominus quā suam ecclesiam ex vniuerso orbe in vnum cogeret: suum tamen regnū de mundo non esse testatur. Regnū meum nō est de hoc mundo. quasi vnde decurrat & promineat meliorem potestatem & emanationē sortiat. Siue quantū ad presens attinet/ meliorem cū angelicis numinibus nexum & diuinā aliquā cum superiore regno colligationem. Vt a meliore & manenti portione effectum tandem & nuncupationē sibi vendicet vt nō de mundo regnū/ sed regnum coelorū dicatur. Id quod

frequēs est in euāgelio. Coelū quippe diuinā nūcupationē habere obseruatur ex Orphēi carminib9: q noctē/ coelū/ etherem vtcūq; in trinitatē refert vnde olymp9 coelū quā totus luceat ὀλυμπος quasi ὀλολαμωσις & coelum parentē omniū: hoc est (vt quidā interpretat) filiū dei affirmat. sed ista nichil ad nos. Magis vero ex diuinis/ coelū (inquit) michi sedes est & terra scabellū pedū meorū. Et dñs in euāgelio. Qui de coelo venit: sup oēs est. Et quis est qui ascēdit in coelū: nisi qui descēdit de coelo: fili9 hoīs qui est in coelo. Et Apostol9. Prim9 homo de terra terren9: secundus homo de coelo celestis. Dñs quoq; sol iustitię in Malachia nūcupatus. Et orietur timētib9 nomen meū sol iustitię: & sanitas sub pēnis ei9. sed ad institutū redeam9. Vna igit inferior hęc & superior dom9 dei est. In qua dñs noster IHESVS CHRISTVS est velut in domo sua. CHRISTVS vero (ait Apłs) tanq; fili9 in domo sua. Simili quoq; ratione de ciuitate sancta Hierusalē/ & monte dei viuētis/ & alijs id genus & dicere & obseruare possum9. pximū enim symbolū habet hęc cū supcoelesti Hierusalē. Beati (inquit) qui habitāt in domo tua/ beati inq; quā diuinā & Christiformē vitam agāt: tales nāq; diuini icodomūdes/ tales ac tāti diuini icole in secula seculorū laudabūt dñm. Et obserua eum qui semel domū hanc ingressus fuerit: nunq; egredi. Quādo in secula seculorū quo noīe eternitas designat cōtinenter laudet dñm. Atq; in atrijs sūt authore Hieronymo exeūdi potestātē habēt. ex atrijs in domū etiā cōmeātes: & ex minore pfectu in maiorē. Qui vero diuina sunt insigniores charitate & pximi tantū spōsi amplexib9/ nunq; exeūt. Et quomō qui in domo sunt: nunq; exeāt. Audiam9 Ioānē. Ex nobis (inquit) pdierūt: sed nō erāt ex nobis: qui in domib9 per celestē & diuinā χάριτα id est gratiā & admirādam charitatē amorēq; cōtinenter agim9. Subdit. Nā si fuissent ex nobis: pmāssissent vtiq; nobiscū. Sed vt manifesti sint quā nō sūt oēs ex nobis. Tales fortasse in atrijs erāt: ex quib9 exire licet: ex domo nō licet. Et vide si forte in hūc sensum ista dicāt: vt q; ex minore pfectu aut ex atrijs exciderint: possint iterū p penitentiā resurgere: & primas suas sedes repētere. Qui vero a solo patris & domo dei tantis susceptis charismatibus veluti a maiore & manenti magistratu abierint: vix vnq; tantæ maiestatis lesę rei/ in priora redire possint. Et hoc est fortasse quā dicit Apłs. Impossibile enī est eos qui semel sunt illuminati/ gustauerūt etiā donum celestē: & participes facti sunt spūs sancti: gustauerūt nichilominus bonū dei verbū virtutesq; seculi vēturi/ & plapsi sūt: rursus renouari ad penitentiā/ rursus crucifigētes sibi metipsis filiū dei & ostentui habētes. Quā p baptismū iterū nō posse istos qui sic

exciderint renouari pleriq; intelligat. In baptismo enī semel cō-
morimur dño nostro Ihesu Christo & similitudini mortis ei⁹ cō-
formamur. Semel autē Christus mortu⁹ est, ob hāc rem baptis-
matis veluti symboli & certissimi signi repetitio nō fit. Sed aliū
etiā sensum p̄tendere videt littera Apli. Atq; hoc loco / impossi-
bile p̄ difficili vt in euāgelio accipe. Et vt dñs ait in euangelio
impossibile est apud hoies / deo autē possibile est: cui oīs creatu-
ra subiecta est in coelo & in terra. In hāc quoq; intelligētiam dñs
in euāgelio. Quicūq; dixerit verbū cōtra filiū hoīs remitte⁹ ei.
Qui autē dixerit cōtra spiritū sanctū non remitte⁹ ei / neq; in hoc
seculo neq; in futuro. Et vt digressi ad priora redeamus. Si hic
tāta laus & tam iugis in ecclesijs est: & magis in sanctorū beatif-
simis aīs: quē laus / q̄ iubilatio ī peculiari regno laudis & oīs iu-
bilationis esse poterit? Simulta hic foelicitas beatorū aīorū est:
quāto ibi maior & obseruator erit: vbi ppetua pax in oēs: & vbe-
rior foelicitas agit: vbi oīs gloria & triūphus. Quādo nō iā inter
mortē & vitā mediū sunt aī: sed securi de sua īmortalitate / semp
hymeneū canūt: sēp benedictionē / gloriā / honorē / sapiētīā / &
gratiarū actionē deo dicūt / in oīs generis cātica & hymnos effu-
siores. Quādo p̄ sūmo & maxio bono ducunt illū laudare: q̄ sup
omnē laudē / gloriā & exultationē est: & cui⁹ magnitudinis null⁹
est finis: ei⁹ misericordiarū nullus numer⁹. Et pulchritudo & ma-
gnificētia tāti numinis sup oīa sydera est: eternitas sup oīa t̄pa /
atq; eūū / imo vero (vt nōnullis placet) supra ipsā eternitatē / ei⁹
quippe duratio ineffabilis: nec vllō sermone satis explicari pōt.
Ibi foelices & beatē sunt coelestes & diuine aīe: vbi puriter in ip̄a
viuūt vita: in optio maxio sūt agūtq; esse. In sup diuinā pene ab-
sumūt entelechiā: hoc est nō sibi sed Christo viuūt: lucēt ī lumie.
sed īmēso / sed infinito. Nec in alio quopiā magis lucere possūt:
nec sua indita cōtenti p̄fectione īmortales aī: in supiora festināt.
Nec tā alio q̄ suo sed īmēso maxie gaudēt lumie & cādore. In
harmonia cōcinūt / sed cōcentu nō suo nō finitiore sed infinito /
īmēsoq;. Oēs sup diuio excessu sup excellēter rapiunt: in ingentē
gloriā ferunt: in mirā exultationē. Et toti sunt laus / gl̄ia / & exul-
tatio: toti iubilus / cātus / ode / & incōparabiles cōcentus. Atq; in
oculos & multiplices linguas pene demutati / vndiq; vidēt: vn-
diq; laudāt. Atq; illud quidē tam cōstanter agūt: vt nunq; a diuis-
nis sit cessatio laudib⁹. Beati igit q̄ sūmā maximā beatitatē / pro
optima maxima habēt forma: forma q̄dē exēplari: q̄ haud quidē
pars vlla sit: sed totū potius / ōne continēs totū: omnē retinēs ha-
bēsq; p̄fectionē. Et talem plurimis plurimā donās. Qua ip̄oētes
id est maxime potētes effecti haud quāq; p̄ lassitudine (qua nūq;

vincūtur) sibi cessationē indicūt / quem ppetuo cū tantis / & tam
coelestib⁹ animis cū laudare & magnificare neq; possim⁹ annue-
te dño / cōcedente dño IHESV CHRISTO (vtinā qua fas est)
In id ānitamur / cui est cū patre & spū sc̄to oīs honor & gl̄ia. Hic
Διάψαλμα id est diapfalma īterpositū est. de quo eruditissimi
viri varia senserūt. Sunt q̄ musice varietatis silentiū siue rithmi
distinctionē arbitrent. p̄ quo Sela in hebreo positū est. Et aquila
authore Hieronymo: semp interpretat: qd litteris Samech / La-
mech & he scribit. Et in fine quoq; psalmodū nōnūq; diapfalma
obseruatur positū: nedum in medio. vt in tertio psal. Et sup po-
pulū tuū benedictio tua Sela id est semp. Et in xxiiij. Dñs virtutū
ipse est rex glorie Sela id est semp / & cōtra ī psal. multorū versuū
nō inuenit in xxxvj. 77. 118. & 91. distinguit cāticiū diapfalma-
tis: nō ergo indicatiū silentij: sed hoc verbū superiora & inferiora
cōnectit: aut certe docet sempiterna esse q̄ dicta sūt. vt in 3 psal.
Multi dicūt animē me⁹ / nō est salus illi ī deo suo semp. Et rurū.
Exaudiuit me de monte suo semp. In Abachuch deus ab austro
veniet / & sanct⁹ de monte Pharā semp. Iuramēta tribubus q̄ lo-
cutus es semp. Et alibi. Aurib⁹ vestris cōpungimini semp. & q̄ri-
tis mendaciū semp. Hebrei solent vnū e trib⁹ subnectere Amen
sela aut salon qd exprimit pacem. Et vt nos ad distictionē subse-
quentiū interponim⁹ explicit aut foeliciter: aut aliqd tale. ita He-
brei vt q̄ scripta sūt roborent: dicūt Amen: aut in sempiternū scri-
bēda cōmemorāt: & ponūt Sela: aut exacta foeliciter p̄testant: pa-
cē in vltimo subnotātes. Ista Hieronym⁹. Id qd Origenis quoq;
authoritate cōfirmat in lxxiiij psal. cui⁹ p̄cipiū est. Cōfitebimur
tibi de⁹. post illud ego cōfirmaui colūnas ei⁹ apud lxx. Theodo-
tionē & Symmachū est diapfalma: pro quo aquila. cōfirmaui co-
lūnas ei⁹ semp. In sexta confirmaui colūnas eius iugiter. In He-
breo est Sela. In psalmo lxxv. cuius p̄cipiū Not⁹ in iudea de⁹
apud lxx. & Theodotionē post scutum frameā & bellū diapfal-
ma: itidē & apud Symmachū. pro quo aquila posuit semp: itidē
quoq; apud quintā editionē inuenit: in sexta in finem: & in He-
braico Sela. Et ī eodē psal. post illū locū. Et saluos faciet māsue-
tos terrē. diapfalma apud Symmachū. apd Aquilā & quītā sēp /
in sexta ī finē. in hebraico sela. Ista ex Origene & Hieronymo. &
q̄ Augustin⁹ silētiū siue cessationē quādā canētiū diapfalma eē
velit: supior tñ sentētia videt solidior: vt pote ex fontib⁹ Hebreo-
rū deducta: & sensū magis q̄ canētiū habitū cōsiderās. Perinde
est ergo ac si dixisset. Beati q̄ habitāt ī domo tua dñe: ī sc̄la sc̄lo-
rū laudabūt te semp / siue iugiter / siue ī finē. Quasi nūq; taliū lau-
s. ij.

dum cessatio futura sit/ & secula seculorum perpetuitate equet aut superet. Et in finē/id est dñm nostrū IHESVM CHRISTVM talis laus sanctorū est: in ipsū quidē q̄ manet in eternū. Et. Potestas ei⁹/potestas eterna/que nō auferet: & regnū eius/ quod nō corrūpet. De regno vero sanctorū: qui nō cessant laudare dñm: subdit. Suscipiēt autē regnum s̄cti dei altissimi: & obtinebūt regnum vsq; in seculū/ & seculū seculorū. regnabūt nimirū cū dño IHESV CHRISTO: cuius regnū eternū est. & oīa secula / et si seculorū secula sint/ facile superat. Lege Origenē. Sunt qui existimēt Sela genus quoddā admirandę iubilationis in fine elogij id est attestatiōis diuine honoris gratia/ esse: vt pleraq; alia ecclesiastica neumata: q̄si qdā sint diuine incōprehensibilitatis ad deū nut⁹. Aut quasi ineffabili modo ipm ineffabilē explicēt: q̄ magis incōprehensibilē cōphēnsibilis est q̄ effabiliter aut cōphēnsibiliter tot⁹ incōphēnsibilis inoīabilis/ supra oēm s̄sū/ rationē/ intellectū/ mētē existēs manēsq; imēsus/ īfinit⁹ & supbñdict⁹ in eterna scl̄a Amē.

Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum.

Pro eo quod scribitur auxilium in greco est ἀντιλήψιο id est defensio/ adiutorium/ susceptio/ subsidium siue vt habet interpretatio nostra auxilium. μακάριος igitur id est beat⁹ est ille cui⁹ antilipsis. id est defensio/ adiutorium/ vltimūdana quēdā susceptio/ sanctū subsidium/ auxiliūq; / est a dño: q̄ omnib⁹ est/ misericors & miserator/ & faciēs misericordiā ī milia. Pater est negare se filijs nō potest. Amic⁹/ frater/ & spōsus ē: quo pacto igitur suā spōsam dilectā sororē reliquet/ aut suas oues optim⁹ maxim⁹ pastor? De quo legi. Bon⁹ es tu/ & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Et qui dixit. Ego nō te deseram/ neq; derelinquā. Bon⁹ est quippe dñs sperātibus in se: & aiē querētī illū in veritate. Et rursum. Dñs michi adiutor est: nō timebo qd̄ faciat michi hō. Et Ap̄ls ī ep̄la ad Rom̄. Vide (inqt) bonitatē & seueritatē dei: ī te bonitatē si pmāseris in bonitate. qd̄ dicit ī valle lachrymarū ī grecis exemplarib⁹ p̄cipiū sequētis vers⁹ ē. εἰς τὴν κοιλίαν τοῦ κλαυμοῦ ποσ id est ī vallē lachrymarū/ qd̄ nos dicim⁹ ī valle. sed institutū psequamur. Nō sol⁹ beat⁹ ille q̄ in celesti Hierusalē est: sed etiā beat⁹ & foelix/ q̄ illuc cōmigrat: q̄ ī via q̄ ī valle/ siue luct⁹/ siue lachrymarū positi⁹ mōtē petit/ ī sin⁹ & sup̄diuinos āplexus sūmi sui festinat pētis/ anxio⁹ & mōerēs quousq; ī finē puenerit: quousq; diuioire cōtactu fuerit purior reddit⁹. & hac nimia sua anxietate & luctu ppter spōsi absentia oblectat. Fuerūt (inqt) lachrymę meę panes die ac nocte: dū dicit michi quotidie ybi est de⁹ tu⁹

Hęc recordatus sum & effudi in me animā meā: quoniā transibo in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domū dei: in voce exultationis & cōfessionis sonus epulātis. Effusio quēdā dilatio & latitudo/ in mira & incōparabili letitia est. Effusa in seipsa aīa/ in diuina gaudia etiā sese effundit/ diuinis iū affecta conturbatib⁹. Nec aliter in sese effundere liceret: nisi diuina effusione has agente qualescūq; effusiones. Omnia sunt in tam sperātī animo in exultatione/ & in quadā prae nimia letitia & tam diuini boni auiditate/ confusione: sed quę absq; vlla confusione sit: quasi diuina humana: & contra (preter omnē confusionē) iuncta sint. Et vide vt tristitia oīs/ in spem & letitiā resoluitur. Ait enim: quare tristis es anima mea/ propter illorum retardationem bonorū: & quare conturbas me. Subdit. Spera in deo: & adhuc confitebor illi: salutare vultus mei: & deus meus. Beatus igitur qui nichil in se sperās: auxiliū omne ex te sortitur. Qui leuans oculos in montes/ proximā tuā expectat auxiliarem manū: tuā quidē manū q̄ vnigenitus filius tuus est in sinu tuo: verbū quidē in patre/ man⁹ in sinu patris. Nec de tāto diffidet vnq;. Vnde veniet (ait) auxiliū michi. Auxiliū meū a domino: qui fecit cœlū & terrā/ cui etiā omnis obsecūdat creatura. Pulchre subdit. Ascensiones siue ἀναβάσεις id est ascensus/ in corde suo disposuit: in valle lachrymarum. Vallis nusq; sine mōte est. Si in valle fumus hic positi: proximus aliquis mōs est. Sed quādo omnia hic in valle sint: cœlū mons noster sit oportet: nec cœlū modo: sed vt postrema sūmis respondeant/ cœlum cœlorū. Est enim cœlū velut tentoriū siue tabernaculum omniū sublunariū. Qui extendis (inquit) cœlum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius. Sed quales sunt istę ascensiones: quas sibi & in corde suo disposuit disponitq; cōtinue proficiens aīa: dispositiones quidē ad maiorē p̄merendā gratiā. Diuina & sublimiora continue preparat tabernacula. quibus diuine suscipiātur parthenices/ formę & gratię. Et magis sacratioribus sternit auleis: vt intra hęc palatia/ porticus/ & atria/ inambulare quādoq; dignetur dñs. Et dispositiones tantū sunt: non quidē vt illis gratiam p̄mereamur: sed vt in illis diuina dignetur insidere gratia. Agit aīa qd̄ suū ipsius mun⁹ esse permittit dñs: intendere nimirum conatus in alta: nullos opponere aduenti sua spōte gratiæ obices: moralibus atq; humanis institui virtutib⁹/ si hoc quidem credere dignū. Permittit quippe dñs nostros affectus & mētē quibusdā suapte natura/ nullis datis peculiarib⁹ pedamētis/ affici posse conatibus: vt pro gradib⁹ sint illi eburneis in diuinas sed iuuāte dño/ iuuāte iustitię sole/ ascen-

fiones. Vt talibus quibus humanis conatibus addat dominus qui benignus est in omnes / spiritualis gratie ornamenta. Et ex humanis diuinisque unum exurgat egregia laude dignissimum opus. Sed cuius laus omnis & dignitas in mirabilem operum referenda sit: qui lucem coloribus infert: qui ducatur: qui ducem in ascensionibus prebet gratiam / eamque omnium quantum lucidissimo sole illustriorem. Qui fulcris aut diuinis pedamentis firmat vires: nec calcaria modo sed alas perniciosissimas addit. Beatus hic igitur vir nostras ascensionibus meditat: & magis proponit quam disponat. Et vide quod caute scriptura loquitur. Non dicit absolute. Ascensionibus disposuit. Sed addit: in corde suo. Quasi ista ascensionum meditatio sit sibi permessa. Sed perficit ascensionibus suis sanctis charismatibus dominus / & seipso perficit: qui potens est: & sanctum nomen eius. Conamur in eius sanctitate & beatam & immaculatam vitam. Meditamur ad anteriora continenter cum Apostolo nos extendere: sed absoluit omnia dominus: in quo / & per quem omnis ascensus noster est. Ipse in omni virtute & gratia: & maior est in omni longanimitate & perseuerantia / perfectus. Beatus igitur vir cuius auxilium abs te. Et observa si in illo quidem sensu sequentem littere consequentiam explanare possimus. Vt nec siue auxilio atque illo per de speciali / haud quam generali / nec meditari nec forte disponere ascensionibus nobis quoquo pacto liceat. Et ob hanc causam ante omnia / ad omnem beatitudinem premitit auxilium. Vt nulla sit aut in conatu aut in mediatioe que in corde fit / beatitudo / sine diuino auxilio. Inde omnem quantumuis minimum defluit bonum. Et pulchre dicit. In corde. Quando ibi omnis vera fit exultatio. Cor meum (ait) & caro mea exultauerunt in deum viuum. Ibi omnis vera meditatio. & in mediatioe mea (ait) exardescit ignis. Sanctus igitur vir dispositiones in corde eius / ascensionibus & gradus sed iuuante & plurimum firmate domino in supera & extrema facit tabernacula. Quibus in eterna festinans / mobilia & fluida relinquat: & posthabitis corruptibilibus: in incorruptibili aduolet aplexus. Sed istas ascensionibus molitur in valle lachrymarum. Luget dominica sponsa absente sponso. Absens a nobis hic est / quando illum his mortalibus innexi artibus videre non possumus: nec coram tam illustres conspectus intueri. Iugendum hic nobis est non letandum. Beati (ait dominus) qui lugent / quoniam ipsi consolabuntur: & talia dominus discipulis quod diu hic agent comminatur. Quia plorabitis (inquit) & flebitis vos: mundus autem gaudebit: sed tristitia vestra conuertet in gaudium. Nobis verorum cum emeriti iam milites / e regione luctus & multarum tenebrarum in regnum & lucis & omnis gaudij commigrabimus: & conscendentes in altum conuersi ad tribulationem in clamabimus. Ad dominum (inquit) cum tribularer clamavi: & exaudiuit me. Et tribulatione

pro infimo limite constituta. Vide quo pacto in maiores pro gradibus illis continenter perfectus conscendat. Leuaui oculos meos in montes: unde veniet auxilium michi. subdit tertio & sequenti profectu. Letatus sum in his quae dicta sunt michi in domum domini ibimus: nec solum leuaui iam oculos in montes aeternos: sed stantes etiam erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. quousque plurimum ascensu supremam capescens dicit. Ecce nunc benedicite dominum omnes serui domini / quasi securus de immortalitate sua / alios omnis / simili in uniuersam benedictionem cohortetur exemplo. Et observa ut per cantica omnia incredibili conscensu: in extremum tandem festinat canticum & magis epithalamium. Foelix nimirum qui post tantos perfectus / meretur obtinere sponsi tandem profui. Et quem antea diuinis consequutus fuerat imitationibus: nunc super diuinae emulationis omnia vela pandens / totus in diuinis complexus / in tantos illius amoris pene equabiles afflat / sese effundit. Diuinis igitur iisque differetibus gradibus / illuc primum conscendit. In illas arces amoris & pulchritudinis it: & quotidie proficiens & se melior existens anima letatur non parum / se ascensionibus in corde suo disposuisse: & per omnes virtutum species / in summam cito gradu conscendere virtutem / habens ratum sanctumque in animo dulcius de fonte potari: nec de fonte sed de fontibus saluatoris nitidissimis. Quando non una virtus ibi: sed omnes sint in summa entelechia virtutes. Nec verita beati viri mens luctus & vallis lachrymarum loca tristitia: diuinas ibi omnis exultationis meditatur odas. Exurgit in letitiam: que tota superne regionis est: atque in his mortalitatis regionibus agens / summo spatium olympo / coelestes & ultramundanos agens participat: tantis inhiis formis & vultibus sacris. Nec vno contenta mens participatu: infinitos sibi meditat & conficit: quo tandem infinitum assequi possit / & plena eius imagine ibi. Et vide / quibus in valle lachrymarum gaudere debemus. Nec enim ob ipsam vallē aut vallis incolatum / nobis letandum est: magis vero cum propheta dicendum. Heu me quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus cedar / multum incola fuit anima. Et cum apostolo summo opere mori optandum: ut simus cum Christo. Et cum ipso eodem / quotidie nobis magis moriendum quam viuendum est. His quidem momentaneis & caducis moriendum: illis immortalibus & aeternis viuendum: atque ob illorum tantum beatam spem letandum. Quis enim letari poterit in perditione viuentium. Corpalis proculdubio hic aut spiritualis quotidie perditionis materia: tibi tantum in coelesti Hierusalem / one lucrum / sanctum / perfectumque habetur. Quid est autem quod subdit: in loco quem posuit. locus hic a domino certaminis positus in quo pulcherrimis armis vincamus / vinciamusque hostem.

Pugnandū ob hostis quotidianos congressus assidue nobis est. Atq; in eo certamine vincēdū nec aduersus carnē mō & sanguinem: sed aduersus principes & potestates tenebrarum aduersus spiritalia nequitiae in caelestibus. Nec timendus est: qui nō potest vincere nisi volentem. Ne queramus in loco perturbationis perpetuā pacem: in loco continuę agitationis manentē aliquā firmitudinem & constantiā: vt nec in loco caliginoso puram & candidam lucem. Quo scilicet vt est / a nobis videri possit: nec enim istud hic concessum. Et quā radios suos immēsa lux per omnia extendat / effundat / immittat: qui pacis / virtutis / omnis etiam gratię sunt radii: illam tamē lucem vt est / minime cernere datur. Secundū quod ait Ioannes. Quoniā videbimus eū sicuti est. Obumbratur hic radij illi imaginibus & vmbri: quibus sane inuolucris videri nō potest. Ibi ablecto omni velamento purioribus purior inferetur animis. Tota vndiq; obuia ea lux erit. Plena & integra luce sanctos afficiet vultus. Et pro symbolis oībus / vna veritas conspicua & clarissima erit: pro imaginibus prope infinitis / vnū exemplar omnia stringēs. et in quo pulchrius quā in seipsis sint ipsa symbola: quęcunq; etiā signa preclare cōplectens: & vt clara luce in veritate cernantur demonstrans. In veritate / signa veritatis sunt: in se tantum signa / in luce vmbra / candidissima lux est: in exemplari imagines omnes vnū exemplar. & quicquid finitius in sese est: ibi infinitū immensūq; conspicitur: & quod ex parte est plena & perfecta cōprehensione retinetur. Quā hic tēporale: ibi eternū. Quod occupans nec perfecte plenum habetur: ibi omni plenitudine perfectissimum. Et hoc philosophandi & de diuinis differendi genus in quadam coincidentia est. Locus ille syncerę pacis & integre immortalitatis est. Hic vero tantum certaminis & diuę cuiusdam peregrinationis: in qua passim deficimus respiramusq; & pro miscellanea & promiscua eius condicione nōnunq; lucemus: quandoq; sumus paulo tenebricosiores. In hac quandoq; peregrinatione etiam sancti: diuina pstante ope / diuinas repetūt ascensiones.

Et enim benedictionē dabit legislator / ibūt de virtute in virtute: videbitur deus deorum in syon.

¶ Alii legunt benedictiones pro quo in gręco est εὐλογίας id est benedictiones. & pro eo quod dicitur legislator habent ὁ ποιοθετῶν id est legem ponēs quasi semp legem / dicat qui sermo logos & proinde πόμος id est lex archetypa quidē est. Pater meus (inquit) vsq; modo operat: et ego operor. ποιοθετῶ

vero legislator est. De quo i Esaia. Dominus enim iudex noster / dñs legifer noster / dominus rex noster: ipse saluabit nos. Quasi πόμος & lege sua / equissima sanctissimaq; saluet. Sed ad institutū veniamus. Dominus IHESVS (secundum quā dicit Esaia) ipse est iudex noster: dominus legifer noster: dñs rex noster ipse saluabit nos. Hic autem post prestitutas a nobis ascensiones in corde nostro sed ipso semper auxiliatore: post certaminis locum nobis datū: in quo velut egregij agonethetę ipso spectatore certamen non vnū sed multiplex atq; p omne vitę nostrę tēpus protensum ineamus: benedictiones certissimas proponit. Et mire post certaminis locū / cōnectit premiā. Et enim (inquit) benedictiones dabit legislator. Cōuenientissimū quippe erat: vt qui proposuerat certamē: proponeret & coronas: quę salutare coronę atq; omnis benedictionis essēt. In ipso enim qui fons omnis benedictionis est / benedicimur. in ipso diuina quadā sorte sanctificamur. Hoc est quā dicit Apłs. De reliquo reposita est michi corona iustitię: quā reddet michi i illa die iustus iudex. Nō solū aut michi: sed et his qui diligūt aduentū eius. Observatio multa in scripturis benedictionū est. In Numerorū volumine & in Deuteronomio plures obseruātibus legē / propositę sunt benedictiones. At ponentibus ascensiones in cordibus ipsorum: de terra ad spiritum p̄ficiētib; : & diuinā de carnali iudeo in spiritualē / metamorphosim agentibus maiores coronę propositę sunt. Illis terra: istis cœlū p̄missum est. Appropinquabit enim (ait Ioānes in lege gratię quę tota spiritualis est) regnū cœlorum. Proximū imagini exemplar est a vestigio & vmbra paulo semotius. Et enim benedictiones dabit legislator: sed meliores quā Moyses olim dñi IHESV legislatoris typum agens. Ille in isto in quo omnis benedictio est bñdicebat: benedicebat quidem in isto: qui benedictus venit in noīe domini: deus dominus et illuxit nobis. Est quippe ἀνατολή .i. oriens nomen eius. quasi omnis benedictionis & sanctificationis exortus. De quo dictum est. Repleti sumus mane misericordia tua. Subdit. Et sanitas sub pennis eius. sub protegentibus illis alis / omnis est salubritas. Non potest benedictio nō benedocere. Et qui olim sub maledictio legis erant positi / scriptū enim erat. Maledictus qui nō fecerit omnia quę continentur in libro hoc) hodie in dño IHESV omnem benedictionē sortuntur. quādo in filiorū sortē ascendi / diuinā sortem & hereditatē cum vniuerso si vellent cōsequi possunt. Nec benedicti modo illis cōcessū: sed vt benedicant cō

In psalmum. LXXXIII.

donatum. Quodcumq; (inquit) solueritis super terram: solutum erit & in celis. Et in euangelio qđ secundum Ioānem scribitur. Quorū remiseritis peccata: remittūtur eis. Et hęc tanta solutio siue remissio nonne ἐν λόγῳ id est benedictio est? Et significantius (ait Apłus. Et calix benedictionis cui benedicimus: nōne cōmunicatio sanguinis CHRISTI est? Et panis quē frangimus) nonne p̄ticipatio corporis dñi est? quoniam vnus panis & vnum corpus multi sumus: omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. Et tanta sum⁹ respersi affectiq; benedictione: vt pro maledictis: diuinas referamus benedictiones. Secundum quod dicit Apostolus. Si maledicimur: & benedicimus. Viden vt participatū huius sanctificātis benedictionis nacti sumus: vt diuina IHESV imitatione/pro maledictis benedictiones inferimus: & hunc solē incredibili bonitate & fecunditate exoriri facimus super bonos & malos. Efficacior & longe lateq; fusior/benedictio domini est: q̄ veterum patrū. Hęc in veritate & perq̄ lucida luce benedictio est. Illa in typo & umbra. Et istam/qua nos tantū afficit dñs/si ad eam quā semel coheredes sanctorū dñi IHESV domesticū quoq; dei nanciscemur/cōferamus: hęc adhuc velut symbolū & imago est: illa omnium benedictionum exemplar & omnium benedictionū quēdā benedictio. Secundū quā dicit. Venite bñdcti patris mei/ percipite regnum: qđ vobis paratū ē a cōstitutione mūdi. Hęc ōneis concludit benedictiones: vna singulas quasq; cōplectitur: quando iam securi de imortalitate: vere tum primū gens sancta erim⁹ regale sacerdotium & populus electionis/ & post mirabiles p̄fectus summā omnium p̄fectuū tum primum attingemus. atq; in benedictionis & ōnis dignitatis regno cōstituti: reglā & sacerdotatem verius q̄ vnq̄ antea/adipiscemur dignitatē, & tum primū sentiemus pristinę benedictionis fructus. Existimāt eruditū illam maximā benedictionū fuisse. Et bñdicentur in semine tuo (dixit dñs ad Abrahā) ōnes gentes. at in noua lege nobis illa benedictio absoluta est et plenius q̄ in veteri exhibita p̄ dñm IHESVM Christū: qui filius fuit Abrahę secundū carnē. scđm qđ dixerat. Et enī benedictiones dabit legislator. Aduerre nō vnus tantū benedictionis esse pollicitationē sed pluriū: in quo nichil conlicere videor: ōnes priscas benedictiones in Christo Ihesu esse repetitas/ qui vnctus est rex & sacerdos & incōparabili exultationis oleo p̄ participibus suis/ & qui nō in syon quidam: sed sup syon montē sanctū eius p̄dicans p̄ceptū eius. Si quidem mons domus dñi p̄paratus est/ in vertice omnium montium:

Explanatio.

142

et ad ipsum confluent benedictionē fortitūre ōnes gentes/ sub cuius ramis & diuiniore vmbra vniuersi passim p̄tegunt electi. Ibunt de virtute in virtutē. In gręco est πορεύσομαι ἐκ δύναμωσ ἐἰσ δύναμι. i. ibunt de potētia & virtute in potētiam & virtutē. vtrūq; enī Δύναμισ significat. virtuti et ā potētia & energia quēdā inest: & cōtra potētie virtus. Dabunt meliores cōtinenter vires/ & renouabuntur vt aquilę iuuetus eorū: meliori continue suffundentur lumine & in eo continēter vegetiores erūt. culus virtutis & magnitudinis nullus est finis. & hic in gręco principū versus est. Sed institutū sequamur. Semper sancti proficiunt: & nō p̄ficere/ deficere existimant. Semper in maiora festinant: qui nūq̄ se pro dignitate p̄positam coronā p̄mereri posse conscij sunt. Apłus nos cōmonet ad istos semper p̄fectus ad velociores cursus. Sic currite (inquit) vt cōprehendatis: & adolescentulę se hoc pacto currere sed superna tractas gratia/ pollicetur. Curremus in odorē vnguētōrū tuorum. In hoc tam veloci & pernici volatu nullus defectus est. Volabūt (inquit) & nō deficiēt: quo volatu nobis in claros obtutus p̄sentis solis concedendū est. Diuina sapiētia attingit a fine vsq; ad finē suauiter, & nos in hac valle positū exordiu a nostri cognitione & perinde contēptu sumētes attingamus vsq; ad finē diuini & cōlestis amoris: illius hereamus incūbamusq; cōplexib⁹/ toti in illū feramur qui infinitus est. Si motus aliquis infinitus esset: simul id quod ea tam pernici agitatione moueret/ vtrūq; limitem attingeret: vt ipse dñs sua immobilis (vt sic dicam) & immensa agitatione omnia attingit: omnia cōtinet: omnia replet & nos per accessum quendam & imitationem illi ad motū infinitudini: eius quadam ratione & analogia nanciscimur conditionem. Tanta igitur ista velocitate vtrumq; consequimur: & nos ipsos & deum: & nos in deo & contra deum in nobis: atq; inuenta in nobis angustia καὶ τοῦ ἰσθμοῦ id est inter maria mundana plurima (vt sic dicam) angustissimis faucibus/ in amplissimis tum maxime diuinitatis spatiamur spatijs: sortiti quādam quasi infinitudinē: & toti illi tā immensę plenitudini quāto maxime conatu possumus nos nectētes atq; iungētes. Hoc est ire de virtute in virtutē: de naturali in diuinam. Quomodo enim cetera animantia quicq; per virtutem suam agūt: nō aliter menti nostrę cōcessum est/ etiam quicq; agere posse: se ad diuinā p̄parare gratiā: nichil impedimenti afferre: qui sumus illuc: at sol iustitię: bñ & foeliciter p̄ virtutē moralē agere. Sūt enī naturales virtutes/ ex quibus in diuinas sed supiore tractū lumine

In psalmum LXXXIII

cōscendim⁹ alloqui in tantos fulgores & lumina impotentes. Et aduerte ascensum in bonam partē fere semp accipi. Est ascēsus in virtutem: descensus vero in vitia. Et si quādoq; descensus in bonam partem accipitur: iunctum habet proxime & continenter ascensum. Vt in eo loco. Et nemo ascendit in coelum: nisi qui descendit de coelo: filius hoīs qui est in coelo. Et Apłus. ad Ephesios scribens. Qui descēdit/ipse est & qui ascēdit super omnes coelos: vt adimpleret omnia. Et obseruandum non fieri ascensum: nisi de virtute in virtutem: nec maiores quis consequitur: nisi minores antea fuerit consequutus: nec vllus proximus comeatus est a vitio in palmam & triumphum. Quis enim triumphus de vitijs esse potest? Quę laus aut gradus dignitatis in vitiositate & vituperatiōe esse poterit? gradatim cōscēditur. At peccatū in tanto ascensu nullum habet gradum. Hic igitur gymnastica virtus est: & egregia quēdā ad futurā virtutē & gloriā progymnasmata & pludia/quædā pulchra quę vocāt progonaistica id est p̄exercitamenta. Quā metaphorā seruat. Apłs in prima ad Corinth. Oīs (inquit) qui agone cōtendit ab omnib⁹ se abstinet. Et illi quidē vt corruptibile coronā accipiāt: nos aut incorruptā. Ego igit sic curro/nō quasi ī certū: sic pugno/nō quasi aerem verberans: sed castigo corpus meū & in seruitutē redigo. Ne forte cum alijs p̄dicauerim ipse reprob⁹ efficiar. Et paulo antea. Sic currite (inquit) vt cōprehēdatis. Ibi pulcherrimū brauiū p̄positū est: ibi triūphalis corona. Ex pulcherrimo certamiē victoria parta/triūphum assequimur: & ex tātis in virtute laboribus manētem virtutem: ex gratia demū gloriā. Ascendent (inquit) de virtute in virtutem. Dat semper incrementa virtutis: qui super omnē virtutem est. Et ex cōtinētibus temperatos/heroas/sanctos/duosq; facit: sese illis plenissimo infundit elapsu: in quibus agit imago coelestis. Vt fulgoribus illis/perpetuę redātur luces: & magis ex vmbrib⁹/eterni splēdores. Et quomodo in lumine videbimus lumen: ita istis diuinę sapiētiae veluti quibusdam speculis/ in diuinas itur luces. immortales atq; æternę dñi IHESV non modo vidētur/ sed etiā suspiciūtur characteres/ sempiterna istarū exēplaria rerū. Propterea subdit. Videbit de⁹ deorū in Sion. Post tantos perpeffos agones/certissimū premiū habebimus vitam æternam. Premiū virtutū/virtus est. CHRISTVS autem est dei virtus/ & sapientia: & quia dei virtus & sapientia est: oīs virtus est. Nec enim sapiētia aliter erit quę sūma omnium virtutū est: nisi simul oīs virtus etiā sit. Omnē igitur virtutem pro ingenti nostrę qualiscūq; virtutis conatu/assequimur:

Explanatio.

143

Vt tandem videam⁹ deum deorū in Sion. ab oībus qui in diuinam virtutē nituntur siue maioribus siue minorib⁹: si modo ad domū domini per charitatem etiā tantillā contendāt/si illis ad diuina tali nexu cognatio est: tum videri poterit dñs. Sancti in Esaia seraphim/ clamāt sanctus/sanctus/sanctus dñs deus exercituum: plena est oīs terra gloria eius. Subdit. Et cōmota sunt superlimnaria cardinū: & domus repleta est fumo. Si fumum hic immensam lucem intelligamus/secundū vnā intelligentiā/ q̄ propter immensitatē caligo est/ & caligo (ait) in circuitu eius Subdit. Et dominus in circuitu populi sui: maiorem gloriā & plusq; magnā remunerationē eorū qui in domo sunt designabit. quasi in maiore virtutis p̄fectu constituentur. Id quod paulo ante explicatius dixerat. Et plena erat domus a maiestate eius. quę domus sumus nos: secundū quod ait Apostolus. Si fiduciam & gloriā sp̄el/vsq; ad finem firmā retineam⁹. In Ezechiele quoq; eadem gloria entelechia & substantia / q̄q; disparsit id forte forte: in ijs etiam qui in atrio sunt veluti in minore p̄fectu significatur. Et atrium (inquit) repletum est splēdore glorię domini: & vīs videre nō parē omnino gloriā dari ijs qui in atrio sunt cū illis qui in edibus agunt: qđ paulo ante istud explicat Ezechiel. Cherubim autē stabant a dextris domus cū ingrederetur vir: & nubes impleuit atriū interius. Plenitudo scientiæ (quod cherubim interpretatur) stat a dextris immobilis. A dextera quidē illa quę facit virtutem: & dextera quę exaltat vnumquęq; nube paulo forte minore: ijs qui in atrio sunt insidente. Ab omnibus tamen id q̄q; differenter videtur gloria domini. His qui firmamēto in Daniele cōparantur amplius: ab ijs qui stellis/paulo forte minus. Vt in domo patris (secundū quod dixit dominus) diuersę māsiones intelligantur. Vnū tamen omnium premiū/atq; numisma vnū: visio illius eterne omnium pulchritudinū pulchritudinū/ illius multo ardentissimi & maximī amoris: tam p̄stabilis illius omnisufficientiē & boni. Vt post exanclatos tam multiplīces labores tot perpeffa/nō sine maiore continenter profectu/pericula. Induamus tandem cōplectamurq; dominū IHESVM CHRISTVM. Nec contenti minoribus aut mediocribus sedibus sup̄emas tandem capeffamus. Currendum tamen qđtu in certamine sumus: & virtute Israhetica annitendum: vt a minoribus sedibus in maiores transeamus & a postremis ī optimas maximas. Nobis angelicę sedes/concesse sunt: si per virtutem & (quod certissimū est) gratiam/ illuc cōscendere mereamur. Agamus assidua vigilātia/ ingēt/

In psalmum. LXXXIII.

et plurima virtute vt exactis medijs: illustres illas cū factis cherubim aut seraphim consequamur: aut tantis superatis numinibus: in quartā cū diua matre suscipiamur hierarchiā (votis qdē omnibus alloqui tantarum sedū impotentes) & principatū celestem. Vt quocunq; illa & agnus migrauerint: nos etiam sequamur: induti byssinis & pari omnes innocentia & pulcherrimo amictu: & succincti lumine/ sicut vestimento. Illum qui speciosus est forma super filios hominū assiduis stringamus amplexibus/ obtutibus sed diuini cernam⁹. ardenti perfruamur charitatis/ sed illius quidem vltimandā estu. videbit tum deus deorum in Sion. In summa illa specula: & coeli arce/ in optima maxima rerum omnium eminentia. quando rerum omnium rationes in aeternis rationibus clare contuebitur: rationes amoris multiplicis/ in immenso amore: atq; bonitatis/ pulchritudinis & aliorum id genus: in suis primoribus causis/ in fontibus vnde tanti prodeunt riuuli: vnde istę rerum/ siue entelechię siue vite aut rationis & intelligentię prodeunt emanationes. Hęc autem omnia & alia infinita in vna vnus vultus specie & splendore contuebitur: vbi omnia quantumuis infinita/ varia/ miscellanea/ multiplicia vno concluduntur cum summa perfectione simplicissimo. Quis iste ascensus est/ transire a gloria que paulo obscurior hic habetur: in gloriam vultus diuini: & præcellę trinitatis (quę omnis gloria est) conspectum. Tum videbitur/ sicut est: videbitur nō iam in speculo & enigmate/ sed facie ad faciem. Tum cognoscemus: sicut & cogniti sumus/ in ipsos tam illustres vultus tūc prorsus conuersi/ tūc admissi/ nedum in posteriora. quāta quāq; mirabilis scientia ex fide rerum aeternarum: migrate in perspicuam illarum non solum intelligentiam sed visionem. & quę hic vniuersalia quas secundas intentiones vocant vix habebantur conspecta: illis vmbriis omnibus abscedentibus/ illud vniuersale omnium exemplar/ omnium notio & nomenclatura/ omnium quorumcunq; effectorum efficientia & ratio. principium & origo & quicquid optimum maximūq; dici aut cogitari potest/ per omnes se extendens effundensq; numeros/ clarissime conspectum habebitur/ stringetur/ amabitur. ille optimus maximus dñs IHESVS deus & homo logos/ & verbū: & verbi nomē: verbū quoq; (vt aiunt) nominis/ idem nēpe/ supra omnem humanum & angelicum captum/ verbum & nomen est: vt in. ij. & lxxxii. psalm. Et sciāt quia tu es nomen tuum domine. ita enim in Hebręo

Explanatio.

144

credatum est haberi: vbi nos legimus. Et cognoscant quia nomen tibi dominus. Illud quidem nomen quod oleum effusum est & vndiq; amabile. Ideo (inquit) adolescentulę dilexerunt te. Contraq; ille optime maxime amabit/ infinitum eo igne exuret quem venit dominus mittere in terram. Hoc est videre in specula dominum. In sua essentia vita & mente: quę omnium est specula & lapis/ vniuersam molem edificiū mundani constringens. Hęc est omnis gloria nostra/ hęc felicitas & omnis boni corona. Felices nos si illuc aliquando conscendere detur. & illos attingere apices: in quibus omnis laus est & interna externaq; (si dici potest) animi exultatio. Possumus hunc locum aliter explicare. Deus charitas/ pax/ & sanctificatio est: iustitia/ sapientia/ prudentia/ sciētia/ & demū omnis virtus. Et forte in hęc intelligentiā dicit. Dñs deus virtutū: in discordia/ pax minime intelligitur. In altam igitur pacis speculā cōscendendū: si dñm vt summa maxima pax est/ intelligere velimus. Et quo modo in agitatione & motu/ quies nequaquā potest intelligi: haud aliter in perturbatione & contentione pax. At cōtra in pace & ipsa pax atq; eius oppositū discordia percipitur: vt in stata quiete/ & ipsa quies & motus. Cōmune proloquium est rectum indicem esse sui & obliqui: virtus index sui & vitiorum. Medium quippe mōstrat extrema & affirmatio ipsam negationem. vt lux tenebras Diximus dominum omnem esse virtutem. De virtute igitur in virtutem cōmigrandum est: quousq; illum tandem/ qui omnis virtus est attingamus: simulachris & armis omnium virtutum succincti/ tam diuis imaginibus insignes deum deorum/ deum exercituum/ dominum sabaoth in Sion videbitur. In specula scilicet pulcherrimę iustitię/ vt in loco aliquo prominentiore. Nec enim in deformitate/ potest vlla ratione pulchritudo percipi: sed in pulchritudine. & cū de⁹ ipsa sit pulchritudo/ etiā in ipsa pulchritudine/ ipsa videtur pulchritudo: in iustitia ipsa iustitia: in sapientia/ ipsa sapientia. & de reliquis in hunc modum & hoc est quod dicit. In lumine tuo videbitur lumen. Superande etiam sunt res omnes/ cum sensibiles/ tum intelligibiles. Vt videre aliquando possimus extra omnem ciuitatem mundanam dominum deum nostrum. Paululum (inquit) cum pertrāsisssem eos/ inueni quę diligit anima mea. Sed si ptergre diendę sunt res omnes: vbi hanc speculā collocare poterim⁹: nisi in ipso deo collocem⁹? Erūt autē specula hęc id qd in rebus optimū maximū. Infinitū sit igitur qd tale ē/ sit oportet: i quo de⁹ ipse

videri possit. Nec enim aliquo finito concludi illud potest: quod ex sese/omne litem transcendit. ergo in infinito erit: atque illo non alio quopiam percipietur/ videbitur/ intelligetur. Atque in hunc modum cum tempus eternitatem metiri non possit: fit ut solum eternitate veluti suo congenito exemplari forma atque entelechia/ ipsa intelligatur eternitas. Nec pari ratione unitatis alia erit forma quam unitas: & summam virtutis quam summa aliqua virtus. Est igitur aliquid quod rationem diuinitatis archetypum exemplar: & quaedam veluti forma/omne specie superans formam: qua possit intelligi ipsa diuinitas: sed quae melior aut sanctior forma unquam fuit habitata: quam dominus noster IHESVS CHRISTVS/ratio/sapientia/& ars summa parentis. veluti propria imago & figura substantiae eius continens omnia atque ea continentia referens/ verbo virtutis suae: Is quum infinitum virtute a nobis distaret: nec satis prospectus haberi posset: carnem nostram induit: ut possemus pulchro isto subvelamine in eius faciem/quomodo filii Israel in Moyse vultum sub obtentu velaminis intendere. Et propter humanam actionem/diuinam quae illi proxime et ferre semper iuncta erat/cognoscere. Propter hanc quidem actionem unitatem diuina quaedam theandria in eo spectabatur: atque ob eam rem dicebat dominus. Si non vultis michi credere: operibus saltem credite. Ostendebant istae efficientiae/virtutem in eo diuinam: immo ipsam diuinitatem: quae in ipso agebat corporaliter/re ipsa atque diuina quaedam unione iuncta erat: quae nimirum unio dignitate & excellentia omnia humana & quaecumque sunt antecellebat: ut esse non esse infinito interuallo transcendit. & pari quoque ratione intelligens/non intelligens. & diuina (qua deo sumus accepti) gratia/omne quicquid est: quantumvis intelligente & rationis particeps. Atque ut mater domini eo iure omnium transcendit merita sanctorum: non aliter dominus IHESVS CHRISTVS illa tanta humanitate in una concessit personam hypostasim (veteres hypostasim nescio quo pacto substantiam pro subsistentia interpretabantur ut Severinus Boetius & plerique alij) siue ne sit in verbo ambiguitas subsistentiam unam omnium longe antecellit idque infinitum merita et typos sanctorum. Hac una in sortem & hereditatem domini asciscimur. hac una filii & heredes efficiamur dei: coheredes autem CHRISTI. Et illa donamur gloria/quam non sine tanto sacramento beatissimi illi coelestes spiritus ab initio consequuti sunt. Haec est Sion nostra/haec est etiam specula nostra: qua proxime diuinitatem attingimus: alioqui in tantos fulgores inepti tallum incapaces radiorum. Est ipse propterea mediator dei & ho-

minum/ & pontifex summus secundum ordinem Melchisedech: per quem nobis vritus patet ad patrem accessus. Videbitur ergo deus deorum in Sion. Videbitur olim in verbo: quando facie ad faciem gloriam domini contemplantur. Visa est & illuxit nobis ut proxime diximus in humanitate & sanctissima illa anima domini IHESV: atque in eius plusquam diuinis efficietis: cui domino IHESV CHRISTO cum patre & spiritu sancto sit honor & gloria in secula seculorum Amen. Haec etiam Sion nostra ecclesia/ illius superne Hierusalem signum & symbolum est. Propterea hic in signo in simulachro & umbra illum contuemur: in qua umbra viuimus: secundum quod dicit. Sub umbra illius uiuimus in gentibus. Et sub umbra illius quem desiderabam sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Superest illam lucem in se non amplius in umbra/ aut sub velamine vel ipso foramine petre nosse. Propterea dicit per omnes virtutes ascensu consummato: videbitur deus deorum in Sion: in superna & maxima Hierusalem. Ut post certamina multa: nulla expectata excellentia nostra/ quae omni tali premio longe inferior est: sola dignitas/ gratia & fauor conferentis spectetur. Immensus est/ liberalissimus est/ eum decent summa & maxima munera. Ut pleniter suae se totum dedat imago: suos pulcherrimos aspectus & faciem ostendat. In qua una vera consistit beatitudo/ & felicitas consummata.

§ Domine deus virtutum exaudi orationem meam: Auribus percipe deus iacob.

¶ Attonita mens & tota interius succensa tantorum spe bonorum: videns se nullis suis meritis sed tantum diuina gratia & susceptione illuc posse peruenire: supplex/ mente animoque & omnibus viribus in caelum sublati orat. Domine deus virtutum: domine deus conditor omnium rerum/ omnium virtutum procreator/ diuinarum animarum atque angelicorum spirituum vnice conseruator/ quotidianis ego votis efflagito: ut tandem relictis omnibus mundanis: praetermissis salo iactantis seculi/ ad te perueniam/ in sinus in amplexus tuos: quod sum anxia tantum & tam longe peregrinari a domino: & incolatum meum prologatum esse: hanc viam quam in me impressit cohibuitque dominus si marginem: suae non restitui veritati: hanc nimirum non suis meritis sed tantum gratia dilectam/ suo non incumbere dilecto: ut dicere plenius possit ego dilecto meo: & ad me conuersio eius. Hanc filiam instar domini IHESV sed per adoptionem susceptam/ suo non herere non inniti parati idque perpetuo & iugiter. Domine deus

virtutum. Non vnus (inquit) virtutis: sed omnium virtutum/exercituum/ Δυράμεωρ vt in greco est: id est potestatum/regnorum quoque & numinum omnium. Sabaoth quoque virtutes vel exercitus interpretatur: quidam scribunt Zabaoth. Constituens (ait Apostolus) eum ad dexteram suam in caelestibus supra omnem principatum & potestatem/ & virtutem & dominationem/ & omne nomen quod noitur non solum in hoc seculo sed etiam in futuro & omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam/ quae est corpus ipsius & plenitudo eius: qui omnia in omnibus adimpletur. Siquidem omnium virtutum & gratiarum regnum & principatus in te velut in luce imensa/ & profunda virtute/ est. Tu illarum principium & fons es/ & quas tui similitudines continenter educis/ nec accidetarias modo: sed quae in substantia/ quo te explicatus referre possent/ posita sunt. Isti sunt caelestes animi in te semper intenti: igneae sunt flammae/ suprimmesum referentes ignem. Harum omnium virtutum optime maxime deus/ exaudi orationem meam. Ex loco tenebrarum asserere me in regnum lucis: ex odij tam vastis & tenebricosis regionibus/ vendica me alioqui miserimum in regiones purissimi & viuētis amoris. Hic amor odium est. Ibi amor/ amor est/ caelestis/ diuinus/ candidus/ immortalis/ iugis/ pennis/ σέπρατ έλλωρ. i. oriens siue exoriens & nesciens occasum. Mentis hic amor: & odium est. Sui amor/ sui maximum odium est. nec enim rationem aut speciem amoris habet illius quidem verissimi & eterni: unde omnis verus sit amor. Mentis hic virtus. Et nisi e caelestibus tota deriuetur aut diuine incubat gratiae/ vitium est aut vitio proxima: p inde a lux quam istis mortalibus cernimus oculis/ haud quidem vera lux est si ad illam referatur: sed umbra magis & lucis illius purioris remotissimum vestigium. quid dico vestigium? caligo potius est/ non illa sup caelestis quidem/ sed mundana/ & tenebrae. Vt enim immense plenitudinis ad corpoream molem nulla comparatio est: nec quidem illius lucis immesse ad hanc quam cernimus lucem. Et quoniam isti tam turbulente & magis conficte quam vere foelicitatis ad illam esse potest comparatio/ seducunt vos (inquit) qui vos beatos dicunt. Dominus noster IHESVS CHRISTVS in miseris & luctu & tristitia & persecutione visus est posuisse foelicitatem. vt nullam hic depositam habeamus speremusve foelicitatem. Sed eam solum spectemus: quae est in regione viuorum: atque in terra viuentium. tanto hac nostra melior: quanto vita morte praestantior/ auctior & euetior est. Domine ergo deus virtutum (nec enim milies repetere piget) fac vt ex istis desiderijs in optima maxima pueniam bona. Et habitem in domo tua/ in domo lucis virtutis & vere & consummationis foelicitatis. Fac vt quandoque in atrijs domus tuae positus/ possim specta-

re tantam illam magnificentiam: tantumque decorem/ quem vnice dilexi. Vnam petij a domino/ hanc continenter requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vite meae. Haec sunt preces meae secundum quae me orare docuisti: vt adueniret regnum tuum: & tua illa/ qua omnes vis saluos fieri/ voluntas fieret: sicut in caelo & in terra. Si exaudis hanc orationem meam: si auribus percipies verba oris mei: ego seruus tuus ero/ & filius ancille tuae. Nec enim alium de nancisci possum: vt talis sim: vt tuis sim nutibus perpetuo addictus: nisi me exaudias: nisi me suscipias: nisi me non deseras: qui quos non dignos inuenis/ ipse facis/ ego non te deseram inquam neque derelinquam & omnis/ quo ad te veniat facile puocas. Fac hanc animam dignam/ vt in regijs sedibus aliquando cōsedeat: atque in asylo purissimarum mentium/ atque per aeternis aulis cōmorari possit: & videre detur tam mirabilem distinctionem palatij/ cubiculi & cellae vinarie/ in qua singulare vinum amoris profertur: & omnis diuinae extaseos mysterium percipitur. Haec & tales sunt preces sup caelestis iam & diuiniore aia. Sed vides suas preces haud quidem dignas esse quae exaudiant/ nec posse dignum incensum offerre: quae sacerdotij dignitate haud quidem digna sit: sed omnem honorem in pontifice IHESV esse: propterea subdit. Protector noster aspice deus: & respice in faciem CHRISTI tui. Prius tamen obseruare oportet hic iterum diapalma interpositum id quod proxime antea etiam adiecerat: vt sit apertissima coniectura non silentium aut interuallum rythmi/ significari sed aliquid altius & diuinius. In greco ita habetur κύριε ο θεος τῶν Δυράμεωρ είσακουσον τῆσ προσευχῆσμου έρωτισταί ο θεος Ιακώβ. Διαψαλμα. pro quo vt antea quoque diximus in Hebreo est SELA/ ac si diceret. Domine deus virtutum exaudi orationem meam auribus percipe (hoc enim ενώτισταί vno vocabulo significat) deus Iacob semper in fine/ siue sepiternae aut in sepiternum. Quae omnia Sela designat. Non semel sed sepiternum suas preces vult exaudiri/ & auribus diuis percipi vir iustus. Sed a quo nisi a patrum nostrorum deo. Vt si non propter sua/ vel propter merita patrum exaudiat. In Deuteronomio ita scriptum est. Audisti verba illius de medio ignis quia dilexit patres tuos: & elegit semen eorum post eos. Ego sum (inquit) deus Abraham deus Isaac/ & deus Iacob.

9. **P**rotector noster aspice deus: & respice in faciem CHRISTI tui.

Indigni sumus qui abs te exaudiri debeamus. Nulla preparatio satis digna ad gratiam pmerendam esse potest. Animaduerte te tantum protectorem esse: protectoris esse suis prouidere subditis/ suam dignitatem non subditorum aspicere debere. Nichil

in nobis est/ quo nos tanto digneris honore: immo ne hoc quidem/ quod præparamur ad coelestem suscipiendū fauorem nostrum est. Tuum omne est: quidquid bonū/ aut imaginem boni habet. Nec aliunde bonum: nisi ab omnium bonorum primario fonte. Quobrem summa & diuina protectio nostra aspice: vēdica nos ab odio omni: & fac vt solū abs te aspiciamur/ cognoscamurq;. Tua cognitio tua est approbatio. Ne nobis illud euāgelicum cōtingat. Amen amen dico vobis/ nescio vos. Aspice i has imagines tuas virtutū & gratiarū quas infuderis. Recognosce numismata tua. Facito/ vt quib⁹ plus tribueris: te plus amēt/ ea p̄cipue gratia ōni & potissima amoris causa existente. Et si forte impediētibus vmbri nostris/ nolis nos aspicerē: respice in faciē CHRISTI tui. Siue ἐἷς το πρόσωπον ita enī in greco est. id est in p̄sonā siue vultū aut faciem. Personā vero accipiūt eruditi pro qualitate qua ab alijs differim⁹/ tum in aīa tum in corpore et in extrapōsitis: q̄ a rhetorib⁹ attribuunt p̄sonę animi/ vt clar⁹ an obscurus & alia id genus/ quę non parū rei nostrę cōgruūt. Philosophi diffiniunt personā naturę rationalis in diuiduā substantiam. In illā igitur vtcūq; faciem respice/ siue in p̄sonā quę deus & homo in vna sup̄sancta hypostasi est: qui admirabiles animi qualitates & singularia supra omnē creatam conditione attributa habet: omnis quippe virtus/ omnis gratia & gloria ineffabilia & supersancta charis: nata ille admirabilis est. Respice igitur in faciem CHRISTI tui. Qui in nobis manens/ signatus etiam in nobis est. Est quippe lumen vultus tui: & lux in tenebris nostris/ alioqui dēfissimis lucet: q̄q̄ tenebre non perinde cōprehendant hanc viuam filij imaginem. Qui in nobis non agit modo: sed etiā viuit. Aspice quid dicat Ap̄ls. viuo ego iam nō ego: sed viuit in me CHRISTVS. Nec viuit modo: sed loquit̄ & p̄inde omnia quę digna sunt agit. An experimentū (dicit Apostolus) eius queritis qui in me loquit̄ CHRISTVS. Et plerūq; in scripturis conijcere est: ipsum in p̄phetis & sanctis loquutum. Hęc facies CHRISTI/ facies iustitię est: & omnis virtutis. Hic cōtra omnes aduersariorū incurfus se opponit murum pro domo dñi: & veluti pontifex in medio populi & exterminantis ignis constitutus illis insignitus & admirabilis/ pontificalibus ornamentis/ vindices extinguit flāmas. Ire modum ponit. Noua iactat sed diuini amoris incendia/ quibus enantios & cōtrarius extinguitur ignis. Has vestes/ hęc diuina verbi & vngenti filij sui diademata plusq; Aaron vestes & Tyaram/ amatissimus vel solum recognoscit parēs. Hunc p̄ oīa oībus angelicis numinib⁹ cernit

mirabilem & reuerendum: quippe qui plusq; coelestem & angelicam referant vitam. Vno merito merita & labores omnium cum coelestium tum terrestrium vincat. Incensum tanti odoris & suauitatis vetera ōnia et si coelestia sint/ superet thymiamata/ vtcūq; odora/ vtcūq; thymū vel de diuino tabernaculo referentia. In hoc tanto odore oīa non aliunde sunt suscepta sacrificia. Nullum aliunde meritū/ p̄mij aut remuneratiōis quicq; reponat. Hęc vna facies veluti sol lucidissim⁹ oēs veterū & recentiorum patrū immo coelestium & terrestrium numinū facies illustrat. Omnia suā lucē inde desumūt. Non iniuria igit̄ orat: vt respiciat in faciem CHRISTI sui: cui⁹ sumus similitudo quedā & imago. Ipse purissima veritas: in veritate suspiciātur imagines/ indigne alioquin diuinis aspectib⁹. In tanta luce vmbre: in exēplari hęc remotissima vestigia. In prototypo typi: nec enim exempla vlla sine illo superadmirabili exēplari subsistere possunt: non res vllę quęcūq; condite: non rerum imagines/ sine tanto authore superuero sup̄sancto superadmirabili. Omnis vere & perfecte virtutis in eo facies est: omnis gratię & glorię splēdor. In ipso omnium electorū merita suspiciūtur & proinde eorū omnes facies. Respice igitur in faciem CHRISTI tui. Si illum o immense pater respicis: nos etiā respicis. Sumus enī in illo: vt in vetere est adagio: quod vsurpatū a Paulo in diuinum p̄uerbium cessit. In illo enim sumus/ viuimus & inouemur. Ipse igitur (cum summa & vna sit ratio/ archetypon/ idea & exemplar rerum effectarum) quadā ratione est entelechia nostra: ipse vita nostra. Ego sum (inquit) via veritas & vita. Et generaliter quidē vita: quasi non sua solum sed omnium vita sit. Nec plurimum modo/ sed omnium vita: quę q̄q̄ in nobis imperfecta sit: in ipso perfectissima & absolutissima habetur eminentior/ & diuina. Vt non immerito de illis qui in eius sortem se asserūt: p̄pter diuinū & incōparabilē participatum/ dictum sit. Ego dixi dij estis: & filij excelsi omnes. Et. Nolite tangere christos meos. Deus deorum dñs loquutus est. si hoc quidē pacto legam⁹: & pleraq; id genus. Ea tum quidem vel maxime suspicitur/ quę in ipso diuina est. At in diuinis motionibus & efficientijs p̄cipue quidē facies est: secundū quod quidā sapientū dixit. Loquere (inquit) vt te videā. Facies quippe virtus in spiritualibus maxime. Virtus vero/ in actione (in qua omnis eius laus consistit) proprie & peculiariter est: secundū autem virtutis pulcherrimā formam/ faciem viri dijudicamus. Quam (vt quidā sapientum seculi dixit) si cerneremus: mirabiles t. iij.

In psalmum LXXXIII

In nobis gigneret amores. In istis igitur sanctis & diuinis pmo-
tionib⁹ nostra facies est: immo vero CHRISTI facies est. Pro-
pterea si quid virtutis (quam tu forte æterne parens immiseris)
in nobis est: illam respice. Tui quippe magis coeterni filij facies
est q̄ nostra. Et q̄q̄ nō in omnib⁹ ea sit forte facies: sufficere apud
te clementissimum & pietissimum parentem/ in uiris iustis &
sanctis eam esse: qui omniū vice sunt studiosissimi. In illā igitur
faciem intende. In illos tam deseros vultus respice. Respice in
preces: non quidem nostras quæ prorsus indigne sunt: sed in
preces serui tui Abraam. Nunquid (inquit) perdes iustum cum
impio. Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate: peribunt simul:
& non parces loco illi propter quinquaginta iustos si fuerint in
eo? Absit a te vt rem hanc facias: & occidas iustum cum impio:
fiatq; iustus sicut impius. Non est hoc tuum: qui iudicas omnē
terram. Nequaquā facies iudicium hoc. Et iterum/ pene importu-
nitate vsus euangelica. Quia semel coepi loquar ad dominum
meū: cum sim puluis & cinis. Quid si minus quinquaginta iustis
quinq; fuerint: delebis propter quadraginta quinq; vniuersam
urbem? Et ait nō delebo. Rursūq; locutus est ad eū. Si autē qua-
draginta ibi inuenti fuerint: quid facies? Et ingeminās ait. Ne
quæso indigneris domine si loquar. Quid si ibi inuenti fuerint
triginta: nec finem pietati faciens: subdit. Quid si ibi inuēti fue-
rint viginti? Demum vix modum tandem prestituens roga-
tioni suæ: modesta vsus prefatione inquit. Obsecro ne irascaris
domine: si loquar adhuc semel. Quid si inuenti fuerint ibi decē?
Dixit misericors & miserator dominus & faciēs misericordiam
in milia/ non delebo propter decem? Tam benigne suscepisti/ o
superdiuina misericordia supplices preces serui tui Abraam. Et
nōne plusq̄ Abraam hic dominus IHESVS noster? qui simul
cum tanto sui corporis detrimento & incomparabili oblatione
preces fundens/ & supplicia vota orauit non sine lachrymis.
Pater dimitte illis/ quia nesciunt quid faciunt. Et pro se & om-
nibus. Pater in manus tuas cōmendo spiritum meum: monstra-
ta in summo & extremo cruciatu orationis perfectione. quo iam
suum/ optimo maximo parenti cōmendaret spiritum: qui prius
ab sese transire calicem postulauerat: & non suam sed patris per
omnia voluntatem fieri. Cerne mirabilem & incomparabilem
profectum: quem figura quadam & typo in se exprimebat. Ni-
chil enim in illo agebatur corpore tam incomparabili: quin res
rum futurarū preterderetur insigne, & qui in illo videbatur pro-

Explanatio

148

fectus/ non in illo qui omnis meriti ab ineunte conceptione erat
compos: sed in nobis erat. Nos totos illi respiciebant profes-
ctus/ qui veluti membra in eius corpore inserti/ vnum cum ipso
optimo maximo capite efficeremur mysticum corpus. Et incre-
dibilis vnus domini IHESV verissimi corporis cū mystico est
sympatia & diuinus consensus. De quo alio loco dixisse memi-
nimus. CHRISTVS vnus veluti athleta fortissimus/ rex &
sacerdos est. Dominus quidem athleta insignis: qui in pulchro
certamine superauit nobis infestissimū hostem. Qui vt in agone
contenderet: ab omnibus se abstinuit: qui peccatum non fecit/
nec inuētus est dolus in ore eius: cum alij omnes peccato essent
obnoxij. Rex est & sacerdos: rex quidem omnis terre: & rex ma-
gnus super omnes deos. Pontifex est/ panem & vinum cōtinen-
ter offerens/ sed secundum ordinem Melchisedech: qui de om-
ni virtute gratia & sacrificio/ immo vero de studiosis & sanctis
omnibus bene meret. In hunc igitur talem & tantum tuū filium
haud quidē in adoptionē sed æterna serie abs te æterno paren-
te progenitū respice. Quicquid enim cōsummatę perfectionis/
virtutis/ authoritatis/ foelicitatis/ vitę/ intelligentię/ demū tante
entelechias in te est: in hoc vno inuenies: qui æterna & egregia
equalitate te summū patrem te diuinā vnitatē precipue refert.
In eius cōspice intercedentē faciem: quę in vnū cum ipso abit/
cum ipso tota facies coincidit/ conuenit/ vnum optime maxime
est. Est enim facies diuina vnice omnia cōplexa. Vultus est/ om-
nes cum angelicos tum humanos si modo digni sunt/ vult⁹ re-
ferens. Protector igitur aspice deus: aspice tua oīa quę sparsim
in omnibus sunt insignita/ tua spectra & insignes imagines: sed
precipua ratione/ respice in vnam omnia stringentem faciem
CHRISTI tui: cuius virtute/ honore & gloria/ omnis laus infe-
rior est: sermo omnis nō humanus modo sed angelicus deficit:
cui est cū patre & spiritu sancto/ ōnis honor per infinita secula.
Vbi nos protector legimus/ Gręci habent ὑπερασπιστὰ:
id est protector & propugnator: vtrumq; enim ὑπερασπισ-
significat/ & iuxta id accipiēdum est: quod in tertio & vigesimo
psalmo dicitur. Dñs fortis & potens/ dñs potens ἐν πολέμῳ
id est in prelio. Et in Esaia. Sagitte domini acute/ & arcus eius
extenti/ equum quoq; & ascensorem proiecit in mare. velox ad
ppugnandū: et nostrī in tantis certaminibus vnus defensor. Illo
maxime egemus: quibus non est colluctatio aduersus carnem &
sanguinem: sed aduersus principes tenebrarū harum aduersus
spiritalia nequitę in cœlestibus. Sed de his hactenus.

Quia melior est dies vna in atrijs tuis sup milia. 10
 Atria domini secundū vnam intelligentiam virtutes et gratiæ sunt. Mellius est diem vnam agere in illis speciosissimis & constantissimis atrijs / super milia dierū aliorum / aut bonorum quorūcūq;. Et dies iustorū & malos iniquorum fortasse dies legimus. Dies iustorū perpetui nullis aut raris interpolati noctibus. Nescit virtutis dies vllam noctem: dies fuerunt IESV naue. Et timuit (inquit populus) dominum omnibus diebus IESV. Siue secundum altam interpretationem. Et seruauit populus domino / omnibus diebus IESV & omnibus diebus seniorum / eorum qui longiorum dierum fuerunt post IESVM Scriptum quoq; obseruamus. Et orietur sol iustitię timentibus nomen meū. Timentibus nomen domini / dies sunt perennes: quando illis continenter orietur sol iustitię. Quippe qui illi sese continenter admoueant: illi vnice & proxime incubant. Et cū sol iustitię sit: tales ab illo illustrati dies erunt: qualis & ipse sol: iustitię igitur dies erunt. Si fortitudinis / prudentię / liberalitatis / munificentię / magnanimitatis / magnificentię sol illuceat: dies erunt fortitudinis / prudentię / & altarum id genus / omnes vitiorum tenebras pellentes. Est & amoris sol: sol ille quidē lucidissimus ardentissimusq;. Hoc vno dies clarissimi continentur: nedum fiunt. Hoc vno sole / veluti minora luminaria illustrantur alii omnes soles: nedū dies. Hic cū alijs omnibus incidentiam et miram connexionē habet / præcipue cū sapientię sole / omnes vnice / post hunc nostrū amoris solem / continente stringenteq; soles. Omnia igitur pulcherrima / perpetua / sanctissima / in tanto & tanti amoris tantę charitatis tanti incendiū & incōparabilis estus sole. Quo ardore incenduntur illustranturq; ōnia. Incētor ille sol est: & instigator omnīū bonorū: omnīū purificatio: nū purificatio: atq; illuminationū vna & consumans illuminatione. Quia melior (inquit) dies vna in atrijs tuis / sup milia. Vnitas in affirmatione: multitudo in defectione & lapsu est. In vnitate & mira cōnexionē virtutes cōsistunt: vitia inter se pugnant et contrarietatem habent. Virtus quęcūq; secū habet iunctam foelicitatem. Vitium ab illa distrahit: & secum atq; cū alijs mirum habet dissidiū. Mellior (inquit) foelictior / pccatior / pccosior & omni laude superior dies vna in atrijs / in obsequiis diuinis / etiam quādiu hic peregrinamur a dño super milia: super mille mundanas opes / voluptates / & quicquid lapsū & carnale est: quę non nisi distrahentem quandā afferunt inquietudinē. Et si licet reli-

gionem / virtutē / foelicitatēve quę in atrijs dñi obseruant barbare & imple religioni simulatę virtuti & foelicitati cōferre: cernes in domo aut in atrijs domini omnia multo purissima: & diuine cuidam iuncta charitati: & diuinos in diuina prestare ascensus. Illa omnia attenuata / incerta / atq; exilia imo detestanda execranda & prophana plurimum esse. Et si quid forte virtutis pminere videtur: tam vmbatilis illa est: vt vestigium magis aut vmbra quędam remotiuscula virtutis sit: q̄ virtus. Virtus quippe aligera diuinis vegetior pennis / in altum inq; diuinos euehit conspectus. Naturalis vero: diuinorum incendiorum & charitatis expers. Tantarum ascensionum suapte natura impositus est: nec viribus suis nixa / in sublimia & maiora se potest. Aliunde illas desumat mutueturq; oportet: diuinorū in diuina proximus ascensus. Dies vna in atrijs domini vna tanta charitas portam aperit cœlestem: in annos ducere nata ęternos. Nū igitur hęc dies mellor in atrijs domini? In illis quippe diuinę virtutes dies facientes pulcherrimos nō alibi agunt. Milia millum (& si infinitas desumpseris) virtutū / foelicitatum / aut religionum humanarum / illi conferri nō possunt. Pēnas columbæ habet argenteas siue de argentatas & posteriora eius in pallore auri. Dies hęc / qua tantisper dū peregrinamur a domino perfrui datur: dei illi sempiternę eructat verbū. Illi vnice & incomparabiliter cōmittitur: vt dies vna / diem vnam respiciat. Perpetua virtus diem vnam nō multiplicem facit: nec occidere nata quę perpetuū habet orientē. Et si nube obtegi nōnunq; videatur: solem tamē habet p̄sentem / nec allo vnq; suos diuinos deflectit obtutus. Si atria domini vltamundana intelligim⁹ Hierusalem cuius hęc typū gerit: melior est dies illa quę perennis et ęterna est: sup milia. Nec enī milia / sunt illius perēnis ęternitatis vel tantillū momentum: vt neq; si mille aut infinita desumpseris puncta: vllam possunt habere ad corpus infinitum rationem aut cōparationem. Et si forte illā tam iugem lucem in dies et tempora distinguere liceret / melior vna ex tam infinitis dies vel illi⁹ tātula portūcula esset: q̄ dies oēs / quotquot seculo isto exigentur. Nec enī qui ad tempus / aut contra: vlla est comparatio. Vt nec deciduarum rerum & labentium / ad iuges & manētes: nec quidē sensus / ad mentem. Si externas religiones & tempora in illis obseruationibus inaniter consumpta ad nostra conferas: tenebras conferes luci. Minima lux / infinitis tenebris maior & superior / immo absq; pportione omni multo ex-

cellentissima luce. Quare vel tantilla dies in diuinis sacrificijs matutinis aut vespertinis consumpta: melior sup millia. Tenebris & cecę nocti illa offeruntur libamina: nostrę diuinę & vlttramūdane lucis imolantur victimę: illi vni sacri ficamus sacrificium iustitię: & honorę/qualem possumus per sacrificia laudis summo opifici impendimus. Sacrificiū (inquit) laudis honorificauit me. Et. Sacrificate sacrificium iustitię: in puram sanctā & quę tota spiritalis sit nos cōmonens oblationē. Hęc dies domini tota in spiritu est: quādo dominū in illa adoramus in spiritu & veritate. Alia omnia nescio quā corpoream & tenebricosam molem referunt. Nū melior dies vna cū pace: q̄ mille cum dissensione & rixa: Nū in tabernaculo amoris vel momētū agere satius: q̄ omnē etatem exigere in odij horrendis spacijs. Virtutum regio pulcherrima & plurimū amena. Ecce (inquit) odor filii mei/ sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Viden vt omnis benedictio in cāpis virtutū est: Ibi ōnis agit gratia/ lux et decor/ & pacata animi tranquillitas. Mellior igitur dies vna in atrijs dñi. Poterat olim lucifer qui mane oriebatur & superbia cecidit dicere: melior est dies vna in atrijs sempiternis: super millia aut mille dies siue infinitos. Mos quippe scripturaturū est/ finitū pro infinito suscipere. & si tantillum illius eterne lucis aut beatitatis desumpseris: nichil sunt ōnes thesauri: in cōparatione illius: totū quicquid est/ nō valet illi cōparari. Potest tum mens purior innixa super dilectum suū dicere: & diuitias nichil esse dixi in cōparatione illius: dñs pars hereditatis meę/ immo vero qui tota in ōnes hereditas est/ etiā hereditas mea est: cui innumerabiles mūdane moles/ nō si infinitę essent/ illi valent vlla ratione cōferri. In quodam etiam loco scriptum est. Mellior est vnus timens deum: q̄ mille filii impij. Istis igitur diebus lucis: vel si vna tantū nobis illuxerit: in perpetuas cōscendam eternitatis mansiones q̄ vna & manens & pulcherrima dies sunt. Et mille anni in cōparatione illius: tanq̄ dies hesternæ/ quę p̄terit. Est enim illa dies dñs meus IHESVS CHRISTVS/ lux vera illuminās omnē hominē veniētē i hūc mūdū: magis vero eos illuminans: qui lucis tantę propter stabilem in cœlo mansionē/ sunt capaciores. Dies quidem iugis nesciens noctem: & ciuitas (ait Ioannes) nō eget sole neq; luna. Nā claritas dei illuminabit eam. Et lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes per patentia virtutum itinera & obuios gradus: Gradus quidem plures aureos & purpureos. Ambulabunt quidem in lumine illius: & videbunt faciem eius: & nomen eius in

frontibus eorū. Et nox vltra nō erit: & nō egebūt lumine lucerę neq; lumine solis. Illis quippe sol iustitię/ sol amoris/ veritatis/ pulchritudinis/ & omnis foelicitatis cōtinenter orietur. Ostēdit quoq; I dida hoc est dilectus domini Ioānes illā diem perpetuam & perēnem fore. Et regnabunt (inquit) in secula seculorū. Quomodo enī nō perpetuo agent: quādo in regno virtutis toti erunt/ quę suapte natura iugis & perennis est/ Quādo in eā lucē/ toti diuino & ineffabili excessu/ vlttramūdano raptu/ ipsa manēte substantia/ pene absumentur: Quę lux/ agnus est eternus/ incorruptibilis/ immortalis/ foelcissimus beatissimusq;/ omnem afferens lucem/ immortalitatem/ sapientiā/ virtutem/ perennitatem: talibus nos cōtinenter afficiens diuinis collustrationibus. Cui est cū patre & spiritu sancto coequalibus & consubstantialibus/ honor & gloria in secula seculorum. Amen. In greco est ὅτι κρείσσων ἡμέρα μία ἐν ταῖς αὐλαῖσ σου ὑπὲρ χιλιάδων. κρείττον siue κρείσσων. id est melior siue potentior/ siue deus supnus. Hoc loco ōnes iterptati sunt melior: Hieronym⁹ quoq; ex Hebreo melior. Mira etiā vis potestas et energia/ et deus ipse altissimus maximusq; bonitati inest: qui et sūma eternaq; bonitas ē: maxime vero illi eterne & foelcissime diei: quę omnē nobis bonitatē affert. Ipse haud dubie dies illa vna nota dño. Nobis erit ipse eternitas/ ipse metron & mensura nostra/ veluti p̄fectissim⁹ absolutissimusq;. Vbi nos habem⁹ in atrijs tuis: in greco est αὐλαῖσ. i. aulis atrijs siue caulis. conueniūt quippe ōnia in illa vlttramūdana Hierusalē aulę/ atria/ caulę. Et idē Rex regū & domin⁹ dñantium est/ qui ostiū & pastor est. Rex i aula. Est enī aula p̄cipis domus: q̄ & regia dicit. Ostiū pro atrijs est. Pastor ille quidē optimus maxim⁹ p̄ ouilum caula. Et cognosco meas inquit: & cognoscūt me meę. Et in eodem secundū Ioannē euāgello. Ego sum ostiū (inquit) per me si quis introierit saluabit. nec ostiū modo: sed in ostio & pro porta dñi stans. Et ecce vir (inquit Ezechiel) cuius spēs quasi spēs æris. Subdit. Stabat autē in porta. Et qui ōnia in oibus est illa oia electis factus est: nobis quoq; si fiducia & gloriā spei vsq; in finē firmā retineam⁹. Χιλιάδων numer⁹ mille cōtinēs est. Rectissime igit̄ illa vna dies in aula siue i atrijs dñi sup millia hoc ē super omnē dierū numerū est vtcūq; sanctū/ vtcūq; p̄fectū q̄tūcumq; mysticū. Id quod in chilsade obseruatur: & pari quadam rōne de myriade q̄ decē millia cōtinet. τὰ μύρια decē millia sūt siue τὰ μύρια. i. infinita. Hoc pulchre significāte Daniel. Millia millium (ait) ministrabāt ei: & decies cētena millia assistebāt ei.

Et Ioānes. Enumeratis in mystico sacramento multis milibus: subdit. Post hæc vidi turbā magnā/ quā dinumerare nemo poterat: ex omnibus gentibus tribubus populis & linguis. Placēt illa τὰ μὲν ἰα hoc est infinita ipsi superimmenso/ superinfinito & admirabili deo. Si atria p aula accipim⁹ apertissimus sensus est. Et atria etiam licet dom⁹ nequaquā sint/ quēdā tamen fundamēta quodam retinent. Et ex illis authore Hieronymo: in domū venimus. Si tanta igitur foelicitas est/ in atrijs dom⁹ domini vel tantillum esse: quāta quāq; maxima illa erit quę in aula & in domo dñi erit: atq; æternum erit: in illo omni beatitate inuenta qui est supersanctus/ & superbenedict⁹ SELA. id est semper & in sæcula sæculorum Amen.

E Legi abiectus esse in domo dei mei: magis quā habitare in tabernaculis peccatorum.

Abiectum esse in domo dñi est existimatione sua abiectū esse: hūilitate plurimū i oculis dñi deici: & velle omniū esse minimū/ & obsequētissimum seruum. Et quotquot in domo domini sunt (quę est ecclesia dei viui) se humilitate & omni in oēs obsequio deiciant oportet: nichil suę volūtatī sed tantū diuinę relinquētes: in omnē persecutionem parati: omniū malorū tolerātissimi vna equanimitate & patientia/ oīa vincētes/ paupertatem præ diuitijs eligētes: toti⁹ crucis & tormētōrū amātissimi: ei⁹ crucis imitationem præcipuā cum in corpore tum in anima gerentes: nichil sibi aut meritis suis attribuētes: omnia in vnum dominū IHESVM siue bona siue mala referentes. Vt sepe cū propheta dicant. Non esse malū in ciuitate/ quod non faciat dñs. In illam diuinā obediētiam suapte voluntate satagentes admitti: in quā omnis creatura ascita est: immo in meliorem & obsequētiorē: quo homo ceteris animāibus præstat & excellit: & deo intelligētia & charitate & tāto diuinorū participatu magis admouetur. Nec obedientem obsequentēq; se deo modo præstat: sed omnibus ppter ipsum. Vt quicūq; maximus tanto charitatis ardore/ tanta humilitatis abiectioe/ se omniū seruum & ministrum dicat/ domini IHESV & imitatione & vna institutione: sepe illud memoria repetens. Vt qui maior sit inter vos/ sit tanq̄ qui ministrat. Hoc est velle & eligere abiectum esse in domo dei: magis quā habitare in tabernaculis peccatorū. Electio est deliberata voluntas/ tota igitur in hac deliberatione volūtas nostra posita est. Vt perennes dies vtcūq; abiecti agamus in domo dñi/ quę fundamētum habet: & colūna est & firmamētum veritatis: & super

solidissimam petrā fundata turbari nescit/ a virtute vndiq; quadrata/ imobilitatem & constantiā habens. Nō vllę procellæ nō vlla vis ventorum hanc concutere possūt: quæ tantis tamq; firmissimis innixa est colūnis. Aeterna quippe est. Rogauit pro te Petre vt nō deficiat fides tua. Fide ista etiā nimirum captiuamur in obsequiū CHRISTI. iuxta quod dicit Apostol⁹. Captiuantes omnē intellectū in obsequium CHRISTI. Et tanti hęc fidem quicūq; vlr iustus facit: vt illā omniū scientiarum & artiu præponat theorematibus/ hac humilitate gaudens / illa vna pfruiens. Elegi (inquit) abiectus esse in domo dei mei: elegi min⁹ esse i domo virtutis (quā illa virtus humilitas sit: quę omniū minima esse videtur cū maxima sit) magis quā habitare in tabernaculis peccatorū. Quę vt cūq; speciosissimā formā præ se ferre videantur: tamen translaticia / incerta & mobilia sunt. Et cū promittant foelicitatem: vnde pmissam præstent nō habent. Vidit (inquit) impiū superexaltatum & eleuatū: trasiit & ecce nō erat quęsiui & nō est inuentus locus eius. Videt incertitudinē/ in tabernaculis aut sede incertissima peccatorū: De iustis dictū est. Iunior fui & ecce senui: & nō vidi iustū derelictum: nec semen eius quęrens panē. Et alio loco. Delectare in domino: & dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela domino viam tuam: & ipse te enutriet. Et dominus qui veritas est & mentiri nescit. Primū quærite regnū dei: & hæc omnia adiciantur vobis. Cedunt enim spiritalibus temporalia/ cedunt honores/ vel ipsa impiorum confessione. Hi sunt quos habuimus aliquādo in derisum & in similitudinem improprij. Nos insensati vitam illorū estimabamus insaniam & finem illorū sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios dei/ & inter sanctos: sors illorū est. Diuinitum perfruuntur honoribus/ omnibus antea mūdānis perpeffis perturbationib⁹. Gaudēt vtri cœlestes hic delict: vt ibi in illa cœlorum beatissima regione subleuētur. Vt tū audire cum sanctis angelis a domino possint. Qui autē minor est in regno cœlorū maior est illo. Vt nulla vel quāmaxima & præcelsa magnitudo illi valeat conferri. Fingas aliquā spiritualē & subleuatiorē esse quomodo in Ioāne erat: qui tanta virtute/ fide/ humilitate/ constantia/ & omni firmitudine subnixus erat: quā enī symbolū & similitudinem aliquā inter se ista cum illis retineant: tamē non conferas illi semp laudatę & benedictę fruitioni: quā in infinitum omnem excellit fidē & virtutis eminentiā/ quæ hic esse potest. Hęc pene pereunt: illa sola manent. Quāta igitur domus domini a tabernaculis peccatorū erit differentia. cū in domo dñi

In psalmum. LXXXIII.

pura & sincerior virtus sit: & omnis gloria filie regis abintus/vbi
 meliora & constantiora sunt bona. contra vero hic nescio quid ex-
 terius suffulgens & albicans: interne vero omnia sunt plena of-
 sibus mortuorum. Tabernacula peccatorum/ & que videntur esse
 magnifice edes/instar momentaneorum facile mutantur: imo &
 quecumque temporalis felicitas etiam iustorum hominum. Nec enim
 hic illos ullam spem habere repositam finit dominus. Iona coluba
 domini/nō diutius oblectari super tantilla edera sua permissus
 a domino est. Audi quid dicit scriptura. Et preparavit dominus deus
 ederam & ascendit super caput Ione ut esset umbra super caput
 eius: & protegeret eum. Laborauerat enim. Et letatus est Ionas
 super edera letitia magna: & paravit deus vermem ascensu dilu-
 culi in crastinum: & percussit ederam et exaruit. Viden ut breui cun-
 cta pereunt/ & periclitari suo admirabili consilio dominus velit. Rota
 stare loco nescit: et breui impulsu huc vel illuc agitur. Sedes
 fortunę/rota agibilis est/ut volunt: nec consistere potest. Do-
 mus firmissima habens immobile fundamentum/domus dei est:
 sed fundamentum quod deforsum est contra quam in rebus sensibilibus
 accidat. Dominus IHESVS qui iuxta Apollinum est ante omnes: & omnia
 in ipso constant/ tantum edificij & structurę fundamentum est/basis
 est/omni virtute/gratia & gloria firmans edificium. Gratiam (inquit) &
 gloriam dabit dominus: immo quod antea dixit/locupletissimam benedi-
 ctionem conferens. Etenim benedictionem dabit legislator. omne bonum
 confert: qui omne bonum est. Hęc pro eo diximus: quod funda-
 mentum sed quod superne sit/dominus est. Ipse/domus venustas. Ipse/
 columna. Ipse/protectum. Ipse/pmurale: illius quoque celestis pala-
 tij secretius triclinium: & vinaria cella. Qui pro differentibus meri-
 tis differens & pene miscellaneus in omnibus est: atque in omne admo-
 tus forma: imo vero talis presentis/omniformis est. Nimirum igitur si cum
 tali hospite quemcumque fidelis anima habitare desideret: et sibi multis
 propositis edibus/tabernaculis/hospitiis/habitare in domo domini ex
 deliberatione velit: cum iustitia magis quam iniustitia/que difficiles & ma-
 los sepe presentat exitus: cum fortitudine/liberalitate/clementia/ma-
 gnanimitate & aliis id genus: que cum oppositis monstris. Cum his/om-
 ni cum paupertate/ & repulsa: que cum diuitiis Cresi aut Sardanapa-
 li voluptatibus esse malit. Gaudebat Apollini a conspectu concillit-
 se pro nomine Ihesu contumelliam pati: in hoc non parvam presentantes
 dignitatem. Et vide que consequenter superioribus istud neceat. Di-
 xerat antea beatos esse/qui habitant in domo domini: quod iauda-
 re non cessent dominum: & meliorem esse diem vnam in atrijs domini super millia.
 Si tanta igitur inest illis mansionibus felicitas: rectissime & consequenter
 subnectit. Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis quam habitare

Explanatio.

152

In tabernaculis peccatorum. Nec enim laudaret scriptura illorum ta-
 bernaculorum & domus τὴν ὡραϊότητα. i. decorem & magni-
 ficentiam: si non optima maxima esse. Propterea in quodam loco di-
 xit. Domine dilexi decorem domus tuę: & locum habitationis glorię
 tuę. Ibi enim lex domini amplius discitur. De qua vir iustus. Bonum
 michi lex oris tui super milia auri & argenti. Et in eodem psalmo.
 Ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion. Propterea ad
 omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui. Vna
 est domus domini que hic adhuc peregrinatur a domino: & que in coele-
 sti Hierusalē plenis profuitur eiusdem domini conspectibus. Siue in hac
 siue in illa cum utraque regni celorum nomine nuncupetur: ha-
 bitare malit: quam in tabernaculis peccatorum: que pulchritudinem pre-
 tendere videtur: at interiora omni spurcitia plena sunt: & nescio
 quam diuitiarum voluptatis boni vtilis aut honesti specie pro statim
 in limine offerunt: interiora vero aut nouissima in postrema de-
 ducunt perditionem. Quid enim boni inter se pugnantia vitia/aut
 commodi habere possunt: quando omne regnum inter se diuisum
 desolabitur: & alieni rapiunt illud. Incidet enim in iustitię eternę
 illius quidem/ & omnipotentis vincula: abs qua penitus dissipa-
 bitur. Possumus iuxta veteres & aliter hunc locum interpretari.
 Ut sit cum superioribus quedam consequentia. Elegi abiectus esse
 in domo dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.
 Cum minor in regno celorum/ ipso etiam Ioanne quo inter na-
 tos mulierum non surrexit maior/etiam maior sit. Malui (inquit)
 inter illos minimos cum omni securitate agere: quam hic maior esse.
 Siquidem hæc magnitudo plurimum inconstans & varia sit: se-
 pe etiam iustum capit defecto pro peccatoribus derelinquenti-
 bus legem domini. Defectio (inquit) tenuit me/pro peccatori-
 bus derelictibus legem tuam. Hic inter tabernacula peccato-
 rum/certamen iuge est. Iniqui (ait vir iustus) persequuntur sunt
 me gratis: & a verbis tuis formidauit cor meum. Hic odium &
 zelus/necdum merus & sincerus amor/agunt. Propter quod non
 sine querela dicit. Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi. Nec
 potest in summa sincerior haberi suspectus: quando tam vehe-
 menter in infima propter perturbationes cogimur. Zelus infima:
 amor maxima respicit. Zelus ab optimis maximis ortum
 habens: tamen totus in hæc caduca & mundana versatur. Ma-
 gis (propter finem) odit: quam verioris amoris rationem habens. Et ab
 amoris incertis ortum habens/ in odium quod tamē in affirmatiōe sit
 declinat. Contra diuinum & celestis amor totus est agitque in edibus
 summi parietis: nec ut zelus in tabernaculis peccatorum esse potest.

Propterea cū ecclesia adhuc in agone contendat: lillo inter spinas cōfertur. Sicut lillium (inquit) inter spinas: sic amica mea inter filias. Et quā hoc certamen pulchrū sit & egregium: tamen pulchriora sunt cœlestia tabernacula: vbi odium nullū est. Sed quaecunq; ibi forte odiū confinxeris: cū optimo maximo amore coincidit. Atq; vt in p̄cella diuinitate idē odium quod amor: nō aliter in purioribus animis/illi summa charitate & gloria iūctissimis/ euenit. Vt vbi gloriæ participatus & altar ū id genus innumerabilium gratiarum & bonorū: nō aliter etiam diuinæ cuiusdam incidentiæ/participatus & effluxus ab illa siue emanatio est. Vt nichil ibi dissentiens sit aut dissonū: nichil/quicq; repugnantē p̄tendens, sed negantia in mirā affirmationē abeant, vt susceptiue potentię totę in actionem actūq; pulcherrimum pene absumantur: & quoquo pacto agentes in diuina nedū partētes fiant. Odium zelus/indignatio/in amorē abeūt. Auersio in cōuersionem. Vespertinum sacrificium: in matutinū. Timor quicūq;: in amorē. Nec quicq; ibi occiduū: sed oriēs & meridiano num est. Et conuersio in creaturas: tota in deū intentio est. Vt consideratio vespertina/ quam vocant) quando in ipsis aut in earum formis aut speciebus res ipsę considerantur: in orientē matutinā & penitus diuinā versa absorptaq; est cōsiderationē. Nec tā in rebus: q̄ in deo pulcherrima & optima maxima/ inefabili atq; exemplari forma res omnes conspiciūtur. Hoc quippe melius/ purius sinceriusq; est. Omnia igitur ibi in summa vnitatem vnum/ simplicissimū/ diuinissimū & sibi maxime coherēs. Et quecūq; minora sunt: in maiora abeunt. Tanto ibi inuento omnium consensu & pulchritudine: omnium virtutū/ gratiæ/ & gloriæ forma: vt ibi abiectū esse & omnium minimū satis sit: q̄ hic q̄ diu in his certaminibus agitamus: omnium maximum. Hic incerta omnia: & vtcūq; perfecti fuerimus: tamē maxima nos habet ignoratio/ an simus odio vel amore digni. Et nichil in vtribus nostris esse fidendū sepe admonemur. Tota vis auxiliij nostri in deo sit posita oportet. Quid igitur in nobis inter tot teia/ tot hostes/ inter tot certamina/ magnū aut grande esse potest? Cū inter timorē/spēq; dubit/ anxij sum⁹ quo fata. i. dei ordo sinā t: vbi sistere detur. Agit dñs oīa p̄ arbitrio et benigna sua solum voluntate. Nullis preparamentis aut cogitatibus nostris constringitur. Et quā paratiorib⁹ animis ex sollicitationē/ lege decretouē diuino forte sit debita gratia: tamen ista ad gratiam p̄ludia/ & dispositiones/ isti conatus adeo incerti sunt:

vt vix vnq̄ noueris/ an satis ad gratiam p̄paratus sis/ an non. Et tota etiam ipsa preparatio ex diuina voluntate depēdet. Suspirans igitur gliscēti quotidie magis desiderio in illā tantam cœlestium animorū certitudinē/ claritatem/ fœlicitatem/ atq; viuā immortalitatē & gloriā/ ait. Elegi abiectus esse in domo dei mei magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorū. Si dixerimus (ait Ioannes) quod peccatū nō habemus: nosipfos seducimus/ et veritas in nobis nō est. Ista igitur quis sancta quis diuina: tamen peccatorū tabernacula sunt. Omnes ab Adā excepto dño IHESV Christo cuius regnū nō erat de hoc mundo peccauerunt (domini matrē semper excipio) & egent gratia dei. Cernamus ecclesiā nostram fuscā esse: aut nigrā in formosam: sed quicquid formę habet aut pulchritudinis/ hoc totū ex sole iustitię/ ex sūma illa pulchritudine & forma nactā. Quia (inquit) decolorauit me sol. Cuius p̄sentia me omni afficit decore & splendore: eius absētia contraria afficit fuscēdine nigricanti & atracino colore. Eius diuinus conspectus omnē infert lucē: eius absētia inducit tenebras. Osee dicit vt accipiat mulierem fornicariam siue (vt ait scriptura) vxorē fornicationū: & faciat filios fornicationū. Et sanctus Moyses vnus ethiopię amator est. Ruth Moabitis in sancta generatione suscipitur. Vnius meretricis domus in Hierico salua est/ p̄pter dñi Ihesu eiusq; passionis fidem: istud coccineo funiculo pro eius fenestra significāte. Et ex decreto Ap̄lico vir infidelis saluatur per mulierem fidelē: ipsa vero tanq̄ per filiorū quos in Christo p̄creauit/ generationē: omnia vno dño Ihesu Christo efficacius agente: eius tāta passione & morte: omni deniq; p̄clara eius actione & efficientia. Et quā posterior populus gentiū sit: in fine hoc est dño Ihesu prior inuenitur: sanguis dñi Ihesu p̄cioso coccino obsignatur: quando quidē ethiopia p̄ueniat manus eius deo: & Moyfi in sinibus nigre ethiopię harenti: dñs videat faciē ad faciē: & totius populi & verioris Israel dominū videntis/ dux fiat. Qd̄ Iudęis fugientibus vna Cananea sequat̄ & cui nō erat de conuersatione iustitia: ad miam illius qui omnis est mīa cōfugit. Octauū signū erat in quo princeps postulabat sanari filiā suā: sed subintrans mulier sanguine fluēs octauo sanatur loco: vt principis filia de hoc numero exclusa veniat ad nonū. Iuxta quod (ait sacer Hieronym⁹) in psalmo dicitur. Ethyopia p̄ueniet manus eius deo et cū intrauerit plenitudo gentiū: tunc omnis Israel salu⁹ erit. Sed tota hæc nostra salus a domino est. A dño (inquit) factū est istud: & est mirabile in oculis nostris. Hęc dies (dies quidē vtr-

tutis & gratiæ) quā fecit dominus / dies salutis nostræ exultem⁹
 et letemur in ea. Et quā hīc dies quietis septima sit: magis tamē
 in octava supercoelestis & diuinæ resurrectionis / quæ nō habet
 finem / exultādū nobis erit. Illa tum erit dies quæ noctē nesciet:
 nec amplius vicissitudo zeli & amoris erit: nō odij & cōtrariæ
 dilectionis / nō lapsus & erectiois / nec tenebrarū & lucis: non
 vitiorum & virtutis: sed ōnia in summa luce / virtute / & foelicitate:
 atq; in iugi laude (vt proxime dixit) erunt. Nō iniuria igitur
 ingemīnās ait. Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis
 quā habitare in tabernaculis peccatorū. Pulchre in græcis exem-
 plarib⁹ dicitur ἐξελε ζάμην παραρριπτῆισται ἐν τῷ οἴκῳ
 τοῦ θεοῦ μου μάλλον ἢ οἰκεῖν ἐν σκηνώμασιρ ἀμαρ-
 τωλῶρ id est elegi siue collegi hoc enim significat ἐξελε ζά-
 μην ἀπό τοῦ ἐκλέγομαι id est eligo colligo in hāc fortasse
 intelligentiā: quod ōnibus viribus suis collectis oī animi inten-
 tione / hoc vnū de pluribus elegerit: & inuentis in rebus oībus
 tantę foelicitatis imaginibus / illā rerum omnium summā / om-
 nium bonorum aggregatiōe perfectā / delegerit. Iuxta illud for-
 tasse. Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo & ex tota a-
 nima tua & ex tota mente tua. Hoc est oībus viribus animi in-
 tendere in illā celestem paradīsum: de qua dixit dominus la-
 troni. Hodie mecū eris in paradīso. i. in omnīū bonorum sum-
 ma & foelicitate: quā meę beatissimę diuinitatis visio & pfruitio
 vnice pstant. Vnā (inquit) petij a dño hanc requiram: vt inhabi-
 tem in domo domini oībus diebus vitę meę / siue simpliciter (vt
 antea exposuimus) elegi dicendū est. græci post μάλλο πο
 μα (quā κόμη vocant) ponūt. & ita legendum iuxta eos videre-
 tur. Elegi abiectus esse in domo dei mei magis: quā habitare i ta-
 bernaculis peccatorum: & vbi nos dicimus tabernaculis / græci
 σκηνώμασι. i. habitaculis. Sunt enī habitacula illorū cōpara-
 tione / de quibus dictum est. Quia dilecta tabernacula tua dñe vir-
 tutū. Hieronymus ex hebræo. In tabernaculis impletatis. Vt e re-
 glione / & contraria analogia / tabernaculis domini respōdeant
 peccatorū tabernacula siue habitacula. Illa ōnis pietatis taber-
 nacula: hęc omnis impletatis. Illa lucis & cōsummatę foelicitatis
 regio est: hęc tenebrarū & omnis miserię. Illa vitę perēnis
 diuina habitatio: hęc mortis / eternæ dānationis & feraliū tor-
 mētorū. Abs qua secedēdū nobis oī diligētia ē: & illuc / hoc est
 in dilecta tabernacula cōmigrādū gratia dñi Ihesu nos fauora-
 biliter puenlētē / cooperātē & oībus diebus vitę nostę nos plē-
 tissime / si illi nos admouerim⁹ / si illi⁹ āplexus haud abnuerimus
 subsequēte. Cui dño Ihesu sit oīs honor & scūificatio & gl̄ia. amē

Quia misericordiam & veritatē diligit deus: gra-
 tiam & gloriam dabit dominus.

Hieronym⁹ ex hebræo. Quia sol & scutū dñs: gratiā & gloriā
 dabit dominus. Fontana miā & veritas & omnis mię & veri-
 tatis origo / parem & ὁμοούσιον. i. cōsubstantialē diligit i filio
 miām. Nec illam modo sed innumerabiles virtutes & potesta-
 tes / quę a patre veluti sole immenso emanantes / in filio elucēt
 Dabit quoq; nobis in filios adoptionis ascētis: parē gratiā mię
 respondentē: per quā mereamur peccatorum omnīū habere re-
 missionē vt dicit / ista perfusis diuinę gratię vnda / de nobis pos-
 sit. Beati quorū remissę sunt iniquitates: & quorū tecta sunt pec-
 cata. Beatus vir / cui nō imputauit dñs peccatum: nec est in sp̄-
 ritu eius dolus. Dabit quoq; gloriam & vnā immortalitatē diu-
 nę suę veritati e regione etiā respondentē. Veritas in redditio-
 ne promissorū consistit. Promisit dñs sperantibus in se regnū
 celeste. Calix domini vini meri plenus mixto. Et. Calix domi-
 ni inebriās quā pclarus est: Veritas videtur respicere iustitiā quā-
 dam & equalitatē: quā vix sine miā vnq; inuenit. Vt 84 psal. Mis-
 ricordia & veritas obuiauerūt sibi: iustitia & pax osculatę sunt.
 Et āpl⁹ alqd statī nectit. Veritas de terra orta est: & iustitia de
 celo p̄spexit. Miā remissores facere videt: iustitia paulo attēt-
 ores. Et hic est calix dñi inebriās & vini meri plen⁹ mixto. Hic
 fortasse calix: in quo sapientia miscet vinū: in illa sua quā para-
 uit dispositissima mensa. Et in cantico. Simul vinū propter iu-
 stitiā & lac propter mię dulcedinē bibit sponsus: & in talia sup-
 diuina symposia omnes p̄cipue amicos inuitat. Comedi (inquit)
 fauum meū cum melle meo: & bibi vinum meū cū lacte meo.
 Comedite amici: & bibite: & inebriamini charissimi. Ipsa vero
 spōsa: tale etiā vinū ipsi profert spōso. Ibi (inquit) me docebis: &
 dabo tibi poculū ex vino cōdito: & mustū malorū granatorum
 meorū. quib⁹ spōso oblati: statim diuinos sentit spōsi cōplex⁹:
 et admirabiles & diuinos cōtactus. Leua (inquit) eius sub capi-
 te meo: & dextera illius āplexabit me. Diuinis illis cōtactibus
 et cōplexibus inarrabiliter ego afficiar: quā mixta p̄ciples PA-
 HAD. i. timorē / sanctū / amorēq; reddere / noui: & poculū mixtū
 sup diuino offerre spōso. Sed vt redeam⁹ ad calicē salutaris gra-
 tię. Iste fortasse ē calix: ex quo effundit dñs sp̄m sup ōnē carnē.
 Et erit post hęc (ait dñs in Iohēle) effūdā sp̄m meū sup ōnē car-
 nē: & pphetabūt filii vestri & filię vestrę. Subdit. Sed & sup ser-
 uos meos & ancillas / effūdā sp̄m meū. Et paulo post. Et erit
 oīs qui inuocauerit nomē dñi saluus erit. Quia in mōte Sion et

in Hierusalē erit saluatio sicut dixit dñs. & in residuis quos dominus vocauerit. Hic calix diuine misericordie (quā HESED uocant) & ueritatis penitus salutaris est. Alius est calix in pditionem a diuina tamē iustitia originē habens. Calix aureus Babilon in manu dñi/inebrians omnē terrā: de uino eius biberunt gentes: & ideo cōmotę sunt. Et in alio loco. Ecce quibus nō erat iudicium ut biberent calicē: bibentes bibēt: & tu quasi innocēs relinqueris: nō eris innocens/ sed bibens bibes. Dictū quoq; ad Hieremiam. Sume calicē uini furoris huius de manu mea: & ppinabis de illo cunctis gētibus/ ad quas ego mittā te: & bibent & turbabuntur & insanient a facie gladij: quē ego mittam inter eos. Et paulo post. Hęc dicit dñs exercituū deus Israel. Bibite & inebriamini uomite & cadite. Neq; surgatis a facie gladij: quē ego mittā inter uos. Cūq; noluerint accipere calicē de manu tua: ut bibant/ dices ad eos. Hęc dicit dñs exercituū. Bibentes bibetis. Quia ecce in ciuitate in qua inuocatū est nomē meum/ ego incipio affligere: & uos quasi innocentes & imunes eritis: Nō eritis imunes/ gladium ego uoco super ones habitatores terrę. Veniamus ad nouum testamentum. In Apocalypsi ad Ioannem dictum est. Veni & ostendā tibi dānationem meretricis magne: quę sedet sup aquas multas: cum qua fornicari sunt reges terrę & inebriati sunt/ qui inhabitant terrā/ de uino prostitutionis eius. Subdit. Et abstulit me in spiritu in desertū: et uidi mulierem sedentē super bestiam coccineā. plenam uerbis blasphemie: habentē capita septem & cornua decē. Et mulier circumdata purpura & coccino/ & inaurata auro/ & lapide precioso & margaritis/ habēs poculū aureum in manu sua: plenum abominatione & imundicia fornicationis eius. Non talis est calix noster inebriās/ qui tam pclarus est: calix/ in quo diuina miscetur misericordia cum iustitia. Obseruant ueteres Hebrei in cōstitutione mundana utraq; iunctā fuisse & iustitiam & misericordiā. qđ in noie ELOHIM & ADONAI qđ est tetragramaton ἀνεκφώνητον. i. anecphoneton uel ineffabile obseruant. Frequentius enim illa nomina iuncta sunt. De quo etiā alio loco meminimus. Lege Paulum Hebręum. Quia miam igitur & ueritatē diligit deus. ut suos peculiare in quibuscūq; rebus effectis caracteres/ p̄cipue in dei capace homine ostendat: qui mentis & rationis compos est/ diuinorū mire particeps deum ferre potens θεοφορος id est theophorus siue deifer appellatus. Illo tanto perfrui eidem homini concessum/ illum clara mentis acie contueri. Misericordia & ueritate sanctis his

et diuinis simulachris in tanto altari anime sue insignitus est. Nec istos modo diligit dñs: sed alios innumerabiles illius splendidę lucis fulgores: & uiuas suas imagines: & longe quidem mellus q̄ reges & principes sua insignia. Ea uero uel maxime uiua intelligētia & admirabili quodā fulgore plena sunt. Et pro oibus istis (quas mortales retinent) similitudinibus: dabit dñs q̄diu hic agemus gratiam quę futurę beatitatis & glorię quędam est participatio & incōparabilis si aliquando senti ei possit p̄gustatio & tandem isto exacto seculo plenissimam cū immēso & nunq̄ exhausto luminis splendore/ conferet gloriā. Et aduerte iuxta Origenem primū dicere gratiam: tādē gloriā. Primum enim peccata/ diuina occuluntur gratia: tādē premia & coronę triumphales/ larga munificentia redduntur. Est gloria gratię sequax: & quoddā eius ueluti p̄mium. Omnia tamen mera liberalitate donantur. Et dona hęc celestia sunt: quę nichil habēt terrenū admixtū. Diuinis igitur & sacris fulgoribus insignes/ iustitia/ misericordia/ ueritate/ benignitate/ & alijs innumerabilibus/ petamus a domino hanc diuinā gratiā & gloriā: quas iam ipse multā pollicetur liberalitate. Veritas est: mentiri nō potest. Iustitia est: nō potest nō reddere quę pollicitus est. Fons omnis est gratię: riuos omnium gratiarum & diuine susceptionis effundere natus. Et cū sit infinita pulchritudo/ honor & gloria & egregia omnium corona: nō potest tales palmas talem uirtutis honorem & suę tam immensę glorię plenitudinē/ non plenius conferre: his p̄cipue quos diuinis suis preparamentis & sacris dispositionibus etiā dignatur: uultū formam pulcherrimis coloribus inuehens: sui plenā similitudinē (qualis est gloria) tātis simulachris/ nō adeo plene diuinis uultus referentibus. Optimus pater optima data dare nouit filiis suis. Egregius paterfamilias omnia & noua & uetera p̄ferre. Super celestis pictor pulcherrimos & plus q̄ aureos colores nō p̄termisso lumine inducere. Fulgor quidā gratia est/ si ad pulcherrimā glorię lucem conferatur: uultus est color quo aurea tandem illa inducatur p̄fectio. Oportet (inquit Apostolus) nos superuestiri: ut corruptibile hoc induat incorruptionē/ & mortale hoc immortalitē. Quod enī seminatū est in corruptione/ surget in incorruptione. Seminatū in ignobilitate: surget in gloria. Seminatū in infirmitate: surget in uirtute. Seminat corpus animale: surget corpus spirituale. Si est (ait Apostolus) corpus animale/ est & spirituale. Sicut scriptum est. Factus est primus Adam: in animā uiuētem. Nouissimus adam in spiritū

vlificantem. Primus quidem homo de terra terrenus: secundus homo de coelo coelestis. Omnē igitur coelestem secundus Adam prestat fauorē. Qui solus verissime iuxta Apostolū possidet immortalitatē: & lucem habitat inaccessibilem/ quē nullus hominum vidit: sed nec videre potest. Et si tantam prestat corpori incorruptionem: quid nō prestabit animę quę suapte natura spūallum & diuinorū est capax? Si gloria & nobilitas & immortalitas corpori donatur: & hæc oīa ipsum corpus aię ratione cōsequetur. Tota igitur gloria illa spiritalis veluti ex immenso fonte/ in aureū fontem animę decurret. Propterea dicit. Omnis gloria filię regis abintus. Et in cantico Salomonis. Quę pulchra es amica mea: quę pulchra es: oculi tui columbarū: absq; eo quod intrinsecus latet. Vena illa interior animę sit penitus benedicta. Et iterū. Sicut fragmē mali punici/ ita genę tuę: absq; eo quod intrinsecus latet. Propter quod vt tantę efficeretur particeps glorię: orabat propheta. Educ de custodia animā meā. His enim innexi vinculis corporeis vix verum lumen imo nec internam animę lucē conlectare possumus: nedū videre. Et vide quę consequenter post misericordiam & veritatē subnectit gratiam & gloriam. Nec enim absq; misericordia/ gratiā consequi aut in cœlum conscendere datur. His quippe misericordię itineribus peruenitur ad salutem. De qua i. c. viij. psal. Quę magna est super cœlos misericordia tua. Et i alio loco. Quod misericordia domini plena ē terra. Eadē igitur misericordia dñi qua plena est terra/ & ea quę in cœlos cōscendere cogit/ imo vero quę cum dño IHESV pontifice nostro maxie ipsos penetrat cœlos. Pari quoq; ratione de iustitia (quę et veritas) dicendum esset. Veritas (inquit) de terra orta est: & iustitia de cœlo prospexit. Eadem quidem & de terra oritur: & de plētissimo vtrginis utero: & de cœlo cuncta prospicit: singula moderatur: omnibus prouidet. Omnes vero quos talibus imbuit virtutibus veritate & misericordia/ pulcherrimis parthenicibus donat: gratia quoq; & gloria. Vt sit totum perfectū/ totum lucens coeleste & imortale quod in eo homine videas: qui diuinis & vltamundanis fulgoribus plenus est. Vt nichil terrenum in eo sit: qui penitus gerit imaginem cęlestis. Et si olim originalis iustitia in mirā reduceret omnia concordia: et infima summis pulchre consonarent: quid nō aget vltamundana gloria & loco efficacior & dignitate: & agendi vi superior? Quippe quę sit æterno parenti/ regi seculorum imortali & inuisibili vicinior. Tanta quidem eius vis est: vt quęcūq; facta/ integrare possit. Hoc nimirum diuina id quę imperfectę etiā prestat gratia. Quę quo fuerit clarior atq; pfe-

uerantior: eo agere in harmoniam vehementius possit omnia: et ex parte accitis virtutibus omnibus sonare concordia. Infert se gloria/ iuxta quandam incidentiam (quā vocant) ipsi gratiæ. vt imperfectior gloria/ quędam veluti gratia sit. contra vero perfectior gratia/ altera quędam sit gloria. Quasi citima sumis respondeat: imo vero/ in perfectis hominibus/ omnia summa sint. Efflagitemus igitur vt gratiam quę diu hic agimus: qua vna omnia pmereamur bona/ gloriam demū ille largiatur qui est super benedictus ὑπεράριος id est super sanctus & super exaltatus in secula: & cui soli est honor & gloria in secula seculorū. Amen. In greco ὅτι ἔλεος καὶ ἀλήθειαν ἀγαπᾷ κύριος ὁ θεός χάρις καὶ δόξαν σώσει id est misericordiam & veritatem diligit dominus/ deus gratiam & gloriam dabit sed nulla aut modica differentia est. Hieronymus ex Hebręo (vt antea dixim⁹) Quia sol & scutum dominus deus. Quasi sol noster quo illuminante gratia illustramur: & in tantam claritatē euehimur/ dñs tetragrammus sit: & apud eruditos maxime Paulum Hebręum nomen dñi tetragrammaton/ misericordiam significat. propterea quodam hic ordine videtur/ ad misericordiam & tantū solē tanq; illuminantē referri: loco cui⁹ tam ineffabilis/ Hebręi Adonai/ dicunt. & Hieronymus dominus interpretatur. Scutum ad veritatem referri manifestum est/ ex psal. xc. Scuto circundabit te veritas eius: nō timebis a timore nocturno. Secur⁹ igitur in coelestē Hierusalem ire datur: tanto misericordię sole nos vndiq; illuminante. Ambulate (ait domin⁹) dum lucem habetis. Et Quę diu sum in mundo/ lux sum mūdī. Ire inq; conceditur nobis pulcherrimo & fulgentissimo veritatis scuto & tam coelesti vmbaculo protectis: vt nichil impedire possit quominus a dextris & a sinistris per ifamiam & bonā famā/ in illa coelestia & supdiuina tabernacula & tā admirabiles aulas admittamur. Per diem (inquit) sol nō vret te neq; luna p noctē. Cadēt a latere tuo mille & myriades/ hoc est decē millia a dextris tuis: ad te autē nō appropinquabit. Talibus vndiq; muniti ciues coelestes & domestici dei efficiemur.

13 **N**ō priuabit bonis eos quę ambulāt i innocētia: dñe virtutum beatus homo qui sperat in te.

¶ Pura innocētia & omni illustrata virtute & gratia dñs Ihesus ē. Qui i eo ābulant: veluti in via innocētię ābulāt. Ego sū (ait) via/ veritas/ & vita: nō priuabit bonis eos quę ābulāt in innocētia. sūt quippe hoīes natī atq; a deo ordiati/ ad āplissima bona eaq; etna cōsequenda: quę iure suo id indulgēte diuina bēlignitate possidere pnt.

Talibus igitur bonis non priuabit eos / qui ambulāt in innocētia. Ille quidem dominus virtutū nō priuabit / nō dimittet quin omnia locupletissime cōferat: & quæ vera sunt: non illa quæ speciem aliquam mali prētendere possunt. et pulchre dicit. Nō priuabit: quasi ab initio omnia omnibus bona exhibuerit. Et hoc est quod dicitur in euangelio Ecce prandiū meum parauit. Tauri mei & altaria mea occisa sunt / et omnia parata: venite ad nuptias. Omnia sacramēta / omnes gratiæ fuerunt facile expositæ / vt inde defumerēt omnes. Nec dubitauerim non solū in sacramentis nouæ legis: sed etiam veteris / plurima conferri munera: plurima bona & gratias quibus nō priuat dominus eos qui ambulāt in innocētia: siue vt Hieronymus habet: in perfectione. Quando secundum quod dicit apostolus in perfectionē feruntur. et posthabitis momētaneis: æternis inhiant: et calcatis terrenis cœlestia solum expetunt. Aeterna igitur & immortalia / iure quodam hereditario / nostra sunt: æterni fulgores nostris sunt congeni animis. Regnum cœlorum & promissum et quadam ob eam causam ratione debitum / nostrum est. Quo non priuabit nos dominus: si vt antea diximus in perfectionem feramur: et Apostolo loquenti scientiam inter perfectos / etiam intendamus. Immo et domino dicenti. Iugum enim meum suauē est: et onus meum leue. Qui non magna aut ardua a nobis exposcere videtur: tantū genuinam quādam simplicitatem: et vt inimici deuitemus insidias tantillam prudentiam. Estote (ait) prudentes sicut serpētes: & simplices sicut columbæ. Dominus igitur virtutum tantas in nobis virtutes immittere volens: solum exigit innocentiam: & ne impedimenta peccati / tantę luci suę obijciamus / ipso confestim fulgores sempiternos in nobis immisso. Solum quod naturale & nostrum est / exigit. Non maiora petit / contentus paruis: quæ vix adhuc sine maioribus suis adiunctis præstare possumus. Propterea in diuinum adiutorium diuina semper intendit ecclesia / suā recognoscens imbecillitatē. Deus (inquit) in adiutorium meum intēde: domine ad adiuuandū me festina. Deus in nomine tuo saluū me fac: & in virtute tua (non in mea quidem quæ nulla est) iudica me. Omnis quippe tutela et custodia nostra in deo est. Et nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam. Vanum igitur vobis ante lucem surgere: cum nichil vnq̄ operæ explere possitis: sine illo qui est oīs tutela & refugium nostrū. Talibus igitur puenientibus bonis non priuabit nos: secundum quod dicit. Et misericordia eius præueniet me. Nec premijs æternis etiam priuabit. bonum

(inquit Apostolus) certamen certauit: cursum consummaui / fidē seruaui. In reliquo reposita est michi corona iustitiæ: quā reddet michi dñs in illa die iust⁹ iudex. Et vide quo pacto dicit / qui ambulat in innocētia siue in perfectione. Qui enim ambulat continue alia & alia loca capeffunt. Non aliter qui in perfectione ambulat: nouas continue virtutes consequuntur: secundum quas nouiter in libertatem filiorū dei idq; continue / afferuntur. Vnaquæq; imago suum pulcherrime refert exemplar. Quelibet vt character quidā sed remotior / similitudo & imago diuinitatis et figura quædam eiusdem / vnigenitum et coæternū cum patre filiū dei / sui possessorē facit. Simplicissima enī & perfectissima et ὁμοούσιος id est consubstantialis imago patris idem vnigenitus dei filius est. nos vero illi cōformes secundū qđ dicit Apostolus. Nam quos præsciuit & prædestinavit cōformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Imagines ergo filij sumus: ipse vero filius splendor gloriæ / & figura substantiæ eius: siue substantiæ aut hypostaseos id qđ facer Chrysostom⁹ recti⁹ dici existimat: ne characterē ὁμοίας. i. est essentiæ vel substantiæ dicamus: est enī vt diximus ὁμοούσιος id est cōsubstantialis / vnus et eiusdē substantiæ cum patre & spiritu sancto. At vna et eadē virtutis imago: id frequēt⁹ agit. nos possessores verbi dei quotiēs facit eius actiones pulcherrime repetūtur. Et vt splendor a sole prodiēs alius semper atq; alius est: estq; continue qđ multiplicatior / tantę lucis imago: quippe quæ ab eadē luce iugem emanationē habeat: non aliter in virtutibus / a summo cœlo ortum habentibus euenit. Continue ab æterno fonte prodeunt: continue illū eundemq; referunt / tantę diuinitatis exēplares formæ / idæ quædam similitudines & spectra: imo vero filia / filios faciētes. Et si forte altius more vltimodano & diuino hūc locū explicari vls. Accipe toti⁹ diuinitatis artē logon & rationē. atq; ipsam sapientiā vnde ōnis virtus & sapientia: illā in mediū confer: videbis non tam genitā q̄ continue gigni. Habet quoq; ita locus ille si Adamātio credimus. Dominus ab initio generat me. Non dicit generauit: quasi aliquid preteritum esset / non continue in pulcherrima æternitate præsens. At cum insectile absolutissimūq; ibi momentum immo vero amplissima plenitudo & duratio æternitatis sit: sint ōnia præsentia oportet. et fieri & factum esse mire conuenire atq; idem esse oportere: vt iugiter ibi quod perfectū est / sit. Nec defluerit vnq̄ / alioquin perfectionis non parū haberet: nec esse in diuinis alioquin perfectissimis posset. continue igit̄ ille filij æternus & inenarrabilis

In psalmum. LXXXIII.

splendor a fonte paterno decurrens gignitur, ne quod ibi vnū vel maxime est in plura multiplicatum videatur / sitq; æterne id quod est, non aliter si licet infima cōferre summis / nos quodam tātæ incidētiae vnitatē simplicitatisq; participatu diuinos splen- dore virtutū nacti: quotidie in nouos filios gignimur: vt noui et recentes sunt semper diuini characteres diuine efficiētiae et actiones nostræ. Vt non tā effecti filij si vnā illā eternitatē respi- cimus: q̄ continue fieri dicamur. Hāc tantam perfectionē & fœ- licitatem / ista virtutū tam multiplici & diuina ambulatione con- sequuti. Propterea propheta admirabūdus in quodā loco dicit. Ambulabunt (inquit) de virtute in virtutē: videbitur deus deo- rum in Sion. Quasi in nouas & recētes virtutes / hęc semper de- ambulatio fiat. et ista vt deum videamus deambulatione con- sequamur. Deum autem videre quid aliud est q̄ dei filium esse? Et alio loco volabunt & non deficient: quod ab ista tātā in filio- os a adoptiōe null⁹ sit lapsus: nulla defectio. Isto quippe pernici- volatu in meliores & prominentiores filios euadunt. Quā diuina- nam geniturā & diuinæ gratiæ susceptiōem / adoptionē filiorū dei vocat Apostolus. Ita enim ad Ephesios ait Qui prædestina- uit nos / in adoptionem filiorum per IHESVM CHRISTVM in ipsum / secundum propositum voluntatis suæ: in laudē glo- riæ gratiæ suæ / in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redēptionem per sāguinem eius: remissionē peccato- rum secundū diuitias gratiæ eius. Et in epistola ad Romanos. Quorum adoptio est filiorū & gloria et testamentū & legislario et paulo ante. Et ipsi intra nos gemimus adoptionē filiorū dei spectātes: vt simus heredes dei coheredes autem CHRISTI. Quippe qui eius geniturę quadam secretiore imitatione / parti- cipatū geram⁹. Nō priuabit igit̄ bonis eos qui ābulant in inno- cētia: non priuabit diuinis similitudinibus / nō radijs illis diuinis et tātis simulachris / ista tātā genitura & filiatione: quā illa pul- cherrima deābulatione cōsequuntur. Nō priuabit bonis / ille qui- dē non priuabit / qui dominus virtutū est: qui non vnā virtuta- tem aut gratiam confert: sed innumerabiles est largiri paratus. Ad quē proficisci non possis: nisi ista virtutum multiplici forma insignitus. Talibus igitur non priuabis O exercituum domina- tor domine / beatus homo qui sperat in te. Non in principibus nec in filijs hominū: in quibus non est salus. Hic non sperat, in pecuniæ thesauris nec in quibuscūq; pereuntibus & corruptio- ni obnoxijis voluptatibus: sed in te qui omnis thesaurus & qui- dē cœlestis es. Tales vt thesaurifemus thesauros in cœlo nos ī

Explanatio.

158

euāgelio cōmonuisti. nō in terra: vbi erugo & tinea demolitur Conferamus omnia mūdāna illi celsæ diuinitati: quæ premium et remuneratio nostra est: corona ingens est capitis nostri: vide- bimus sane punctum in linea infinita: & omnia nichil esse du- cemus in comparatione illius qui omne (secundū quod dictum est Moyse) & infinitū bonū est. Et pulchre dicit auctore Origene Domine virtutum. Quasi illorum sit dominus qui sunt immacu- lati in via: et iuxta thema propositum / ambulant in lege domi- ni. Celsioribus atq; in alto virtutis gradu habitantibus, excel- sus dominus est. Nisi Esaias excelsus eminens atq; in meliore virtutis gradu fuisset: non dixisset. Vidi dominum super solium excelsum & eleuatum, et plena erat omnis terra maiestate eius. Obserua quo pacto (quomō ibi obseruāt eruditi) viuēte rege pec- catore non videt dominum sed post eius interitum videre mere- tur. Sic nos quādiu sumus in peccato: dominus virtutū non illu- cet nobis. Nacta virtute dominus noster præsens est. Propter quod dicit Apostolus nō regnet in corpore vestro mortale pec- catū. Et dominus. Si ego domin⁹: vbi timor meus, quasi primū adeūtib⁹ dominū: factō timore opus sit. Initiū quippe sapiētie timor domini. Hic vnus sanctus & vitæ nostræ preclare institu- tor timor si a summis ad ima progressum facias vltimus ē: con- tra vero si ab imis ad suprema contēderis: primos gradus facit. et in Esaiā recensitis alijs spiritus sancti muneribus tandē intu- lit & replebit eū spiritus timoris domini. addēs illi quod diuinū prorsus est nec parum efficaciam habet / plēitudinē. Sed psequa- mur Quæ enī participatio lucis ad tenebras: aut CHRISTI ad belial. Cœlestia terrenis haud committuntur. atq; in hunc sen- sum egregie visa est dicere illa samaritana. Nō contuntur Iudæi cum samaritanis: nec dominus virtutum cum peccatoribus vllum habet commercium. Nec virtus vicijis vlla ratione con- fertur. Expolienus veterem hominem oportet vt induamus no- uum: de quo dicit Apostolus. Renouamini spiritu mētis vestræ et induite nouū hominē qui secundum deū creatus est in iusti- tiā & sanctitate veritatis. Ille interior homo qui renouat in agni- tionem dei se cū imagine eius & .apertius ad Ephesios. Vt det vobis secūdū diuitias gloriæ suæ: corroborari per spiritū in inte- riori homine. et in epistola ad Rōanos. Cōdelector legi secūdū interiorem hominem. Adeamus igitur thronum gratiæ eius: alioquin in omnem virtutem vel tantillam impotentes: vnde deriuetur omnis virtus nobis: vnde et gratia. Atq; in eum sō- lum spectantes: omnem in ipso et virtutis et gratiæ spem re- positā habeamus. Vt tandē cōsummatī fœlices καὶ μακάροι

id est beati sumus / foelicitatē perpetuam ab ipso per ipsum atq; in ipso adepti. Spem habent / qui paucis aut nullis sunt impli-
 citi virtijs. Oculos in cœlum liberius tollunt: & dicere confiden-
 ter possunt. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorū suorū. Sicut ocu-
 li ancillę in manibus dominę suę: ita oculi nostri / ad dominum
 deum nostrum donec misereatur nostri. Et alio loco vir iustus
 in clamat. Oculi mei semper ad dominū: quoniam ipse euellet
 de laqueo pedes meos. Et. Aīa nostra sicut passer erepta est de
 laqueo venātium. Laqueus cōtritus est: & nos liberati sumus.
 Et conscius proprię fragilitatis subdit. Respice in me & misere-
 re mei: quia vnicus (et solus nullum habēs aliunde q̄ a te auxili-
 um) & pauper sum ego a iuuentute mea. Quāq̄ enim natura
 illa integra sunt: nō tamen exurgere in ęternos fontes possunt.
 Nec possum ego alibi viuere. Quoniam apud te est fons vitę.
 At vnde riuuli nisi a fonte decurrent? Vnde virtus: nisi a princi-
 pio & causa virtutis? Vnde vero splēdor: nisi a vera luce p̄deat?
 Et quantum ad rem attinet: vnde omnis veri & cōsummatio-
 nis boni spes: nisi in verissimo & consummatissimo bono collo-
 cetur? Beat⁹ igitur vir qui sperat in te. In te omne & verissimū
 bonum. In te omnis virtutis culmen & summus apex: ōnis ve-
 rę & consummatioris felicitatis fastigium / altissimū quoq; refu-
 gium nostrum. Cui cum patre & spiritu s̄cto est omnis honor
 et gloria. Gręci duobus versibus (vt hoc tantillum non omitta-
 mus) prosequuntur quę nos vno concludimus κύριος ὁ θεός
 σε τὰ ἀγαθὰ τοῖς πορευμένοις ἐν ἀκακίᾳ. κύριε. ὁ θεός
 σε τῶν δυνάμεων μακάριος ἄνθρωπος ὁ ἐλπίζων
 ἐπὶ σέ. Id est dominus nō priuabit bonis ambulantes in inno-
 centia siue in simplicitate. Domine deus virtutum siue potens-
 tiarum beatus homo speras in te. ἀκακία Innocentia vel sim-
 plicitas est. Δύναμις potentia vel virtus. Simplicitas hic lau-
 dabilis est & plurimum christianę religioni cōsentanea. Domi-
 nus in euangelio. Estote prudentes sicut serpētes & simplices
 sicut columbę. Hieronymus ex Hebręo. Domine exercituū be-
 atus homo qui cōfidit in te. Et ferme vbicūq; lxx. Δυνάμεων
 siue virtutum interpretātur. Hieronymus habet exercituum. Sa-
 baoth. Id est exercituum siue virtutum. Intelligimus dominum
 virtutū hoc loco. i. omnīū angelorū & archangelorum & tot⁹
 cœlestis exercitus dominū. Est enim rex regum & dominus do-
 minātium. De domino IHESV CHRISTO ait Apostolus ad
 Ephesios scribens. Vt sciatis quę sit spes vocationis ei⁹ et quę

diuitiæ glorię hæreditatis eius in sanctis: & quę sit supereminēs
 magnitudo virtutis eius in nos / qui credimus secundum ope-
 rationem potentię virtutis eius: quam operatus est in CHRIS-
 TIO: suscitans illum a mortuis / & constituens ad dexteram su-
 am in cœlestibus supra omnem principatum & potestatem et
 virtutem & dominationē: & omne nomen quod nominatur nō
 solum in hoc sæculo sed etiā in futuro: et omnia subiecit sub pe-
 dibus eius: et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam: quę
 est corpus ipsius & plenitudo eius: qui omnia in omnibus ad-
 impletur. Viden vt dominus exercituū est non solum cœlestis
 sed illius etiā qui adhuc hic in certamine est. Et apertius in epi-
 stola ad Colossenses. Quoniam in ipso condita sunt vniuersa
 in cœlis & in terra: visibilia & inuisibilia: siue throni siue domi-
 nationes siue principatus siue potestates. Omnia per ipsum et
 in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes: et omnia in ipso con-
 stant: & ipse est caput corporis ecclesię / qui est principium pri-
 mogenitus ex mortuis. Vt sit in omnibus ipse primatū tenens.
 Quia in ipso complacuit omnē plenitudinem inhabitare: & per
 eum recōciliari omnia in ipsum: pacificans per sanguinem cru-
 cis eius siue quę in terris siue quę in cœlis sunt. Cernis vtriusq;
 iterum exercitus dominū & deum esse. Habet suum exercitum
 et legiones ecclesię / quę propter multiplicem graduū differen-
 tiam & tam incomparabilē & mirabilem ordinem: terribilis est
 vt castrorum acies ordinata: & ob eam rem mirabilis. Ad quam
 spiritus sanctus. Quę est ista quę progreditur quasi aurora con-
 surgēs: pulchra vt luna / electa vt sol / terribilis vt castrorū acies
 ordinata? Et iterum in eodem epithalamio. Pulchra es amica
 mea suavis et decora sicut Hierusalē: terribilis vt castrorū acies
 ordinata. In numerorū volumine sancto & mystico ordine do-
 mini exercitus disponitur: quo vtriusq; ecclesię / eius nimirum
 quę cum domino regnat: et quę adhuc militat incomparabilis
 ordo significetur. Audi quid dicat scriptura. Locutus est domi-
 nus ad Moysen et Aarō dicēs. Singuli per turmas / domos atq;
 vexilla & domos cognationū suarū castrametabūtur filij Israel
 per gyrum tabernaculi fœderis. Ad oriētem Iudas figet tētoria.
 In castris filorum Rubem ad meridionalē plagā erit princeps
 Elysur. Subdit. Ad occidentalem plagam erunt castra filiorum
 Ephraim. Ad aquilonis partem castrametati sunt filij Dan. Vt
 den pulcherrimū ordinē & in quater tria per quatuor orbis par-
 tes et in sacramento supersanctę trinitatis distributum: vt per
 singulas plagas / tres tribus sint / in circuitu tabernaculi domini

In psalmum. LXXXIII.

in cōfessione supersanctæ trinitatis dimicantes. Leuitæ autem quod superioris & celsioris essent ordinis: nō sunt numerati inter filios Israel. Sic enim preceperat dñs Moyfi. Cernis vndiq; sacramenta/ Initia & sanctissimos progressus nascentis ecclesiæ: et in sacramēto superbeatæ trinitatis institutæ. Ite inquit baptisantes in nomine patris et filij & spiritus sancti. Totus hic ordo terribilis & admirabilis in circuitu domini est. Dominus quoq; in circuitu populi sui. Et in tam pulchra et admirabili dispositione & ordine cum actionibus eius hierarchicis quas vocat id est principalibus/ erit vsq; in consummationē sæculi. Hoc sanctum et salutare fœdus cū sanctissima ecclesia sua percussit/ sanxiuit/ firmavit. Ego rogauit pro te Petre vt non deficiat fides tua: tua inq; hoc est catholice & vniuersalis ecclesiæ: cui tanq; cephas et caput prees: et apertius adhuc. Ego vobiscum sum vsq; ad consummationem sæculi. Vobiscum inquit hoc est cum toto ordine vestro & tam mirifica dispositione: quæ in capite & principalibus membris omnis constat. non poterit submergi vnq; talis ordo incōparabilis aut collabi/ licet nonnunq; periclitetur: nec portæ inferi præualebūt aduersus eam. Non ciuitas diaboli ciuitatē dei vnq; euertet: sed cōtra vincietur sathanas vt in Apocalypsi quoq; scriptum est. Suscipient autem regnum (ait Daniel) facti dei altissimi et obtinebūt regnū vsq; in sæculū & sæculū sæculorū. Voluit dominus vni Petro seorsum ob principalis potestatis fulgorem auctoritatemq; hanc potestatis exuberantiam et plenitudinem committere. Quando illi dixit: pasce oues meas. voluit et cæteris apostolis & proinde vniuerso ecclesiastico ordini. quomodo in decimo octauo capite euangelij secundum Mattheum dictū a domino legitur. Amen dico vobis. Quæcūq; alligaueritis super terrā erūt ligata & in cœlo. et quæcūq; solueritis super terram: erunt soluta & in cœlo. signo maximo totius ecclesiastici ordinis auctoritatis et potestatis adusq; in consummationē sæculi futurę eiusdem perpetuitatis/ iugitatis/ pulchritudinis. Ac de his quæ ex occasione dicta sunt hæctenus.

Explanationis
octogesimi
tertij psal
mi
FINIS.

Explanatio.

160

¶ Explanatio in psalmū octogesimum quartum.

Benedixisti domine terram tuam.

¶ Titulus in finem filiorū Choræ. iuxta Hebraicum titulus habet. Victori filiorum Choræ. in græco vt in nostra editione est εἰς τὸ τέλος τοῖς υἱοῖς κορὲ id est in finem filijs Core. communes editiones cū aspiratione habent: in græco sine aspiratione Coræ obseruatur.



Requenter dictum est vbiq; titulus est filiorum Choræ nichil ibi triste obseruari. leta sūt omnia & festiua. Vt in panegyricos in cantica et epithalamia videātur huiusmodi hymeneū canentes/ soluti atq; domino intenti: in quocumque iocunda sunt omnia. Nichil aut parum malorum meminerūt. Et si quando de se forte meminerint: in suum se saluatorem in suum se omnibonum opificem referunt. se in illo penitus contemplantur: atq; illum in se veluti exemplar in deiformi imagine suscipiunt. Choræ clamās vel caluus dicitur. Clamauit dominus IHESVS voce magna cum lachrymis: & in salutem nostram pro sua reuerētia aut pietate exauditus est. quando in cruce (secundū quod dicit Lucas) clamans voce magna dixit. Pater in manus tuas cōmendo spiritum meū: & hæc dicens tricesimo psal. per soluto expirauit qui psal. iuxta lxx. pro extasi inscribitur & morientibus non parum conuenit: Matthæus et Marcus licet verba subiceant: attestant dominū IHESVM emissa voce magna expirasse. Et Apostolus. Cū clamore valido & lachrymis offerēs exauditus est pro sua reuerētia/ q; etiā pro persecutib; orauit. Pater dimitte illis: quia nesciūt quid faciūt. & q; prius sine intellectu erāt: nacti sunt suis fauorabilibus votis passione et morte intellectū. Propterea non sine ingenti mysterio vt annotāt eruditi sequitur psal. xxxi. Beati quorū remissę sunt iniquitates. Qui psal. intellectus Dauid/ prescribit. Sed satis digressum sit. Hic est caluus noster: qui de Iericho ascendit in Bethel. i. domū dei. Ita enī habet scriptura. At ille habitabat in Iericho. Et paulo post habet. Ascēdit autē Heliseus in Bethel. Cūq; ascenderet per viā pueri paruiegressi sunt de ciuitate: & illudebāt ei dicentes. Ascende calue: ascēde calue. Egressiq; sunt duo viri de saltu: et lacerauerūt ex eis quadraginta duos pueros. Iericho luna vel odor eius. Et dominus IHESVS qui primū descēdit de cœlo/ vt iterū nō sine profectu nostro ascenderet: ascendit de vtero virginis (quæ pulchra est

In psalmum LXXXIII

vt luna: & sicut luna perfecta testis in cœlo fidelis) in domū dei in ecclesiam quam sibi suo sanguine preparauit sponfam / faciens vtraq; vnum. Primum tamē synagogam quæ prius domus dei erat offendens. Egrediuntur pueri quadraginta duo: & illudunt Choræ nostro / caluo nostro qui non solū humanitatē hanc / sed improprium omne portauit / factus pro nobis maledictum: vt nos a maledicto solueret. Et quomodo illudūt? Aue rex Iudeorum: & dabant ei alapas. Si filius dei est: descendat de cruce: et credemus ei. Heliam vocat iste. Vah qui destruis templum dei: et in triduo illud reedificas. Irridetur dominus per omnia a paruulis: qui tantum domini IHESV odorem lucē & tanti testis fidelitatem ferre non poterant: et quod in virtute belzebuc eijcit dæmonia: et seducit turbā. At dominus iussit exire duos vrsos de saltu: hoc est Titum (si veterib⁹ credimus) & Vaspasianū. et interfecerunt. xliij. pueros. Pleriq; existimāt hos. xliij. pueros / duos & quadraginta esse annos / ab ascensu domini saluatoris / vsq; ad subuersionem Hierusalem. Concesso illis tanti temporis pœnitentię spatio: interea dum ascendit a mutabili & miscellaneo mundo in lucidissimam dei domum. Illi vero posthabita pœnitentia vni incumbentes infidelitati a duobus vrsis interfecti & exterminati sunt. Quadragenarius numerus: numer⁹ est in scripturis pœnitentię. Binarius vero fœminineus siue vt quidā existimant infamis numerus. Quippe qui primus ab vnitatis lapsus est: & ob eam causam supremis numinibus deum proxime contingentibus et mūdo archetypo nequaquā cōfertur. Impari diuinitati cognatiore numero / deo cōiūgimur / nequaquā pari. Imparis medieta vn⁹ & dñs optima maxima vnitatis / in medio vestrum inquit. Non potest igitur quicquid effœminatū pœnitentię annecti. virilis sit per omnia animus oportet: qui pœnitentię legibus se subdere nititur. Ex lapsu igitur duorum et quadraginta annorum pœnitentiā: quæ tota sincera vegeta & mascula est: non consequuntur. Hęc fortasse paulū a proposito digressi Hebraica interpretatio Hieronymi habet victori. Romana & Gallica in finē. Id quod dicitur. Victori / certamen canentium significat. Ego vero vt spiritalibus spiritalia comparemus / certamen non catus sed virtutis & diuini alcuius conatus esse arbitror: et illius cantus de quo dicit Apostolus. Cantates & psallentes in cordibus vestris. et nemo potest dicere dominū IHESVM nisi in spiritu sancto. Et in prima ad Corinthios orabo spiritu: orabo et mente. Vt dies diei eructet verbū & nox nocti indicet scientiam. Abyssus diuinorū sensuum abyssum meliorum inuocet. Vt

Explanatio.

161

veluti in certamine egregio quotidie viriliter & constanter / virtus superet hostem: & se Indies melior & fortior existat: & alios quoq; in hoc certamine vincere natur. quasi ascendens de virtute in virtutem. Vt brauium tandem eterne hereditatis consequatur. et dicere possit cum Apostolo. In reliquo reposita michi corona iustitię: quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex: nō solum autem michi: sed & ijs qui diligunt aduentum eius. Atq; vt ille vnus e plurima turba efficiamur: qui propositum meretur accipere premium. Multi quidem currunt: sed vnus accipit brauium. Vnus sit atq; vnitati egregie adnotus & dominum IHESVM medium habens: qui premium suscepturus est. Nō vnus e turba: sed vnus seorsum a turba. Nullis iam vitulis turbatibus agitatatus: sed bellissima virtute diuinitis quoq; insignitus armis: vt in finem tandem perueniat. Pulchre ait Hieremias. Sedebit solitarius et tacebit quia leuabit se super se. Ponet in puluere os suum: si forte sit spes. Dabit percutienti se maxillam: saturabitur opprobrijs. Quia non repellent in sempiternum dominus. Propter quod dicit in quodā loco propheta. Ecce elongauit fugiens: & mansi in solitudine. expectabam eum qui saluum me fecit: a pusillanimitate spiritus & tempestate. Ille vnus / ille solitarius qui sedet & tacet & leuat se super se: a superna simul aliqua potentia raptus / optata cōsequitur premia. Et currit in finem: in dominum IHESVM CHRISTVM qui principium est / & finis. Qui de se loquitur. Ego sum alpha & ω: principium & finis. Omnia media tali cōplexu stringens. Pulchre dixit propheta. Et cōsummationes in dextera sua vsq; in finem. Est enim manus eius in finem vsq; extenta: & brachium eius extētum. Vt omnia in finem deducat: qui est principium / medium / & finis. Brachium etiam & manus domini vt hoc interim dicamus vnigenitus dei filius / qui de substantia patris consubstantialis patri est. De quo Esaias. Brachium domini cui reuelatum est. Hoc nimirum significante spiritu sancto domini IHESV hypostasim & per se subsistentem esse / & a patre esse ὁμοουσίαν id consubstantialem (vt antea diximus) haud quidem ὁμοιοουσίαν id est similis essentia siue substantię / si doctissimo Victorino credimus. Ne forte in tanto discrimine / similitudo differentiam essentię vel substantię iudicaret. Id quod nequaquā sanctissimi patres admittebant. Aequalē gloriā predicari / recepere. Aequalis (ait Athanasius) gloria. Sed ad precedētia paulū digressi redeamus. Imitemur igitur filios Chore qui proposita vitę eterne spe: non sequuti patrem / omni tri-

In psalmum LXXXIII

stilla contempta. In diuinas laudes soluuntur. Et nos ipsi perpetuum canamus hymenem: nichil triste preterentes: sed semper de domino saluatore læti: siue prospera adsint: siue aduersa perturbent. Tali letitia insignes / viuemus adhuc in finem: qui est dominus noster IHESVS CHRISTVS / qui proposito certamine sustinuit crucem / confusione contempta. Et nos læti & gaudentes dominum audiamus. Calicem meum potestis bibere: ferre poteritis crucem meam? Subdit. Calicem quidem meum bibetis: maledicta & impropria propter me sustinentes. Tales diuini erant Apostoli gaudentes a conspectu concilii: quod digni inuenti essent pro nomine IHESV contumeliam pati. Hęc est caluities nostra. in vna tanti saluatoris imitatione optima maxima: Cresci diuitijs & Sardanapali voluptatibus preferenda. Totus hic psalmus de *παρθενία* id est omnis sancta virgine est: quę nichil unquam triste cecinit. Sed dominum magnificat & exultat spiritus eius in deo saluari suo. Quę diuino accensa feruore: ad Ignatium scribens ait. Nec te deterreat persecutionis austeritas. sed exultet spiritus tuus in deo saluari tuo. Ipsa in monte caluarie cum domino IHESV suo incomparabili filio spreta / contempta / et passa est. Quando ille tantus gladius animam eius pertransiuit. Secundum quod pre-dixerat Simeon. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Hoc preclaro & ingenti in eius animam adacto gladio: & inde eius admirando martyrio / omnium superate sanctorum martyria & passiones virorum. Nec enim decebat illam a quoque (vt facer ait Damascenus) heroum superari quę eminentius omnium ordinis & merita sanctorum vincebat. Sed nunc ad propositam psalmi seriem descendamus.

Psalmus LXXXIII

Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

Benedixisti illam terram: non vniversam / sed illam terram agrum illum plenum floribus: cui olim etiam benedixit dominus. Bendixit omni benedictione in celestibus: benedixit illam terram omnium veterum benedictione / atque alia multo plurima / & multo excellentissima *εὐλογία* id est benedictione illam benedixit: quę super omnes benedicta erat & sanctificata. Cui aliquando in typo Hester dixit. Rex regum & dominus dominantium. Quid habes Hester eleuata in populis: ego sum frater tuus / noli timere. Non enim pro-

Explanatio.

162

te: sed pro omnibus hæc lex constituta est. Et quę puero domini sui duxit respondendum: illa quidem decora nimis / virgoque pulcherrima. ALMA virgo quidē abscondita & incognita viro. Bibe domine mi: & adiecit. Quin & camelis tuis hauriam aquam: donec cuncti bibant. Quę fontibus domini reseratis mundanam sedauit sitim: diuinę gratiæ largissimas aquas aperiens effundensque. Hęc talis & tanta virgo meruit a viro & seruo domini accipere Inaures aureas / appendentes siclos duos: in vtriusque testamenti / & veteris & noui populi mysterio: & armillas totidem pondo / siclorum decem: in sancta decalogi super omnes obseruatione. Hęc vna pulcherrima virgo in lege domini meditabatur die ac nocte. Et erat tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quę fructum dedit in tempore suo. Hęc virgo pulcherrima beatissime lię fecunditatem sortita / cum illa dicit. Beatam quippe me dicent omnes mulieres. Et altius / istum prope eundem concinens hymenem / nata recentiori & melleore lyra ait. Beatam (inquit) me dicent omnes generationes. Quia fecit michi magna / qui potens est: & sanctum nomen eius. Nec bellissime Rachelis oblita typos ait. Abstulit deus opprobrium meum. Opprobrium quod olim in virginitate erat: mira illam fecunditate donas. Et sanctum parit Ioseph: parit redemptorem: parit dominum IHESVM. Si quid affirmantis benedictionis a Iacob in filios profluxit: longe altius & melius illa omnia in *παρθενία* panthagiam & penitus sanctam decurrere virginem. Nec esse potuit expers benedictionum Moyse: quę legis diuinę nichil unquam pretermisit: quin totum adimpleret. Legamus super ea re veteres. Benedicta igitur omni benedictione in celestibus. Et quicquid benedictionis fuit in alijs: totum hoc & abundantius fuit in MARIA. Et gratiam refudit CHRISTI ortus: quã prius non habuit totus mundus. Ex ipsa enim & per ipsam & in ipsa admirabilis / quadam & diuina plenitudine in eam redundante & per eam in vniversos / omnem salutem consequuti sumus. Nec potest quicquam salutaris a filio prodire: quin simul p̄deat & a matre. Hęc illa Miscol quę per clausam super sancti & virginis vteri sui portam: nostrum nobis demisit David. Sancta hæc Bersabee quę regina & mater asstitit a dextris vniuersi filii sui in celestibus / tanto altius super omnes angelorum ordines elata: quanto differentius pre illis nomen consequuta est et diuinum hereditariumque habuit. Eundem filium suum vniuersum / super sancta humanitate coronans. Id quod in epythalamio explicatum est.

Egredimini filie Sion: & videte regem Salomonem in diade-
mate suo: quo coronauit illum mater sua/ in die desponsationis
illius/ & in die letitie cordis eius. Quo videlicet die hanc diui-
nam assumpsit humanitatē. Benedicta illa terra que dedit fru-
ctum suum, de qua dictum est. Et terra nostra dabit fructum su-
um. Et cui omnis terrę nomine dictum est. Iubilate deo omnis
terra: seruite domino in letitia. Hęc summa omnis terrę est:
que sanctissima parēs omnium est: per quam omnis terra in sa-
lutem fuit sanctificata. Hęc vna/ misericordiam/ liberalitatem/
munificentiam/ intulit mundo. Quibus terra fœcundata: vbe-
riores fruges protulit. Hęc terra benedictionē pacis & incōpa-
rabilis concordie dedit: quando in vnam monarchiam omnis
mundana obedientia redacta est: signo maximo illius celestis
pacis & fauoris: vbi nichil repugnans nichil nō penitus fauo-
rabile est. Et de aduentu domini saluatoris proprie secundum
historiā intelligitur: quando idololatria & demonum spurcitia
olim terra plena/ nunc tāti seruatoris aduentu sanctificata est.
Fuerunt olim plures seruatores: sed vnus dominus IHESVS
optimus maximus seruator est: qui plenissimam lucem dedit
mundo. Et legem gratie dedit: quam prius non recognoue-
rant quicumq; sancti: quam prius non habebat totus mundus.
Secundum tropologiam/ quęcunq; anima fidelis ad dominum
ait. Domine IHESV benedixisti terram tuam/ benedixisti has
animas quę terra tua sunt/ sed viuens terra: et tu illarum opti-
mus maximus agricola. Et quę prius tribulos & spinas germi-
nabant: nunc in optimam frugem exurgunt. Et ideo hoc diui-
niore partu fœcundę sūt: vt tanq̄ apostolica mulier saluetur sed
quasi per filiorum generationem. Filiorum quidem spirituali-
um. Hieronymus habet. Placatus es dñe terrę tuę: quā preter
uasti in eodem conceptus instanti & sanctificasti. Non poterat
tuam incurrere iram: cui placatus eras. Quam (omnem hono-
rem matri reddens) mire prelegisti/ ante omnem creaturam.
que esset mater & virgo. Virgo benedicta super omnes foeminas
Virgo singularis cui nō esset in terris equalis: nec vlla illi crea-
tura in cœlis cōferenda. Porta orientis clausa/ vnde sol lucidissi-
mus iustitie nobis exortus est/ per quam solus dominus in-
gressus est nemini secundo patefacto aditu. Hęc est illa virga
Aaron/ in qua nichil vnq̄ corruptionis admissum. Arca eleuata
in sublime super omnes aquas. Arca de lignis sethim diui-
nam integritatem/ & corruptionem nullam prætentibus.

Interius exteriusq; deaurata sed auro diuini incendij & sancto
ris inflammationis purissimo. In qua cœleste māna p̄cipua ratio-
ne cōclusum. Hęc illud tam mystica ratione & diuina arte fa-
brefactum p̄piciatoriū: quo diuinis rationibus/ diue illi-
ri atq; vnitati admoueremur. Hoc est illud liliū inter feminas: li-
lium omni odore suauissimū/ omni pulchritudine & forma infu-
gnitum: quod singulari ratione vestiuit pater cœlestis. Rosa est
sine spina/ & φωσφόρος phosphorus. i. lucifer ille quidē exo-
riens siue stella matutina & maris mūdani stella. Altera nobis
elice & pulcherrīa cynosura ad quā siue Gręci siue Sidonij spe-
tātes/ imo vero oēs/ hoc mare mundanū fœliciter nauigare pos-
sint: & i portū deduci æternę salutis. Vt pulchre cecinit quidā.
Tu nobis elice nobis cynosura/ per altum
Te duce vela damus portus habitura secundos.
Tu mare tu terras tu sydera cuncta deumq;
Conciliās: tu tuta salus tu pacis origo.
Tu commune bonum: generis tu gloria nostri.
Nichil vnq̄ in quoq; lucis fuit: quod nō totum splenderet in vir-
gine gloriosa. Hęc nullis vnq̄ tentamētis diabolicis subcubuit
imo victrix egregia omnes illius superauit insidias & plusq̄ mil-
le nocendi modos. Hęc illud domini templū in cuius structu-
ra nichil vnq̄ strepitus auditū est. siquidem omnia ferme diuina
cœlestia & diuinis manibus plasmata in ea spectabant. Domus
(ait scriptura) cum edificaretur de lapidibus dolatis atq; perfe-
ctis edificata est. Et malleus & securis & omne ferramentū nō
sunt audita in domo cū edificaretur. Et subdit. Et edificauit do-
mum & consumauit eā. Quid enim nō perfectū/ nō absolutum
poterat esse in domini matris/ in qua nichil humani cōciliij vnq̄
auditum est. & q̄ natura inferior erat angelis: facta est diuina/
larga copia exundante/ gratia/ superior: in illa fœlici terra viuē-
tium/ post mundanū excessum super choros omnium angelorum
exaltata. Tāto angelis superior: q̄to pre illis differētius nomē
hereditauit siue tanq̄ hereditarium accepit. nec vnū vincens
modo sed omnes virtute & gratia superans. Et si forte supre-
mus/ omnes virtute & gloria superat inferiores angelos: lon-
ge id magis in omni sancta virgine euenit/ que iure illo mater
no in infinitum omnia superat merita sanctorum. Omnes ec-
clesie vt cunq; maximos gradus eadem continet. Quam in suo
olim ascensu miratus spiritus sanctus hoc est omnes de suo ascē-
su in admirationem trahens dicebat. Que est ista que progre-
ditur quasi aurora cōsurgens: pulchra vt luna: electa vt sol: ter

In psalmum LXXXIII

ribilis vt castrorū acies ordinata. Terrorē tanta virgo & stuporē
 rem inferebat: quę circūuallata erat omnium virturū & gratiarū
 agminibus & sanctorum omnium circundata choris. Vt quę
 quid in illa cerneret totum veritas / totum puritas & gratia es-
 set. Nec dubitauerim in superna illa cœli curia / omnes in incō-
 parabilis virginis pulchritudinē intentos / illos tum suspexisse
 raros & antea incognitos spiritus sancti fauores: illos etiā radi-
 os a vultu micantes virgineo simul & materno / illud reuerēdū
 et prorsus admirabile in ea stupētes mysterium. Mirabatur eti-
 am olim angelus qualis & quanta erat quam salutabat. *θαυ-
 μαστον* id est admirabile prorsus illud salutationis genus /
 quod sibi in virginem e republica exequēdum erat. Quid plu-
 ra? Quicquid posset humanis predicari p̄conis: minus est a lau-
 de illius intemeratę & beatę semper virginis quę (vt sacer ait
 Hieronymus) dedit cœlis gloriam / terris deum: pacēq; refudit:
 fidem gentibus: finem vitis & vitę ordinem: moribus discipli-
 nam. Quę vna fuit omnium sanctorum institutio. Nec mirum
 quum altius omnibus edocta esset spiritus sancti mysteria. Et
 sublimius instructa / plenius hauserat e fontib; saluatoris / atq;
 in alios tātę gratię & illuminationis flumina exūdātius deriuab-
 bat: vt post dominum IHESVM ultramundanū & cœlestem
 magistrum / etiam matrem domini tātis p̄fectam magisteris
 recognoscerent. vt re & nomine superiores ecclesię gradus vi-
 dere cōsequuta: diuinę theurgię & illuminationis vnica prin-
 cept & domina: regina & mater misericordię / nedum omnium
 virtutum / vnica incōparabilis / totius apostolici senatus singu-
 larisq; edocrix & admiranda diuini magisterii forma. Vix antea
 fructus spiritus sub nubecula atq; peregrina specie prominebāt:
 nunc ipsa domini matre fructum vitę & omnis benedictionis
 proferente: ceteri omnes fructus prodire. Vt non tam facies
 eorum cernere daretur: q̄ ipsos fructus. Olim adumbratā quan-
 dam domini effigiem videre videbatur typis / imaginibus &
 vmbis & tali sub tegmine velatam: nunc per virginem mun-
 do / domino exoriente: maiora & potiora videmus symbola: &
 pene ipsos eiusdem domini obtutus contemplamur. Olim sub
 vmbra: nunc in candidissima veritate. & hoc est quod per Io-
 annem in euangelio dicitur. Et lux in tenebris lucet: & tene-
 brę eam non comprehendunt. Erat lux vera quę illuminat
 omnem hominem vententem in hunc mundum. Vide quo pa-
 do propter tantam virginem / sub diuo & luce agimus: qui
 olim / magallibus / tabernaculis & densissimis noctis tenebris: &

Explanatio.

164

vix aliquando sub tenuissima quadam tantę lucis vmbra / age-
 bamus. Propter qđ dicit. Habitantibus in regione vmbre mor-
 tis lux orta est eis. Et qui in multitudine & quadā velamento-
 rum confusa imagine / tum agebant: vix dicere poterant. Sub
 vmbra illius quem desiderabam sedi: & fructus eius dulcis gut-
 turi meo. Est (si veteribus credimus) virtus: sunt & virtutis plu-
 rimę facies. Est dominus: sunt domini facies in sanctis depictę
 scripturis. Hac vna virgine sua munera p̄bente mundo: ip-
 sum exaltatum & eleuatum: nedum illius facies aut splendores
 videmus: iam sã in sublimibus beata quadam & immortalis fœ-
 licitate cū illo agentes. Et tum dicere possumus cū propheta.
 Vidi dominū super solum excelsum & eleuatum: & plena erat
 omnis terra a maiestate eius. Si terra ipso domino plena: quo-
 modo qui celsiores terra sunt / ipsum dominum atq; eius mir-
 rabilia magna non videbunt? Et qui olim loquebatur in pro-
 phetis: nouissime loquutus est nobis in filio suo / quem consti-
 tuit heredem vniuersorum: per quem fecit & sæcula. Et nos
 tantum audientes p̄ceptorem / in deos pene cœlesti & admi-
 rando participatum sumus assumpti: & verius q̄ olim de nobis
 dictum est. Ego dixi dii estis: & filii excelsi omnes. &. Deus de-
 orum dominus loquutus est. quasi deos faciens / deum deorum
 se predicet. Nec iniuria quidem cum rex regum sit: & dominus
 dominantium. Non eorum modo regum / qui terre dominan-
 tur: sed de his intelligat quos ipse in reges & dominantes ascit-
 ult: pontificum quoq; optimus maximus p̄tiffex est. Qui quos
 non dignos inuenit: ipse facit. Quid igitur non grande non to-
 tum sublime per hanc virginem nobis concessum non est? Et
 quod vsus nesciuit / ignorauit ratio / mens non capit humana /
 pauet cœlum / stupet terra / omnis etiam creatura miratur: hoc
 totum est (vt dicitur ait Hieronymus) quod per virginem no-
 bis promittitur & fideliter exhibetur. Vt ab ipsa veluti sol
 de thalamo suo prodire dominus: dum ipse talis et tan-
 tus conuerteret captiuitatem Sion: hac panthagia id est om-
 nis sancta terra primum benedicta: & nobis omnibus in illa / facti
 sumus sicut cōsolati: maiorē adhuc et perfectiorem consolatio-
 nem spectantes. quando reuelata facie dominum cōtuebimur
 et sublimiore ratione introducemus in cubiculū nostrū. *τεπρ-
 υῆσ ὁ Δηπυόσιο θυω Δεοσ*. i. vt sacer ait Nazāzenus. iucun-
 dū / bñ spiratū / odoratū. Et redissime p̄pheta dñm conuersum
 intelligens: sentiens quoq; tantam odoris eius fragrantia ait. Be-
 x. liij.

nedixisti domine terram tuam. Et statim fructum eius tantæ benedictionis subnectit. Auertisti captiuitatē Iacob. Gētes omnes et ex Iudæis multiplices futuros Iacob. i. diaboli supplātatores qui sub vinculis diaboli innexi erant/ soluisti: educens vinctos de lacu: in quo nō est aqua: in quo nō erat fluminis impetus/ aut diuinæ gratiæ vndæ: quæ letificant ciuitatem dei. Hac igitur absterfa omnium (quibus portæ cœli clausæ erant) seruitute libertas reddita est. Portæ cœli/ portæ iustitiæ & omnis misericordiæ patefactæ sunt. Et hoc est quod dicit. Auertisti captiuitatē Iacob. Et quis erat Iacob: nisi qui vere auxiliante dño supplātat non tam fratrem q̄ ipsum (cuius Esau/ frater Iacob typum gessit) diabolū. Nos igitur in quos fines sæculorū deuenerūt: si quidē iusti/ si sancti: vere sumus ille Iacob: in quem progenitura sancti sacerdotij/ & tante hæreditatis iura venere. Vt simus conformes imaginis filij dei/ æternę felicitatis herædes: herædes quidē dei: cohæredes autē CHRISTI. Et iuges hostias in vno cordis nostri altari iugiter etiam immolemus: et sacra continenter faciamus: sacrificium diuinæ laudis offerentes/ & sacrificium labiorum confitentium nominij eius. Auersa igitur in maledictum omnis ista captiuitas: vt sibi tantū (nobis omnibus de laqueo venantium ereptis: qua libertate sumus a CHRISTO donati) maneat innexus. Quidam Iacob quoscūq; in peccatis agentes interpretāt. Sed verius instar Iacob quoscūq; supplātatores sūt & in illius typo/ qui prius erāt diuinæ hereditatis exortes: hac tanta supplantatione sint illius facti participes. Vt ab eo quod sanctius et melius est/ nuncupationē sortiantur. Vt Iacob non quicūq; peccator: sed quicūq; post peccatum supplantator intelligatur. Frequēter tamen in scripturis ante actæ vitæ aut qualitatis manet nūcupatio: id quod in Matthæo et Symone leproso exemplo quoq; compertū est. In græco ἐὺδοκῆσας κύριε τῆς γῆς σου id est complaculisti/ accepisti/ bonam voluntatē habuisti/ probasti domine terram tuam/ hæc omnia ἐὺδοκέω unde ἐὺδοκῆσας significat: & magis cum interpretatione Hieronymi cōuenit. ἐὺδοκέα etiam idē qđ voluntas: & bona voluntas. Nemo est qui magis placari possit: q̄ qui ipsa eudocia/ hoc est voluntas/ & bona voluntas est: quam omnē bonam voluntatem in vnam immisit dilectam matrem suam/ quæ & idida domini: nobis vero superueneranda et superexaltanda semper est: in illa vna sibi complacuit dominus. Et quomodo in filio pater sibi bene complacuit: haud aliter vnigenitus dei filius in vna superuenerāda matre sua/ sibi bene cōplacebat. quā vt ab omni origi-

nali/ mortali/ actuali/ veniali immunis esset: sibi præseruauerat. & ipsa tota trinitas illam elegerat & præelegerat ante mundi constitutionem: quæ mater dñi & dei nostri esset. Vnigenitus/ verbū æternū/ deus & homo ad patrē ait. Dñe probasti me & cognouisti me: ipsa quadam admirabili illius imitatione ἐὺδοκῆσας κύριε τῆς γῆς σου id est. Probasti dñe terrā tuā. Ita enim. lxx. spiritu sancto instituti hæc verba adaptabant: diuinis eloquijs si sancto martyri Iustino credimus/ diuinam interpretationem accommodantes. Quo in plerisq; / illius super sanctæ dei matris ad vnigenitum filium suum dominū IHESVM eius quoq; admiranda sacramenta: ineffabilis & incōparabilis quædam imitatio obseruetur. cui vnigenito dei filio oīs honor et gloria suæ quoq; superuenerāda παρθένου μητρος .i. virginis matris decori/ optima maxima benedictio καὶ ἐὺδοκία id est dei volūtas/ omnis quoq; dei susceptio/ & inenarrabilis gratulatio Amen.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

Qui maxime munificus & liberalis est: facile donat. qui vero clemens et pius omnē iniuriā & offēsam facile remittit/ nichil magis ducēs: q̄ tantæ benignitatis & vt ita dicā indulgētiæ/ alios experiri posse effectus. Et tanta illius futuræ efficientiæ volūtas et conatus est: vt facile iuxta sacrorum regulas/ in preteritum trāseat. Remisisti igit iniquitatē plebis tuæ. Nec enī nō potest humiliter poscētibus nō liberaliter largiri: qui infinita munificētia et liberalitas est. Vt ipsa quoq; lux si aliqua forte immēsa est nō lucere nō potest. Bonitatis/ diuina quædā est communicatio illi ppria & maxie peculiaris munificētia & largitio. Et clemētię & peculiaris/ liberalitatis est libētius donare: q̄ vnq̄ efflagitare. se per omnē benignitatē & animi placabilitatē dedere et facile cūcta remittere. At vbi benignitas clemētia liberalitas/ nisi in campis elysijs atq; in regione viuentium/ in campis illis celestibus atq; in terra quam benedixit dominus longe illa felliciori/ de qua dicit illustris poeta. Deuenerē locos lætos: & amēna vireta. Fortunatorum nemorum: sedesq; beatas. Largior hinc campos ether: et lumine vestit purpureo: solēq; suū sua sydera norunt. Vbi vero maior felicitas q̄ in dño IHESV: qui suapte entelechia & essentia omnis et perfecta est clementia, omnis gratitudo/ omnis placabilitas/ Et nichil dignum magis ducit: q̄ omni in omnes & præcipue in eos qui suppliciter petunt pietate vti. Agit præcipue secundum eam virtutem: quæ etiam potissima &

In psalmum LXXXIII

optima habetur. At melius quid pietate dabis? Ab illa omnia dominus laus est. Vide si est ut Moyses fidelis domini seruo ab alia illius virtute aut proprietate magis laudet: qui omni laude & veneratione plusquam dignus est. Ipse solus remittit: nemine alio potestatem remissionis habente. Sua misericordia quae infinita & immensa est: illum praecipue ad remittendum cogit: non merita utcumque maxima. Finitiora quippe sunt: nec infinitam potestatem attingere aut mouere vlla possunt ratione. A virtute maiore aut aequali virtus maior moueatur oportet. ergo ab infinita infinitior tantum mouebitur. Suapte voluntate igitur agit omnia: suapte misericordia & iustitia. An non habet (ait Apostolus) potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem aliud vero in contumeliam. Subdit. Ut ostenderet diuitias gloriae in vasa misericordiae quae praeparauit in gloriam. Quos et vocauit non solum ex Iudaeis sed etiam ex gentibus. & post multa. Nam idem dominus omnium: diues in omnes qui inuocant illum. Non igitur ex meritis quae fecimus nos: sed per misericordiam suam saluos nos fecit. plena quippe ea miseratio est: quam a plena prodit liberalitate. Existimant legitime eam gratiam vberiore esse: quae suo pro arbitrio: siue (ut aiunt) proprio motu. Vbi vero maior liberalitas indulgentia placabilitas misericordia & in omnem miserationem proptitudo: quam in ipso omnis misericordiae & talium id genus vberissimo fonte & imensa efficacia & energia. Quae sua natura nichil aliunde desumens: illa omnia est. Et aduerte hanc Δύναμις id est potentiam virtutem & voluntatem: causam esse omnium. Existimant Theologi non idcirco dominum actiones nostras suscipere: quia bonae sunt: sed e contrario ideo bonas esse: quia acceptae. Et de malis actionibus simili quoque exemplo dicendum. Ipsas quidem non reprobantur aut puniri: quia male: sed ideo malas: quia reprobatae et non susceptae a diuina clementia sunt. Igitur quae bona aut mala sunt: ab ipso olim omnia: siue lege naturae: siue decretis a Moyse: et longe clarissime a IHESV praestitutis sancita fuere. Propter quod dicebat Propheta. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. cum proxime quaesisset. Domine quis ostendit nobis bona. Et obserua non ex rerum natura aut conditione ista censerit: sed ex lumine diuino: quae lex dei est. Possent ista plerisque comprobantur rationibus: satis ad praesens sufficere: nichil magis ab illius pendere arbitrio: quam quod ab eius tantum dispositione decretum est. Et vide ut primum mundo exortus est dominus: omnibus tamen peccata donari. Non enim dixit. Remisisti

Explanatio.

166

iniquitatem seruo tuo: aut obseruantibus mandata tua siue te sequentibus: sed plebi tuae. Quasi omnibus totius exundantis gratiae munera sit largitus. Vt id contulerit CHRISTI ortus: quod prius non habuit totus mundus. Decebat enim maximo effectu: munus etiam ingentis liberalitatis conferri. At nulla maior aut potior gratia: quam in peccatorum remissione. Beati (ait) quorum remissa sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus. Inde omnem beatitatem sortimur: vnde et peccata donantur. et non imputari peccata foelicissimum: quando sine peccatis diutius agere non possumus. Si dixerimus (ait maximus ille Theologus Ioannes) quod peccatum non habemus (ipsi nos seducimur: & veritas in nobis non est. Si dixerimus quoniam non peccauimus: mendacem facimus eum: & verbum eius non est in nobis. dominus IHESVS in hac tanta munificentia et liberalitate filium principis aut cuiuspiam magni regis egit. Cuius aduentu exoluuntur vincit: dum illis plena remissio fit. Quae si mortalium beneficentia donantur: quid immortalis non aget pietas: non aget illa incomparabilis & plurimum reuerenda potestas? Remisisti igitur tua immensa pietate iniquitatem plebis tuae: operuisti omnia peccata eorum. Vt lucis exortu tenebrae fugantur: non aliter iustitia exoriente: abijt iniquitas. Atque in hunc modum de omnibus dicas inter se oppositis: ut vniuscuiusvis accessu: alterum repellatur: & ob eam causam consequenter dicit. Operuisti omnia peccata eorum. Plurimam vicinitatem habent inter se: sensus tropologicus: hystoricus: & is quem allegoricum vocant. Et ne explanationem separare videamur: dicemus mixtim de utroque. Operuisti inquit omnia peccata eorum. Velamen induxisti super omnem hominem: velamen quidem hoc est CHRISTVM dominum IHESVM illamque carne purissimam qua omnia passim obteguntur peccata. Pulchre ad Hebraeos Apostolus. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi: quam initiavit nobis viam nouam & viuentem per velamen. i. carne suam & sacerdotem magnum super domum dei: accedamus cum vero corde in plenitudine fidei: aspersi corda a conscientia mala et abluti corpus aqua munda: teneamus spem nostrae fidei indeclinabilem. Fidelis enim est: qui repromisit. Hoc tanto velamine domini IHESV sublatum est velamen veteris legis de quo in secunda ad Corinthios ait. Vt in hoc diernum diem id ipsum velamen in lectione veteris testamen-

In psalmum LXXXIII

ti manet nō reuelatum: quod in CHRISTO euacuatur. Sed vsq; in hodiernum diem cū legitur Moyses velamen positū est super cor eorum: cū autem cōuersus fuerit ad deū auferetur velamen. Dominus autē spiritus est. vbi autem spiritus domini: ibi libertas. Nos vero omnes reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginē transformamur a claritate in claritatem tanq̄ a domini spū. Tollitur velamen/ domini IHESV velamine. tollit̄ vmbra vetus/ recentiori/ domini IHESV vmbra. De qua dictū est. Sub vmbra illius viuemus in gentibus. Et. Sub vmbra illius quē desiderabam sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Caro omnis vtcūq; maculata/ illa purissima domini IHESV/ vt fulgenti & candido velamēto/ obtegitur carne. Anima vero omnis/ illa candida & resurgenti anima. Vitiū omne/ ipsa virtute. Est enim dominus pro omni virtute. q̄ virtus admirabilis nō tam operuit q̄ penitus deleuit peccata nostra. Verit̄ illo sese applicante in candida nigrū. Si fuerint (ait) peccata tua vt cocci nū: quasi nix dealbabunt. Omnis iniustitia iniquitas/ scelus/ iustitiæ aduentu dispereunt. Et hoc est quod dicit. Sub vmbra alarum tuarū protege nos. Alē domini iustitia/ prudentia/ temperantia/ fortitudo/ liberalitas/ misericordia/ pietas & alia id genus. Hac pulchre vmbra/ quando secedentibus vicij/ virtutē domini IHESV induimus/ circumtegitur. Et beatitum efficiuntur: quando illius oblectu/ teguntur peccata nostra. Beati (ait vtriusq;) quorū remissę sūt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata: tecta quidē cōtrarijs virtutibus. At quo magis tegimur q̄ domino: qui venit saluare quod perierat. Vis maius / meliusve operimentum: accipe illam quę in illo omnis est diuinitatē: qua p̄sente vitia consistere nequeunt: cuius oblectu contraria omnia veluti lignū/ scenum/ stipula p̄sente igne illoq; citissime exurent vanescunt. Vt magis pereant q̄ operiantur. Sic vero operiuntur: vt nullo pacto consistant. Sed quando operuit omnia peccata eorū: num dicta circuncisione per Abraham: aut lata lege per Moysen? At iuxta Apostolū orta lege: peccatum quoq; ortum est. Cum enim (inquit) essemus in carne passiones peccatorū quę per legem erant/ operabātur in mēbris nostris vt fructificarent morti. Et iterū. sed peccatum nō cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret. Nō cōcupisces. Et apertius ait. Sine lege enim peccatū mortuū erat. Ego autē vivebam sine lege aliquādo. Sed cum venisset mandatum peccatum reuixit: ego autem mortuus sum: et inuentum est michi mādatum quod erat ad vitam: hoc

Explanatio.

167

esse ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me: & per illud occidit. Quo pacto igitur lege quę tam mortifera vel ex occasione videbatur: operientur peccata? Quando lex michi iuxta Apostolum occasio peccati et mortis est. At peccata gratia operiti: & nos incredibili libertate donari: post multa ostēdit. Infelix inquit ego homo quis me liberabit a corpore mortis huius? gratia dei p̄ IHESVM Christum dominum nostrum. Nichil ergo nūc dānationis est his qui sunt in CHRISTO IHESV Qui non secundum carnem ambulāt. Lex enim spiritus vitæ in Christo IHESV/ liberavit me a lege peccati & mortis. Et adhuc apertius istud idem ostēdēs/ inquit. Nam quod impossibile erat legi/ in quo infirmabatur per carnem/ deus filium suum mittens: in similitudinē carnis peccati: et de peccato dānavit peccatū. Propter quod nos mortificatos esse legi docet Apostolus. Itaq; fratres mei (ait) & vos mortificati estis legi per corpus CHRISTI: vt sitis alterius/ qui ex mortuis resurrexit: vt fructificetis deo. Hoc est quod in libro pastoris dicitur. Nos viuere deo. Sed maius aliquid dicit Apostolus. Non solum nos viuere deo sed fructificare: nō esse solum nobis prodificantes (ita enim loquūtur) sed etiam alijs. Id quod alio loco dicit. Vt multos inquit lucrifaciam. Sed quod maius operimentum virtutis est: q̄ simili operimento alios donare/ lucem inferre/ peccata penitus proscribere/ lumina de tanta luce prodire/ tantos vndiq; fulgores sed diuinos sed vltimūdanos micare. Vt luceat inquit lux vestra coram hominibus: & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Et vident vt quadam æqualitate eos donat. Ascendo inquit ad patrem meum & patrem vestrum: deum meum & deum vestrum. Atq; vt ipse aurum probatum est: & nos aurum probatū efficiamur. Et vt ipse virtus/ et nos quoquo pacto virtus secunda/ aut tantæ virtutis egregium simulachrum. Et pro omni dedecore quod olim nacti eramus siue (vt aiunt) cōtraxeramus/ induamus virtutem ex alto. In meliores desumpti honores: quæ omnia ad motionem in dominum IHESVM nāscimur. cui est honor omnis/ & imperiū/ claritas et benedictio. Apostolus se nequaquā audebat ex meritis liberationem consequutum affirmare: sed in gratiam cuncta refererebat dicēs. Gratia dei sum id quod sum. Et iterum. Itaq; non sumus ancillæ filij sed liberæ: qua libertate Christus nos liberavit. Et iterum. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per IHESVM Christū. De qua gratia ventura pro omni viciorum operimēto dicebat aliquando Pro

In psalmum LXXXIII

pheta. Gratiam & gloriam dabit dominus. Et hoc est indumentum salutis & stola iustitiæ: de qua meminit sapiens quidam. Est enim nobis dominus Ihesus pro omni salute & iustitia: quæ diuinius cum misericordia coniurat. Quia non ex meritis quæ fecimus nos: sed per misericordiam suam saluos nos fecit. In quo lucidissimo misericordiae matutino Interfecti sunt omnes peccatores terræ. De qua et alio loco dicit vir sanctus. Et repleti sumus mane misericordia tua: exultauimus & delectati sumus: nos quidem in misericordia sua. Quod pulcherrimum omnium victorum sit operimentum misericordia. Et obserua quoquo pacto sub pennis solis iustitiæ/sanitas est. Alibi seorsum a tanto & tam fauorabili sole/languor & tabes: alibi luctus & vltices posuere cubilia cure. Pallētesq; (vt ait illustris poeta) habitāt morbi: tristisq; senectus: et metus & maleuada fames: & turpis egestas. Terribiles vlti formæ letumq; laborq;. Tū consanguineus leti sopor: & mala mentis Gaudia mortiferūq; aduerso in limine bellum. ferreiq; eumenidum thalami: & discordia demēs Vipereū crinem vittis innexa cruentis. Ipse vero dominus rex noster & tantus legifer noster nobis exoritur sol iustitiæ & sanitas sub pennis eius. Si sanitas sub pennis eius: quomodo lux non erit sub tāta luce? Quo pacto veritas non erit/sub tantę veritatis vmbra? Quę non tam vmbra: q̄ lux est purissima & fulgentissima. Lux in lucem omnes educens colores / eosq; cāndidos / purpureos et fulgentes. Et si sub tantis illis pennis lux est: quin ardor etiam sub tanto feruore etiam erit: ardor quidem amoris/ingentis dilectionis & charitatis? Nū etiam ibi ille ignis erit quem venit dominus mittere super terram. sed quid volo (iquit) nisi vt ardeat in pectoribus videlicet hominum: & estuantes illos faciat: et in superna tabernacula/suspirantes animas: lætumq; choro pæana canētes: nimio haud dubie incēsas ardore animas. Vt totæ sint flamma: totæ ignis: sed ardens nimium ignis. Quin igitur nos concinentes simul dicimus. Operuisti omnia peccata nostra. Et cum ecclesia pro subditis. Operuisti omnia peccata eorū tu susperfacte & bñdicte. cui sit oīs honor & gloria. Pro eo quod dicim⁹. Remisisti iniquitatem: in græco est ἀφῆκας τὰς ἀνομίας. id est dimisisti iniquitates siue scelera. vtrumq; enim ἀνομία significat. ἀφίεω vero dimitto. nostri interpretati sunt remitto: sed in sensu nulla differentia est. Hieronymus ex hebræo. Dimisisti iniquitatem populo tuo: operuisti omnes iniquitates eorum. Remittere enim nōnūq; dimittere est. vt hoc

Explanatio.

168

loco. & dimittere. cassare/delere siue donare. vt in Matthæo. Serue nāq; omne debitum dimissi tibi. λαός plebem & populum significat sed ista minora sunt q̄ vt annotatione indigeāt: nunc ad reliqua progrediamur.

Mitigasti omnē iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.

¶ Non relaxasti habenas/dignæ vindictæ tuæ in peccatores. At tenuisti vlticem manum tuam: & cohibuisti arcum tuum et sagittas tuas/quas acutas cōmemorat alibi Propheta. Sagittę tuæ acutę: populi sub te cadēt/ i corda inimicorū regis. Auertisti ab ira indignationis tuæ. Pro facie irę vltionis & vindictę induisti vultum & decorem misericordię. Vt qui olim a nobis auersus eras: sis penitus in nos conuersus. Auersus ab ira & in misericordiam & placabilitatē cōuersus: æquanimis nobis factus/ qui merebatur indignationem. Et pro multiplici olim & pœnali si dicere auserim vultu: vnum indutus misericordię & saluificantis gratię vultum. Vt magno impēdio cum propheta clamemus. Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. Ostēde nobis illos misericordię & tanti amoris placabiles & æquanimis vultus/ siue simplicem vnum atq; vniformem vultum: olim eūdem indignabundum vultum conuersum in iram/nunc penitus ab ira auersum. Vt idem sit sed mirabili quadam ratione auersus qui & conuersus. Multimodus qui et maxime vnus. Idem iustus (contra Martionem et Valentinum) deus & dominus bonusq;. Idem legis dominus vt hoc interim dicamus & euāgellj. Id quod Apostolus Iudas præclare explicat IHESVS inquit populum ex Aegypto saluans/ secundo eos qui non crediderunt perdidit. & Paulus. Neq; tenemus CHRISTVM: sicut quidam eorum tentauerunt. Et alio loco. Qui elegit nos ante mundi constitutionem in ipso. Profecto vt sacer ait Hieronymus. Quicquid deus fecit ab initio CHRISTVS fecit per vnitatem sacramēti. Petrus quoq;. Nos per gratiam domini nostri IHESV CHRISTI credimus saluari: quemadmodum & illi. Nāq; illos dominus solus ducebat et non erat cum eo deus alienus. Nam & legifer olim predicabatur: et nūc verus legifer apparuit: atq; cū tota et veteri et noua lege sed spiritali/mundo exortus est. Sed de his hactenus.

In psalmum LXXXIII

appetitus olim tibi plurimus erat vindictæ: cui summus nunc
 misericordię ardor inest. Habuit dominus rompheam olim acu-
 tam: nunc cum pulcherrimis & foelicibus misericordię ramis in
 omnem progreditur locum. Ramum vt candidissima columba
 in arcam suam infert: quæ arca sumus nos si per patientiam et
 expectationem misericordiam consequamur. Reassumet quan-
 doq; rompheam suam acutissimam: in quo habitu eum descri-
 bit Ioannes in Apocalypsi. Et de ore inquit eius gladius vtraq;
 parte acutus exibat. At non ita/non tam seuerē aut cum gladio
 nobiscū agit: mitiora foelicioraq; sunt tēpora nostra. vinctus est
 sathanas ille tētator. Si incesseritis (ait) mecū pueri: & ego vo-
 biscū peruersus incedā. At propter dñm Ihesum qui omnis est
 cōuersio & foelicitas/haudquaq; aduerse nos respicit: sed peni-
 tus conuersus in nos est. Et quia cōuersus nos cōuersos reddit.
 Nisi sol lucidissimus nos suis cietet radijs: nequaq; in ipsum cō-
 uerteremur: ad illam suspiciendam lucem: quæ tota candidissi-
 ma est. At quæ candidior lux/ipsa spiritali luce: quæ longe me-
 lioris est efficacix/multo celsioris ad agēdum potestatis/q; quæ
 cūq; corporalis: vt spiritalia/quæcūq; vi corporalia superant:
 idq; præcipue si infinita sint. Hanc igitur domini in nos conuer-
 sionem vir iustus postulat: cum consequentia dicit. In græcis
 exemplaribus κατέπαυσας πᾶσαν τὴν ὀργήσου ἀπέ-
 σπρεψας ἀπὸ ὀργῆς θυμῶσου. πᾶυομαι meson verbum
 quiesco cesso πᾶυω sedo vtrūq; tamen genitiuo iungitur. nisi
 propter præpositionem κατὰ accusatiuo. propterea nostri in-
 terpretati sūt mitigasti quod etiā πᾶυω significat. sedare enim
 placare. lenire/tranquillare/& quasi sanum dare est: hoc est ab
 ira & furore ad lenitatem animi reuocare. hinc sædatus/placē-
 dus (vt eruditi existimant) & lenis. et mitigare placare mulcere
 et quasi mitē agere. θυμός vero: qđ indignationē interpretāt:
 græce sonat animum/furorem/iram/desiderium. Animus licet
 mens sit: quā (perspecta rationis differentia) diuiniorem anima
 eruditissimi existimant: tamen & animū & animam p ira dicūt.
 Et rectissime nostri illum dei animū indignationem interpretati
 sunt. Indignatio enim apud authores virtus est. omnis vero ira/
 furor/desiderium/siue illa quam vocant animositas/summa in
 deo tranquillitas/& virtus: immo ipse deus omnibonus/maxime
 simplex/maxime vnus sunt. & ira & furor & indignatio/summā
 quādam energiā vim & efficaciam in deo designāt. Cui iustissimo
 et zelantissimo deo/sit omnis benedictio & claritas. Hieronymus
 habet. Continuiti omnem indignationem tuam: conuersus es

Explana tio.

ab ira furoris tui. Sed de his haftenus.

4 **C**onuerte nos deus salutaris noster: & auerte irā
 tuam a nobis.

¶ Hieronymus ex hebreo habet. Cōuerte nos deus IHESVS
 noster: & solue iram tuam aduersum nos. Vbi nos latine legi-
 mus Salutaris: Hebręi habent IHESVS: qui saluator vel salu-
 taris interpretatur. In commentariis siue enchiridio Origenis
 in psalmos/interprete Hieronymo/ita legimus. Conuerte nos
 deus salutem nostrarum. Et obseruant/nō salutis nostræ: sed sa-
 lutem nostrarū dici: quod plurima eaq; multiplici indigeamus
 salute: qui nō semel peccamus. Multa (inquunt) peccauimus:
 propterea multis indigemus salutib9: satius salutarib9/patre/fi-
 lio & spiritu sancto. Populus domini qui ascendit de lauachro
 gemellis foetibus: propter geminam charitatem! hic suppliciter
 orat/conuersus ad pontificem & pastorem animarum/effe-
 ctum destinatę missionis aut domini IHESV aduentus grati-
 am sentire volens/& ait. Conuerte nos deus salutaris noster.
 Conuerte auersos/captiuam redde in te captiuitatem. Et qui
 olim eramus sub iugo diaboli: fac vt iugum tuum leuissimum
 excipiamus. Et qui in tēpore agebamus odij: sub gratiæ foelici-
 tatis quo foelicus hos nostros cursus in te peragamus/secedentes a
 tenebris: & festinantes in omnis beatitatis & consummationis
 foelicitatis lumen. Nullus sit amplius ire locus: vbi tantum visio-
 tur amor. Auerte iram tuam a nobis. Nō agimus pertinaciter:
 nec vocantem recusamus. Emollita sunt pectora nostra: nō am-
 plius ferrea/sed carnea te auctore corda. Et tu misericors es &
 miserator dominus/faciēs misericordiam in milia. Reuoca igitur
 tua te cogēte pietate quas in nos paraueras sagittas: ex va-
 sis ire/confinge nos in vasa mię. Sed medio quodam conge-
 neo & cognato: q nos possit sua intercedente gratia & meritis
 auersos conuerrere. Hęc est autē panthagia virgo: quę mater i
 quę soror & domina nostra est. Separati eramus & lōgo inter-
 uallo se iuncti: at media intercessit illa virgo veluti egregia & sa-
 plentissima sacerdos/pręclara ancilla domini & mater: & mira
 placabilitate & pietate sua/traxit a summo cœlo summum re-
 gnatorem olympi/& illum suo beneficio ad nos conuertit. Et
 propterea cernēs humani generis perditionem/expectans il-
 lum foelicem aduentum/supplex orat ecclesia. Cōuerte nos de-
 us salutaris noster. Infinito tractu ad conuersionem iusti opus
 est. Propterea dicit. Conuerte tu qui immensus/infinitus atq;

In psalmum LXXXIII

omnipotens es. & salutarem dicit culus proprium & peculiare nomen IHESV & saluatoris: & suū munus σωζειν id est saluare est. Et vocabis (ait angelus) nomē eius Ihesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Et alio loco (vt proxime diximus) sanitas sub pennis eius est: hoc est sub tota protectione sua: sub velamento alarum suarum: qui sicut nebula protegit omnem carnem. Girum cœli sola circuit sapientia/ & placidissimos fauores in omnes immittit. Sol est iustitiæ/ omnes haudquaquam obaudientes/ calore viuifico ad se trahens. Si salutem nostrarum legimus: habet dominus Ihesus infinitas salutes: & infinitas saluandi rationes. Saluat placabilitate/ clemētia/ mīa/ amore/ potestate/ pace/ veritate: & ipsa (si dicere par est) iustitia. quę in eo mīa est: & cū illa pulcherrime coincidit. Et si infiniti pene sunt nocēdi apud deterrimū hostē modi/ infinitiores sunt apud deū saluandi rōnes. Plus pdesse potest placabilis virtus/ quā diaboli virus nocere. Eius natura saluificans est: qui nō vult mortē peccatoris: sed vt magis cōuertatur & viuat. Et auerte iram tuā a nobis. Si conuersus est in nos amor: ira secedat/ et quicquid eius generis obseruā est necessesse. Amor ille est: qui ad nos cōuertitur/ odium omne suapte natura expellens. Virtus est/ vitia submouens. Pulchritudo nullā secum admittens labem: non maculam vllam. Cōuersa in nos iustitia: quis loc⁹ iniustitię aut iniquitati relinquī poterit? Amabit omnia iustitia. Et illa quęcunq; virtus omnia sua infinitudine vbicunq; semel admissa fuerit/ replet: totum (in quem semel intromissa fuerit) cum interiorem tum exteriorem hominem ambiens: miris afficiens & pulchritudinibus & formis: imbuens illis splendoribus eternis: quibus ante luciferum / eterenam genuit sapientiam. Vna est enim potentia/ vna virtus/ vna potestas/ vna vis quędam simplicissima/ haudquaquam sectilis: qua interne se propagat: & externe singula in ortum educit. Illic in eterna propagatione purior retinetur substantia: hic tantum similitudines conspectę habentur. Illic vnitas: hic in speculis & tot tantisque imaginibus & simulachris/ pluralitas inuenta habetur. In vnā tamen tantillę imagines consurgunt essentiam & potestatem: in vnā virtutem & formam. Vt vno retineantur: quę ex sese vtpote multiplices consistere nequeunt. Et vide quę cōsequenter necit. Postulat conuersionem domini: vt auertatur ira/ indignatio/ odium/ zelus. Nec enim illa suapte natura est dñs: sed nostri ratione/ odiū habere dicitur. Vicia nostra & plurima quibus infecti sumus errata execranda illa pro-

Explanatio.

170

phana scelera & facinora nostra: illum nobis infestū: illum reddunt exosum. Si inceseritis (inquit) mecum peruersi: & ego incedam peruersus. Et vir iustus ad dominum. Cū sancto sanctus eris: & cum peruerso peruerteris. De nobis aliquando dixit dominus. Conuertent ad me dorsa & nō facies suas. Et ipse e contrario/ dorsum habebit in nos conuersum: & non faciem suam. Talis nobis redditus quales nos in ipsum nos egerimus. Si filii ire sumus/ filii gehennę (quā vallem tristitię interpretatur) aut perditionis: in nos penitus ille iratus & succensus est. Dorsum cōuertit/ nō faciem. Dorsum/ ira/ indignatio/ vindicta & zelus. Zelus (inquit) domini faciet hoc. & vindictam faciet dominus in nationibus: quę scilicet nō susceperunt nomen suum. Propterea vir iustus orabat. Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripas me. Atq; iterum ingeminat. Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripas me. Contra/ facies domini/ tota suavis & placabilis est. Illa/ eius misericordia/ pietas/ & amor est. Atq; ob eam causam quidā orabat. Ostende faciem tuam & salui erimus. Et Moyses in hanc fortasse intelligētiam petebat a dominis/ vt ostenderet faciem suam. Si ergo (inquit) inueni gratiam in conspectu tuo: ostende michi faciem tuam/ vt sciam te: & inueniam gratiam ante oculos tuos. Respice oculo scilicet placabili & benigno populum tuū/ gentem hanc. Et dominus suam placabilem & favorabilem faciem pollicetur. Facies (inquit) mea precedet te. Et vt ostenderet illā placabilem & benignam/ subdit. Et requiem dabo tibi. Auertatur igitur dorsum domini/ ira & indignatio a nobis. Mitte quem missurus es. Illa panthagia id est omni sancta virgo quę manēs virgo paritura est regem cœlorum ac dominū: cito pariat quem paritura est. Non enim nisi ex oriente illa luce: tenebrę nostrę depelli possunt. Minores luces hoc non potuerunt præstare: sola hoc dabit quę immensa est. Emitte domine agnū dominatorē terrę: de petra deserti ad montē filię Sion. Istud enim pollicitus es. Cito veniens veniet (inquit) & non tardabit: et relaxabit facinora plebis suę. Non poterat relaxari dedecus/ sine honore. Non vitium: sine puriore virtute. Non tenebrę: sine candore. Nec mors quę mortale hominum genus ob peccatum inuaserat: sine manenti & perpetua vita. Absorpta est mors (ait in prima ad Corinthios Apostolus) in victoria tua. Et quę est victoria nisi dominus IHESVS. Et ipse victoria nostra: & nos victoriam nacti sumus per ipsum. Deo autem gratias (ait Apostolus) quia habemus victoriam

In psalmum LXXXIII

per IHESVM CHRISTVM dominum nostrum: Et in Osee scriptum est. De manu mortis liberabo eos: de morte redimam eos. Ero mors tua o mors: morsus tuus ero inferne. Et Apostolus ad Hebræos. Ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium id est diabolus: & liberaret eos/ qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant seruituti. Vincimus in bono malum: sed per omnibonum: qui ex lapsu nostro mali sumus. Nec malum malo deleri potest. Sed a bono veluti potentiori/ malum vincitur: vt contraria contrarijs curantur. Et quaedam nimium ratione: placabilitate/ benignitate/ & clementia vincetur ira/ indignatio/ zelus. Humanitate aliquando indutus dominus/ atq; tanta insignitus humilitate/ nos multo humanius suscipiet: q̄ antea forte suscepti essemus: omni nos defensione circumuniet. Cui est honor & imperium in sæcula seculorum. Amen. In grecis exemplaribus est ἐπὶ τῷ ἁγίῳ θεῷ ὁ θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν καὶ ἀποστροφῶν τῶν τρυφῶν ἡμῶν id est conuerte nos deus salutarium nostrorum: & auerte iram tuam a nobis. Et mirum est quod latini interpretes mutarint plus in singulare: vbi maxime mysterium super sanctæ trinitatis continebatur. Hieronymus interpretatus est IHESV/ nolens in aliud idioma vertere quod mysterium & nomen domini IHESV veri Messia & vncti nostri continebat. Siue ergo in singulari dominum Iesum intelligis siue in plurali/ mysteriū reuerentiarū discretionū habes. Nec sine spiritu sancto. Ixx. pluraliue expressere: quo forte significarent in domino Iesu in quo plenitudo diuinitatis habitauit corporaliter/ mysterium super sanctæ trinitatis altius & apertius cū in Iordane tū in monte Thabor & ex traditione eiusdem domini Iesu patefactū sit. Sunt qui existimant Iesus commune & appellatiuum nomē esse: Ihsu vero propriū domini IHESV in quo pentagramate nomen domini tetragramaton continebatur. Vt cunq; est nobis in domino Iesu exemplari & prototypo Salutari/ omnis salus parua est/ & ingētia de diuinitate mysteria: & omnis illa spiritalis traditio (quā cabala vocāt) prodita. Cui super admirabili & salufico nomini sit omnis honor & gloria. Amen.

Nunquid in eternum irasceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationē?

Nunquid genus humanū perpetuo abs te abicies: aut extensionem irę tuę/ facies in finem vsq; seculorum? Bonum suapte

Explana tio.

se natura/ effundit/ se propagat/ se cōmunicat/ ampliat/ extendit. Et propterea lata & ampla est via dñi. Et latum mandatum tuum (ait vir iustus) nimis. Et ambulabā in latitudine: quia mādāta tua exquisiui. Lata & amplissima charitas omnes in sui incomparabilem similitudinem/ q̄rum potest trahit: omnibus se promptā & liberalem exhibet. Odiū omnes refugit: nichil aut parum secū admittit. Affirmatio pulcherrime omnia affirmat. Negatio vel ex rationali sentētia omnia cōfundit/ destruitq;. Talis indignationis siue irę natura est: vt perdat / destruat & abs sese repellat. Tua domine deus meus (ait genus humanū) conditio aut natura nō est perdere nata. Aliunde nō abs te cogēris ad perdendum/ qui summū omnīū bonorū es: & quoruncunq; volentiū amplissimum lucrū. qui in ira bonitate/ benignitate/ cōcūditate/ & clemētia tua/ te in imensum extēdis bonū/ nec finitiora tuo tanto participatu quominus illo perfruantur/ derelinquis. Quomodo igitur fieri poterit/ vt contra naturā tuam culus est se propagare & communicare: Immo placabilem et p̄sum esse/ proprium: iram tuam in generatione & generationem extendas? In plura proroges secula: satis hucusq; ob peccata & scelera sua sit in humanum genus vindicatum. Tuam respice naturam & sortem: tuam pietatem & misericordiā: non sua mala/ tuā puritatem nō suas illius sordes. Duobus vnuerfa moliris/ placabilitate & iustitia. Tuam respice iustitiam: non istud mortalium hominū iudicium. De quo dicit vir iustus. Nō intres in iudicium cum seruo tuo: qui prius se in iustitia diuina exaudiri petebat. Tuum tantum quo plurimū ardes contuere amorem. Ne despicias creaturam tuam: quā bonitate inarrabili/ potestate incomparabili & sapientia ineffabili plasmasti: vt tibi obsecūdaret: te recognosceret: cognitū amaret/ & tibi cōtactu mirabili iuncta/ te toto perfrueretur. Nō igitur in eternū irasceris nobis: illas tuas immensas proprietates vnice respiciens/ haud extends iram tuam a generatione in generationem. Habeant generationes sequentes/ propter primores benedictionem. Et ecōtrario primę/ propter eas in quibus est exortus CHRISTVS saluator noster etiam benedictionem: sed in vno mediatore dei atq; hominum/ qui in sacramento tantę suę incarnationis (si veteribus credimus) semper erat: atq; in sacramento tantę vnitatis semper vnus. Nec enim alius est dominus IHESVS Christus natus de MARIA virgine: ab illo qui eternum erat in sinu patris. In vno illo qui medius (iuxta Ioānis testimonium) nostrum est: omnis est salus nostra. In illa luce omnis

In psalmum LXXXIII

lux. In eius veritate omnis veritas / in eius salute omnis beatus
tas & salus. In hebreo non interrogatiue sed deprecandi modo
legitur. Noli in eternum irasci nobis extendens iram tuam in
generationem & generationem. Et secundum utramque interpre-
tationem mira viri iusti in deum confidentia est. Illa interro-
gatio ex incredibili admirandaque spe nascitur. Aliud etiam elo-
quutionis imperatiue gen⁹ non minorem pre se fert spem. qua
si dicat. Tu qui summa es benignitas / mansuetudo / clementia /
pietas: quae tuae eterne & manentes proprietates sunt: noli per-
petuo irasci. Et si ad tempus in eam cogentibus nobis sis pro-
uocatus / desine tandem. Illa tua te cogat pietas / illa misericor-
dia quae mane / hoc est in suo pulcherrimo exortu nos saluatura
est. Repleti sumus (inquit) mane misericordia tua: exultauimus
et delectati sumus in omnibus diebus nostris. Et iterum. Et mi-
sericordia eius preueniet me. Ne extendas: quod tuapte natu-
ra cohibere velles. Et si non est malum in ciuitate / quod non
faciat dominus / tamen parcat malis. Nos natura sumus finiti-
ores: tu infinitus. Tua bonitas / vincit malitiam nostram: pul-
chritudo foeditate / tua salus perditione. Et quae cohibita nostri
causa / videtur illa infinitudo: quae sua amplitudine cohiberi
non potest: illam o aeterna & inuincibilis fortitudo insuperabi-
lis misericordia / veritas / & bonitas: illam in nos extende. Ex-
tende brachium sed misericordiae non vindictae / placabilitatis
haud quidem indignationis vel irae. Et iterum. Brachium tu-
um extende qui est vnigenitus filius tuus: de quo scriptum est.
Ut quid auertis manum tuam & dexteram tuam de medio sinus
tui? Ne auertas illam manum de qua olim in propheta dixisti.
Manus mea fundauit terram: & dextera mea mensa est coe-
los. Haec sunt viri iusti lamenta & supplices voces: ad illum
poscendum / qui tam incomparabilis in omni virtute / praecipue
in bonitate & clementia est. Nec enim ab alia re magis lauda-
tur aut censetur. Faciens (inquit Moyses) misericordiam in mil-
lia. Et in illa celebri Mosi oratione non ab alio magis estima-
tur: quam a misericordia. Dominator (inquit) domine deus / miseri-
cors & clemens / patiens & multae miserationis ac verax: qui cu-
stodis misericordiam in millia. Qui auersis iniquitatem & sceles-
ra atque peccata. Totum quicquid est: praecipue misericordia est.
Et frequenter in eloquijs misericordiae verba pro laudibus do-
mini geminantur. Misericors (inquit) & miserator dominus esca-
dedit timentibus se: & in hoc loco & in plerisque alijs. In psalmo
cxxxv, in sacramento. xxvi generationum a principio mundi

Explanatio.

172

vsque ad datlonem legis in monte / siue a Roboam vsque ad CHRI-
STVM quo tempore maxime egebant misericordia / vicetles
sexies. Quia ieternum misericordia eius repetitur. Lege Pau-
lum Hebreum. Virtus suoapte ingenio & natura extenditur: vi-
tium contrahitur. Nervi / testiculi sathane perplexi sunt. Virtus
clara eternaque habetur. Quae luci comparata: quid nisi pulchri-
tudinem plenitudinemque habet? Quid nisi sui diffusionem ex-
tensionemque? At contra Enantion / hoc est contrarium vitium
cohibitionem constrictionemque: & quaecumque secessum quendam
a virtute habere videntur: & in speciem passionum aut indigna-
tionis commigrant. Propterea Apostolus angustiandos cense-
bat in visceribus suis: qui nondum plenam virtutis formam a-
depti erant. At in ipso qui toto erat illustratus sole iustitiae / nul-
lam talem sentiebat coangustationem siue qualencumque con-
strictionem. Non angustiimini (inquit) in me: magis autem in
visceribus vestris. Eandem autem habentes remunerationem tanquam
filijs dico: dilatamini & vos. Nolite iugum ducere cum infidelibus
Et paulo antea. Os nostrum patet ad vos o Corinthij: cor nos-
trum dilatatum est. Et in. cxvij. psal. Via mandatorum tuorum cucur-
ri cum dilatasti cor meum. Non poterat coartari illa anima: quae amplis-
sima habebat spacia. in qua ambulare posset spiritus sanctus.
Nec solum ambulare sed totis expassis charismatum / virtutis
omnisque protectionis voltare alis. In illa diuinitore anima ex-
tensionem & admirandam amplitudinem fideles omnes ante
me recipiebant: diuinam quandam plenitudinem confiden-
tiam & quoddam harmonicum coeleste. Ut totum in illo resona-
rent: quae alioqui parum in seipsis concinentes erant. totae luci-
dae in illo: alioqui ex sese tenebricosae. Sed haecenus digressum
fuerit. Nec ab re ista dixerimus dum volumus probare virum ius-
tum non irae extensionem sed virtutis poscere amplitudinem
latitudinem / plenitudinem / & quandam quasi explicationem.
Quod irae aut indignationis siue odij / nulla sit peculiaris aut na-
turalis extensio: sed coacta & contra naturam sibi adueniens. At fa-
cillimam in naturam reditus est. Propterea vir iustus / in illam inef-
fabilem & diuinam plenitudinem / sanctos petit recursus. Noli
(inquit) extendere iram tuam a generatione in generatio-
nem. Sed virtutem extende. Viden ut miram explicat in alio
loco misericordiae extensionem. Quia magna (inquit) super nos
misericordia tua: & fructum talis extensionis statim subdit. Et eru-
isti animam meam ex inferno inferiori. Et tu domine miserator & mi-
sericors / patiens & multae misericordiae & verax: age secundum naturam tuam.

y. liij.

Et respice in me & miserere mei: effunde atq; extende illam misericordiā in me, nec istud solum efficies sed dabis imperiū puero tuo: nedum michi/ & saluū facies filiū ancillę tuę: hoc est pietissimę reginę cęlorum. In gręco nichil obseruatione dignum se offert. Talem igitur plenitudinem & extensionem petamus: per quam reges efficiamur: & letemur ab vbertate domus domini, per quam in reges admissi & dominos totū agamus cęlestem & regium hominem: in diuinos admissi triumphos: immo vero ipsi quandoq; triumphaturi: atq; in cęlestibus admittendi thalamis hymnum perpetuum cantabimus diem illum æternum concelebraturi: in quo beato quandoq; (ipso domino annuente) & sempiterno æuo perfruemur.

DEUS tu conuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te.

Hieronymi ex Hebręo interpretatio habet. Nonne tu reuertens viuificabis nos: & populus tuus letabitur in te. Magnā nobis diuinarū pollicitationū spē inesse debere hac lectione ostenditur. Id quod ex scripturę contextu manifestum euadit. Quod enim vna interpretatio in modum interrogantis habet: alia plenissime affirmat: tamen vtrūq; istud/ ex vno fonte mysteriū prodit. Eo enim artificio hic/ vt in plerisq; alijs locis/ scriptura contexta est: vt in eodem loco ex ipsa verborū cõtextura multiplices sensus immo innumerabiles q̄rectissime conijci possint. At igitur, Deus tu conuersus viuificabis nos. Admirabilis rerū omnium conditor & tantę extractor machinę/ tua conuersioe/ tuo admirabili aduentu & visitatione viuificabis nos. Nam tua visitatio/ vita est: munera vitę/ illo tuo mirifico aduentu nobis largius/ munera precipuis nobilitata donis. Nam visitatio tua donum illud est: & vita & honor & lux. Cādor quoq; immortalis mira iocunditate & lætitiā afficiens: et non in vnum modo se conferēs: sed in omnes. Et plebs tua/ inquit/ letabitur in te. Quo modo enim non omnem lætitiā haberet: presente lætitiā/ ipso se: in omnia munera offerēte gaudio (qui deus optimus maximusq; est) et immortalī luce: et claritate inuisibili/ fecundissima tamen/ interiorem exteriorēq; penitus illustrante hominem: diuinos clarissimosq; immittēte fauores. Omnes afficit sensus illa ἡ Δομή (quam vocant) id est voluptas: mentem quoq; magis. Omnes irretire solet immortales alioquī animos/ & plenis voluptatis & lætitię perfūdere vndis. Quādo fuit vt populus plene exultaret, non sub lege quidem, quę graui pondere

illorum/ premebat ceruices: nec sub patribus. Vix enim tum pauci erant/ qui ad nos pertinerent aut euangelici (vt aiunt) essent/ quiq; dominum rite cognoscerent, vt nec populus domini tum dici posset/ cum Egyptios mores cõbiberat. Sub gratiæ igitur pulcherrimis tentorijis & vmbra illius quę desiderabat ecclesiā: tanta exultatio fuit: tātus spiritualis collaudationis iubilus. Hęc est vita nobis donata in Christo IHESV/ suo aduentu et exortu. Quod factū est in ipso vita erat. Spiritale & prorsus diuinū erat: quod in Christo efficiebatur: qui & θεὸς ἁπλοῦς id est deus et homo spiritualis diuinusq; erat. Spiritualis in ipso effecta est ecclesiā/ ipso spiritu secundum præceptum Apostolicum facta carnis mortificans: et proinde viuens effecta. Si autem (inquit) spiritu facta carnis mortificaueritis/ viuetis. Facta quoq; spirituale regnum/ spiritualis & mundus. Non ille quidem mundus qui eum non cognouit: & de quo regnum Christi nequaquā dependet. Sed ille admirabilis & extimus mūdus: in quo non est transmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Et vita inquit erat lux hominum. Ac si diceret. Totam se illa lux in homines cõtulerat: vt eorum peccatus efficeretur/ eorumq; lux: ipsos penitissime illustrans/ ipsis sese in lucem illuminantem/ in vitam/ inq; omnia munera exhibens. Mortui eramus olim peccato: ipso peccato et morte in mundo regnantibus. At per ipsam vitam (quę ex sese vita est) mundo pulcherrime & benefice exorientem/ in vitam sumus restituti. Nec solum in vitam reditum: sed ipsi sumus effecti vita, et vita in ipso: qui infinita vita est/ & perinde vita quędam æuiterna & desitura nunq̄. Vt in ipso toti simus perpetui/ admirabiles/ diuini. Nec tantum in nobis/ q̄ in ipso constantes. in illo potentes/ in illo studiosi/ succētes atq; immortales effecti. In illo (inquit Apostolus) viuimus mouemur et sumus. O qualis & quanta esse potest illa tantorū receptrix capacitas. Quis fulgor quę felicitas in illis fecundissimis recipi sinibus: qui simul beatam & immortalem vitam cū mira iocunditate afferunt. At inquires quo pacto fieri potest: vt is qui maxime vnus & perpetuo constans sibi est/ nunc auersus nunc conuersus sit/ nisi sua immortalis conuersio auersio sit: et contra conuersio auersio: & quę opposita hic vidētur: non ibi sint opposita/ sed mire inuicem conspirantia/ in vnum pulcherrime in eo/ qui vnus maxime est/ abeuntia. Coincidunt enim sibi immortalitas iuncta: nec tam coincidūt q̄ vnum sunt: vna illa æterna concordia/ omnem præueniente dissonantiam: conuersione omnem in sese complicante auersionem. Quod igitur

In psalmum LXXXIII

Ibi summa & incōparabilis est cōuersio in te auersio est. et quod suapte natura est amor: tibi qui totus odiosus es: odium est. Et qui in sese omnes homines saluos fieri vult: in te quoquo pacto nō vult. & volitio illa in arce diuinitatis æterna manēs simplicissima nulli contrarietati obnoxia/ in te nolitio est. Suspice illustrissimos solis benefici radios: qui in lippientibus oculis tenebræ sunt: & importabile malum. Et malum tibi deterrimo: dominus & insuperabile onus: damnumq; tibi summa iustitia videtur quæ tota suapte natura benefica est/ liberalis & clemens. Conuertamur igitur sed illo trahente ad dominum: vt ille in nos etiam conuertatur. Et qui suapte sorte & conditione semper conuersus est: nobis etiam haud tamē auersis/ cōuersus sit. Agamus nos in ipsum: ipso tamē pulcherrime nos agēte: conuertamur ipso penitus conuertente. Quod vt fiat continenter orat ecclesia. Conuerte nos deus salutaris noster: & auerte iram tuam/ indignationē et mala omnia quæ meriti sumus/ a nobis. Nonne o immortalis bonitas nostris iam prope victa malis/ nōne inq; tu reuertēs viuificabis nos: quæ discessu tuo mortem intuleras nigricantes & fuscō reddideras? Nec enim sine optima maxima vita atq; omnis principio vitæ/ vlla vnq; consistet. vt neq; sine summa $\epsilon\pi\tau\epsilon\lambda\acute{\epsilon}\chi\epsilon\iota\alpha$ id est perfectione vlla erit entelechia perfectio aut essentia non vlla sine tanto agente efficacia: non vis aut energia vlla. Viden reuertentem conuersum esse. Olim per iustitiā originālē cōuersus ī Adamū penit⁹ erat: illi vitam largitus ordinemq; iustitiæ incomparabilē: sed tanto illius/ inobediētiæ aut superbiæ peccato paulum ab ipso & posteris ōnibus secesserat. At in plenitudine tēporū reuertens/ iterum atq; iterum genus viuificauit humanum. Redijt tum in hominem qui ab homine discesserat. sed magis beneficis visus liberalisq; redijt. Nam desumpta humanitate/ hominem incredibili visitatione dignatus est: hominē tum præcipue in se inenarrabili modo exaltans/ & super choros omnium angelorum deducēs: & qui inferior angelis natura homo erat: in ea re superiorem fecit. sibi illum vnum et perinde totum genus humanum mirifice nectens. Hæ sunt admirabiles ascensionēs nostræ in ipsum: & connexiones nostræ in summum æternumq; nexum: et superexcellentes exuperationes in eo/ qui æterna est exuperatio/ excellentia/ honor/ & gloria. Et plebs tua lætabitur in te. Et nos omnes simul concinentes exultabimus & lætabimur in te: memores illorum tantorum vberum super vinum. Vt recti diligamus illum: qui summa & immortalis est rectitudo. Sit omnis

Explanatio.

174

vita nostra in exultatione & lætitia/ spem habentes de immortalitate de gloria/ de honore/ de amplitudine/ de regno/ de tanti commertio viri & dei. et sacro contubernio patrum & cœlestium omnium animarum. In ipso enim omnis perfecta et consummata erit foelicitas. in te dicit: non in quoq; alio. Quomodo nec quicumq; alius veram lucem inferre potuit: nec veram etiam foelicitatem non veram lætitiā aut voluptatem: quæ in foelici & beata vita tantum consistit. Post vitam nactam sequitur voluptatis & foelicitatis consequutio. Propterea consequenti ordine hanc subnectit. Desiderabundi olim introducebantur patres/ non lætantes. Emitte (ait) in eorum persona Esaias Agnum domine dominatorem terræ. Et emitte illam scilicet sapientiam tuam de sede magnitudinis tuæ. Et mitte domine quem missurus es & noli tardare et relaxa facinora plebi tuæ. Et ostēde nobis dñe miam tuam. Vtinā disfrūperes cœlos & descēderes: vt notū fieret nomē tuū inimicis tuis: a facie tua gentes turbarentur. Quod enim gaudiū aut exultatio esse poterat: nondū relaxatis facinorib⁹. Pulchre in oēs hic radius diuinæ cognitionis & cuiusdam quasi fructus diffusus est. vt non vnus modo aut pauci exultarent: sed tota ipsa plebs. Propter quod dixit dominus in Propheta de temporibus Messie loquens. Magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur nomini meo hostia munda: nec dicet vnusquisq; proximo suo: cognosce dominum. Omnes enim scient me a minimo vsq; ad maximum: datis legibus diuinis spiritalibus & mire illustratibus in mentibus eorum: & in cordibus eorum subscriptis. Ita enī in Hieremia dicit. Quia hoc est testamentū quod disponā domui Israel post dies illos dicit dñs: dādo leges meas ī mētē eorū & in corda eorum subscribā eas. Et ero eis in deū & ipsi erūt michi ī populū. Viden vt hæc & talia alterne cōsonāt. Hic ī aduentu regis tota plebs tū mire dñm cognoscēs exultat lætatur/ et gaudet: in admirabilis spiritalis exultatiōis resolutē iubilos. Exultatio pacatæ & trāquillæ mentis/ signum est: indicium quoq; rerum conuenientium/ illi aduenientium/ illi sese admouētium. Et quo longe excellunt spūalia bona/ corporalia exuberātiore vi: eo verior est spiritalis boni iucunditas. Persuasum ōnibus est: bona interioris hominis immortalia esse: vt ipse funditus est immortalis: eius diuitias incomparabiles esse: vt ipse si suo fonti & principio sese admouerit totus incōparabilis est: ipsis veterū monumētis (pspecta ei⁹ admirabili cōditione) hoc attestatib⁹

In psalmum LXXXIII

Magnum miraculū (ait Mercurius trismegistus) est homo. Magnū nimirū miraculū homo est. Sed illū magis vndiq; illustrat magis mirabilem reddit/ qui verbum caro factus est: & habitauit in nobis: & qui plenus erat (teste Ioanne) gratiæ & veritatis: qui talibus illustraturus erat hominem dignitatibus/ radiis & charismatibus: qui pleno lumine ipsum alioqui tenebricosū erat perfusus. In lumine quædam effusio extensiove/ amplitudo/ alacritas/ latitudo/ hilaritas. At contra in tenebris omnia inueniuntur opposita: constrictio/ angustia/ tristitia/ moeror/ & talia id genus negantia. Complectamur dominū cū sancta domini plebe: in quo vel solo omnia nobis bona euenire certissimū est. Ex ipso enim per ipsum & in ipso sunt omnia. Ipsi honor et gloria in secula seculorum. Amen. In græco est ὁ θεὸς οὗ ἐπιτρέψας ζωώσας ἡμᾶς καὶ ὁ λαὸς σου εὐφρανθήσεται ἐπὶ σοί. i. deus tu conuertens viuificabis nos: & populus tuus siue plebs tua letabitur in te. Et rectius fortasse conuertens q̄ conuersus. Ineffabilis illa bonitas/ pulchritudo/ lux eadem semper manēs immobilis/ simplicissima/ absolutissimaq; stupēda semper purissimaq; & p̄fectissima entelechia/ nos ad se illa perq̄ simplici & ardentissima voluntate sua/ conuertit: immobilisq; manens dat cuncta moueri: & nos ingenti charitate (sua id indulgente benignitate & clemētia) ad se moueri. ἐπιτρέψας (igit̄ id est conuertens rectius nisi forte dicam⁹ nostrā in eum conuersionem quadam ineffabili (si dicere par est) sympathia siue magis correspondentia: suam in nos esse conuersionem: vt qui immobilis est & idem semper. misericordia/ pietate/ clementia/ & nimia quadam indulgentia/ & tam flāmato & ingenti amore/ in nos moueri videat̄ & haud dubie sed ineffabiliter sed immobiliter in nos vtcunq; mouet/ conuertiturq;. Et qui antea auersus ob nostra scelera: nunc data puritate & gratia conuersus sit. Cernis vndiq; admiranda sacramenta/ vel ex ipsa interpretatione: illam nimirum spiritu sancto/ nōnunq; agente. Lege Apostolū. Et interpretationes/ inquit in prima ad Corinthios) sermonum quas inter munera spiritus connumerat. Lege sanctum Iustinum martyrē. Et Hieronymus ex hebreo. Nōne tu reuertens/ cui græca προσίς astipulatur. Sed de his hactenus.

O Stende nobis domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

Salutaris IHESVS & saluator & ver⁹ messias est. Et vbiq;

Explanatio.

175

salutaris meminere scripture/ verū messia intelligūt & IHESVM. Hic erit magn⁹ & filius altissimi vocabitur. Ipse enim (vt in alio loco scriptum est) saluum faciet populū suum a peccatis eorum. Ostende nobis domine misericordiam tuam. O summe pater et summi regnator olympi/ ostēde nobis misericordiæ fontem/ auream omnis miserationis venam/ vnde omnis salus proditura est. Non potest ab alio hęc mundo referari misericordia: nisi ab eo qui illam in sua habet infinitate atq; sinu. Qui cum originalis sis o æterne parens misericordia/ eaq; immēsa: genitā abs te inenarrabiliter prodeuntem habes misericordiam/ tuæ similem & per omnia æqualem/ pari immensitate atq; infinitudine donatam. Hanc igitur vni genitam & subsistētem ostende o summa et immortalis misericordia/ misericordiā. Fuerunt in patribus olim quædam per varia mysteria huius signa/ huius simulachra misericordiæ: & quædā suboscurores vmbre. At nondum verus illuxerat misericordiæ sol. Iudicia illius misericordiæ olim cognouerant in Noe & liberis eius/ pro restaurāda humanitate pene extincta & deleta salute/ in sacrificijs/ cærimonijs/ & templis/ in neomenijs/ & solennitatibus: quibus quædam illi populo donabatur restauratio & depēditæ salutis vtcūq; reparatio. Sed nondum plenioris misericordiæ vela expansa extensave erant. Magna sunt/ mundi extructura/ illius conseruatio/ hominis plasmatio/ illius spiritualis & tā efficacis animæ infusio: sed inter maxima multo prestantissimum est & longe omnibus excellentius: quod verbum caro factum est: & habitauit in nobis. Quod admirabile & omni veneratione dignum diuinitatis atq; humanitatis commercium mundo illuxerit: quod ipsa misericordia per se non per alium suas diuinas efficiētias mundo contulerit: quod hęc misericordia in sese tota illustris & conspicua immortalitatis radios ī imortales alioqui immitteret animas. Fuit olim in Adam hęc tanta & talis misericordia sicut signaculū super cor suum: sicut signaculū super brachium suū. Fuit fide in Abraham & circumcisionis signo: illo quidē distinguēte & populum dei secernente signo. Fuit lenitate & mansuetudine in Moyse et Dauid/ & legis ferendę quadam potestate iterum in Moyse/ et ampliore quodam prophetādi spiritu in Dauid: atq; in alijs id genus omnibus pro signo quodam & tanti saluatoris simulachro erat. Erant et ipsi quoq; saluatores. Saluator seruatorq; Samson Iep̄te/ & alij: & vsq; adeo hęc procedebat diuinorum similitudo vt in mulieres vsq; extenderetur: quæ sanctæ et saluatrices erant. Saluatricis & dñi prophetes Delbora: et totius

In psalmum LXXXIII

Illus populi: non sine secretiore & diuina virtute liberatrices
Iudith atq; Hester. Vnus vero dominus IHESVS / speciosus
forma præ filijs hominū / omnes omniū virtutes / potestates / vi-
res / virtutesq; in se vno cōclusas / in mundo proferebat. Huius tā
splendidus & immortalis vultus omnes omnium vtcūq; pul-
chras referebat species: immo omnium illa tota effectrix virtus /
creabat idq; cōtinēter virtutes / gratias / decus / honores. Ostē-
de igitur o summe pater tantorum effectricem creatricemq; mi-
sericordiā: & salutare tuum da nobis. Illam tuam tibi peculiare
misericordiam poscimus: illam vehementer efflagitamus. Nec
enim mens nostra in quibusuis finitioribus cōsistere potest. In-
finitum ipsum pene infinitior expetit / largam benedictionē po-
stulat: quæ omnis / benedictione indiget. Vidimus illam sed sub
velamento quodam: neq; enim licebat tum intrare in sanctua-
rium: hoc significante spiritu sancto: nondum sanctorum pate-
factam esse viā / adhuc priore tabernaculo (vt ait Apostolus) ha-
bente statum. At domino IHESV illucescente mundo / in san-
cta sanctorum / in ipsum verum tabernaculum quod fixit deus
et nō homo / ōnibus patuit aētus. Porta cœli patefacta est: quæ
prius erat clausa: nec solum in reges / omnes quotquot suscepi-
mus nomen eius / suffecti sumus: qui in orientis porta comedere
remus panem nostrum: sed in sacerdotes & pontifices delecti /
qui intromitteremur in sancta / æterna a domino IHESV redē-
ptione inuenta: ibi trisagion hoc est ter sanctū nomē domini in-
uocatur. His testimoniū locupletissimū affert scriptura. Gens
sancta (inquit) populus electus regale sacerdotium. Viden vt
populus electus / regale sacerdotium est. Proxime enim ista iū-
guntur. Et qui olim reges scilicet / sacerdotes / populusq; seiuncti
separatiq; erant: in vno domino IHESV vnū effecti sunt. Ostē-
de igitur illam tantam tātorum effectricem misericordiam atq;
ab æternis finibus tuis misericordiæ / veritatis / iustitiæ / liberali-
tatis / munificentiæ / gratiæ demum & gloriæ illam profer: & quæ
suapte natura inuisibilis est: redde visibilem: & quæ seorsum
ab omni creatura & infinitum seiuncta est: redde coniunctam /
redde magis vnitam. Et quæ alioquin incomprehensibilis est:
nec concludi potest: fac vt tantillo illo (si dicere dignum) con-
cludatur corpore. Fac vt illa tam candida tamq; illustri colli-
beatur (si dicere licet) alioquin incomprehensibilis & quæ colli-
beri aut teneri non potest / humanitate: et tantā diuinitatē tāq;
immensam infinitamq; breuissima depictam carta legamus.
Illius æternos vultus / immensos splendores: in vna complectā-

Explanatio.

176

mur facie / in illa vna quam vir iustus tantopere poscebat. Ostē-
de nobis domine (ait) faciem tuam & salui erimus. Propterea
hoc loco etiam dicit. Et salutare tuū da nobis. Illud salutare / om-
nium salutem complexum diuinū quidem est: quia tuum est /
nostrum quidem haud erat: nisi dedisses. Nec enim merebamur
Nec ex nobis ipsis mereri vlla ratione possumus. Illa tua mi-
sericordia faciet vt mereamur: et tantæ virtutis (quæ iustificatio
impij est) capaces / illo capaces faciente esse possimus. Ostēde
nobis misericordiam tuam / qua plena quandoq; erit terra. Et res-
plebitur terra misericordia domini. vt quidam ait. Illam iterum
ostēde misericordiam: quæ ad cœlos vsq; protēditur: immo su-
per oēs cœlos vt eius pulchritudo & magnificētia / longe exalta-
ta est: illam quidem / qua mundum in pulcherrimo propter ho-
minem conseruas ordine: in decorem / vtcumq; lapsum & pro-
stratum restituis erigisq;. De qua tanta & tali mīa sacer Grego-
rius Nazianzenus ait. *σὴ Δὲ Χάρις σοῦ Δὲ ὀϊκτοῦ ἐμοὶ
ἑδῆει βεβήλω. ἢν μόνυιν Δειλοισιν ἀμαξὶ πόρεσ ἔλα-
πίδι ἀλιτροῖσ* Tua autem gratia tuaq; mīa michi stillet
prophano. Quam solam miseris rex tribuisti spem peccatoris
bus. Illam igitur o optime maxime rex solam / quæ nobis maxi-
me sufficiens est demitte ex alto. Et salutare tuum da nobis. Da
nobis vnigenitū fillum tuum dominum IHESVM Christum:
candidum & rubicundum electum ex milibus. Da nobis illum
qui immensus virtute / bonitate / & pulchritudine est. Nec enim
maiora donare posses. dabis enim cum filio teipsum o summe
parens. Nec enim fieri potest vt salutaris sit filius: quī salutaris
sit pater: nec aliunde habet vt salutaris sit nisi a saluari paren-
te. Et filius in patre: & pater in filio. Pulcherrime vno i munus
cedēte / ambo cedunt. Ego (ait dñs IHESVS) in patre: et pater
in me est. Et ad eum veniemus (ait) et mansionem apud eum
faciemus. Et salutare tuum da nobis. Da nobis vnigenitum fili-
um tuum: da salutarem pulchritudinem tuam / bonitatem et ma-
gnificentiam. Nempe omnia hæc & alla innumerabilia filius
est / æterni & immortalis thesauri vnicus conseruator. Ipse qui-
dē *δμοούσιος* consubstantialis & coæternus est: & munificen-
tissimus donator. At quid amplius q̄ se totum donare potest?
q̄ parem quoquo pacto immortalitatem? Hæc omnia in filio no-
bis donauit: & continenter misellis largitur. Illum salutarem
ἰατροῦ & medicus noster existēs: optimus maximus agricola:

In psalmum LXXXIII

qui possit de thesauro pectoris optimā suauissimāq; in æterna horrea/semētē cogere. Nobis ipse paterfamilias effect⁹ est: qui posset de thesauro suo proferre noua & vetera: possetq; duplicia suæ conferre q̄obediētissime familiæ. Hæc illa sapientia mulier fortis: nec tā mulier q̄ vir fortissimus: omnē sexū mira virtute longe præueniens/diuinis sese asserēs vel ipsius ὁ υἱός .i. essētię noīb⁹. Et salutare tuū da nobis. Cui sit/eterno & cōsubstā tiali cū patre & spū s̄cto/honor & gl̄ia ī s̄cula s̄culorū Amē.

A Vdiā quid loquatur in me dominus deus: quoniam
E T super sanctos suos: & in eos qui conuertuntur
 ad cor.

Intelligam & clara perspiciētia & luce cognoscā secretum illud diuę incarnationis absconditum a tæculis: quod michi dominus sed interne & in penetralib⁹ intelligentiæ insinuabit. et intelligibiliter loquetur: & eius michi loquutio silentium erit: & silentium loquutio. Vtrūq; tā men/incomparabilis mysterij reuelatio. Sed quid tādem illud quod nullius perstreptentis auræ sono: sed interne dñs loquetur? Quoniam loquetur (inquit) pacem in plebem suam. Ex salutari dabit pacem. Nec aliter salutaris esset: nisi pax esset. Et vt lucem/haud aliter pacem in omnem hominē ventētem in hūc mundū/in omnem delectam animā illaturus est. quicūq; in plebem atq; in gregem domini se asciscet/se admouebit. omnibus palā faciet/illud euangeliū pacis: & sanctū cum hominibus fœdus: pacem illam quidem: quæ interne mētes animosq; afficit: quam ore suo dicturus est. Quomodo enim pater dat pacē: & filius datur⁹ est. Pacē (inquit) meam do vobis: pacem meā relinquo vobis. Nec pacem illam de terris sed de coelis daturus est. Non quomodo mundus dat (ait) ego do vobis: nec solum in plebem: sed præcipua ratione hanc pacem annunciabit super sanctos/ & heroes/ & diuinorū participes viros: et in eos qui conuertūtur ad cor: qui vitā sibi prestuūt spūalē quā agāt. Origenes & veteres in hoc loco existimāt internam fuisse dñi ad prophetas loquutionem/ non externam. Nec forinsec⁹ vocem a domino emissam etiā cum loqueretur ad Moysen: sed interne & in secretiorib⁹ pectoris. Et spirituales aures esse existimāt: de quibus dominus loquitur. qui habet aures audiendi audiat. Et Ioānes in Apocalypsi. Qui habet aures audiendi audiat/ quid spiritus dicat ecclesijs. Nec solū domini sed

Explanatio.

177

virorum spiritualium sunt interne loquutiones. Ad Moysen dicit dominus. Quid clamas ad me: cum nulla vox clamantis in scripturis referatur? De quo clamore (Apostolus ait) misit deus spiritū filij sui clamantē in corda vestra abba pater. Et ad Roma. In quo clamamus Abba pater. Tales audit redditq; voces domin⁹ in interiorib⁹. De his spūalibus aurib⁹ meminit Esaias dum ait. Dñs addidit michi auriculam. Aures auribus addit dominus. vt ad diuina sint idonei: qui vix terrenorū antea capaces erant. Et obserua quo pacto diminue dicit/auriculam. Nec enī magnitudinē corporalē habēt spūalia: sed ab illa secedunt: atq; in spiritualement plenitudinem concedunt: quę nō tam magnitudo est: sed quippiā omni magnitudinē maius. Paruæ sunt illę aures: quod nullā magnitudinem prætant: sed omnibus corporalibus sunt præstantiores. Et corporalis quęcūq; magnitudo/ illius cōparatione nō tam est magnitudo: q̄ minimus quidam punctus. Contra vero spiritualis magnitudo fusior & plenior est: nichil occupātibus cohibita terminis: sed latitudinem & plenitudinem habens de spiritu sancto/ de diuinorū amplissima immensitate. Spirituales quippe illam videntur referre immensitatē/ amplitudinē/ infinitatē: quę nullis distringi aut finiri possūt limitibus. Quę per digressionem dixerim⁹. Hanc internā locutionem explicat Zacharias. Et respondi (inquit) & aio ad angelū qui loquebatur in me dicens. In Zacharia: nō ad Zachariam loquebatur angelus. Tale quid iuxta veteres: & Abachuc propheta dicit. Stabo in contēplatione: & videam quid respondeat michi dominus: & quid respondeam ad eum & audiam quid loquatur in me dominus deus. Ita enī legebant vetustiores eruditi/ quibus aliter in exemplaribus communibus legatur. Ista igitur loquutio interna est in mente & in sensu/ illo quidem sensu diuiniore. Tales voces effusiones sunt animi: secundū quod ait. Hęc recordatus sum (inquit) & effudi in me animā meā. Quoniā transibo in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domū dei. Et Hieremias. Has voces iternas/ effusiones lachrymarū existimat. Nō tacuit (inquit) pupilla oculi mei. Oīa igitur in homine loquuntur: & ad dñm deum suū clamant. Et totus ipse homo loquitur: totus lingua est: dū spūalis totus resonat: & in plenitudinē diuinā accedens/ diuinę cōcinit et respondet harmonię. Et ōnes eius partes totę benedicūt dominum: & laudant: idq; efficiunt quod sancti concinūt/ hortanturq; pueri. Bñdixite ōnia opera domini dño: laudate & supexaltate eum in s̄cula. Et lingua & manus/ pes quoq; & quęcūq; interna ī hoīe iusto laudāt dñm. Oīa quippe opera sunt & diuis-

In psalmum LXXXIII

ne efficientie dñi. & benedicunt nomini eius: qđ est benedictū in secula. Audiam quid loquat in me dñs deus. Interna me dignatur visitatione domin⁹. Ego quoq; haud tantē Ingratus visitationi audiā illum: verba in me instillantē. Nō sine (si velim) profectu meo / atq; omnīū pfectu. Hoc vero audire: digne executioni mādare est: hoc pacis euangelīū / quod ānūnciatū est / vbiq; ppalare / & participes oēs tantī boni efficere. Et obserua quanta charitate in plebem suā rusticā & ignarā dñs ducatur: qui primū illā nūcupat: & post eam / sanctos & deiferos viros. Quasi pfecti illi essent & nō indigerēt medico: sed qui male habent. Ob eā causam ouē q̄ perierat primū requirit: tametsi vel egerent oēs iuxta Apostolū. Peccauerunt enī in Adā et egēt gratia dei. Et Apłus quis magn⁹: quis sanctus: tametsi reuerfus: gratia dei id est: qđ est. Gratia dei (inquit) sum id qđ sum / & gratia eius in me vacua nō fuit. Cui continenter agenti monētiq; & ipse cōtinenter coopatur: nec in iustificationē modo suā sed in iustificationē omnīū. Oēs igitur q̄tūis magni vtcūq; diua donati gratia / egent pueniente / coopante / subsequenteq; gratia dei: & iuxta ppositū instrū interna quadā ānūnciatione pacis. Si tanta egēt malore. Vt Apłus: quid nō egebūt miores? Audi quid sacer Gregorius in carmine de vīrginitate dicat. εἰ γὰρ ἄρριστοι πίπτουσι παρῶλιστον ἔχει βίον οὐ μάλ' ελαφρόν. i. Si enī optimi cadūt: illabilē habere vitā nō satis facile. Et ob eā causā in quodā loco exclamabat σοὶ Δὲ ἀπέγῳ μούνω βασιλεύτατε μούνος ἐλειφθῆν ὅσ πάντων κρατεῖς καὶ μοι στενός ἐσσι μεγιστοῦ. i. tibi vero ego solus rex maxime solus derelictus sum: qui omnibus dñaris & michi robur es maximū. Et iterū. Quapropter (inquit) lugeo: in crastinū autē nō aperte scio / si me deus regredientē in mores pristinos reducet. Et totā suā lucem in sanctā trinitatē refert. τριάδος Δὲ φάος περιλαμψερ ὀπωπᾶσ ἡμετέρας. i. trinitatis aut lux illuminavit aspectus nostros. Nisi enī dominus edificauerit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eā. Et. Nisi dñs edificauerit hanc spūalē domū: iuanū laborauerūt qui edificāt eā. Cōfestim data pace atq; interne / eiusq; admirabilis quietis sono: ecce hereditas dñi pminet atq; incūbit. De quo ppheta inquit. Cū dederit dilectis suis sōnū: ecce hereditas dñi / filij merces fructus vētris. Fructus nimirū (si dicere audemus) interne eiusq; tū foelicis capacitatis. fructus iustitię / fructus amoris / fructus desideriorū celestīū / fructus spūs / charitatis & lucis / fructus mię & pacis. Hi sūt fructus paradisiacī: a fructibus pēdētes cō-

Explanatio

lestibus: eiusq; cœli contenti ābitu qđ mīme ptransit: & de quo haudquā dictū est. Cœlum & terra transibūt. Est cœlū quidē spūitale atq; inuisibile: cœlū spūales suscipiens aias diuinis consitū arboribus: quę mirē e vultu fœcūdantur dominico. nec fœcūdantur modo: sed vsui oñibus cedunt. Quę per digressionem dicta sint. At nūc ad priora redeamus. Videamus si possemus attentare in hoc loco aliquid aliud spūalis explanationis. Perturbatur mens quādū hic agit varijs pcellis / & tentationū fluctibus / habitura tū pacem / dū loquetur domin⁹ pacē in plebem suā. Quando semotis omnibus turbātibus impedimentis / pulcherrimā inferet tranquillitatē & quietem. nichil repugnās nichil obutū tūc erit / nulla bella mouebūt. Pulchre dixit quidā nō esse pacem: nisi dñ bellū nō est. Quādiu varijs agitatur tētaminib⁹ / pax nō est. Nō placabiles (& si tū maxime placatus sit ipse) dñi visitationes. Nō sese offert vultus ille lucidissimus / nisi lucet aut rutilat fulgor: nō pax / nisi cuiusā incōparabili paci: & pax summa eternaq; / eūternę quoquo modo pacis. Similitudinibus & symbolis formis trahitur: quas ipse solus nō alius quicūq; in sua pulcherrima mente efficere potest. Hęc ipse donare potest talibus in auribus / torquibus / & armillis / & diuinis ppter opera brachialibus. His & aliis internis animę ornamentis: hac diuina pascere ābrofia: q̄ sunt eius diuinę pacis & sanctioris quietis munera. Quibus suis diuinis simulachris se domin⁹ infert: illa suis fulgentibus obtutibus fulgentiora reddens / sua claritate illustrans: & totū interiorem hominē cœlestem & diuinum reddens / & sui perq̄ similem. Quo eterna pace / quiete / & incōparabili residentia presente / pax est. Sui tū ipse dat optima maxima signa / suę lucis / suę fœcūdētatis. Nec solū in plebē suā hoc est israeliticā gentē / q̄ pars domini erat & funiculus hereditatis eius: sed in oēs sanguine domini IHESV tinctos: quicūq; inuocauerit nomē eius. Potens enim erat dñs ex lapidibus illis & obduratis animis gentium / suscitare filios Abrahę. Quia vos (inquit Petrus) iudicatis indignos: ecce cōuertimur ad gentes. Hi tametsi olim diuisi in numerum filiorum israel / sancti sunt: preciosissimo sanguine agni immaculati redempti: & reuertentes ad cor. Qui olim non secundum interiorem hominem / sed secundum exteriorem vīuebant / nunc redierunt tempore dominicę pacis & salutiferę incarnationis ad cor. Redierunt ad internam suscipiendam lucem / & pacem. Redeam⁹ & nos ad cor / vt ibi spūitaliter cōtueamur dñm: & dimissis terrenis tantū amemus cœlestia: contēptis mūdānis diu-

na solum capessamus: & neglecto exteriori vnū excolamus interiorē. Ex luce diuinorū signorū / caracterū & formarū: illius characteres illustremus. Sunt enim semina quedā in nobis diuinorū. At nisi coelestis decurrerit imber haudquā fecunda ad germinandū esse possunt. Sūt lāpades quedā in nobis: sed quę diuinis ōnino egeant fomētis & diuino cœlitus emisso lumine. Fomenta quidē misericordiā pręcipue / & quęcūq; in diuina euehere possit virtus. Illud vērō lumen cœleste totum est: & diuino magis propinquum lumini: illi tam immortalī & inuisibili luci magis admotum: totū inde deriuatum. Sunt & calices / diuinorum liquorum capaces in nobis: aurei quidē calices illi & gemmati crateres quos larga liberalitate contulit. Sunt enī sine poenitentia quęcunq; domini dona / & dei perfecta sunt opera. Mirū in illis calicib; op; cęlaturaq; sed ppetua a ppetuo opifice atq; constans impressa. Ibi diuinorū signa / & sanctę similitudines. Capax ille calix a domino effectus est diuinę suscipiendę misericordię / diuinę lucis: vt nō vni modo sufficere possit: sed plerisq; atq; in omnes quicunq; recipere velint in commune conferri: & de tanto liquore largus suscepto omnibus facile propinari. Amplissima nempe sunt dona dei & latam extensionem habent. Redeundū igitur in hęc tam sancta & immortalia vasa. de quibus in secūda ad Timotheū dicit Apostolus. In magna autē domo nō solū sunt vasa aurea & argentea sed & lignea & fictilia: & quędam quidē in honorem: quędā autem in contumeliam. Si ergo emundauerit se ab istis erit vas in honorem sanctificatum & vtile domino ad ōne opus bonum paratū. De Paulo in actionibus ap̄licis dixit dñs. Vade: quoniā vas electionis est michi iste / vt portet nomē meū corā gētib; & regib; & filiis Israel. Vas illud quidē aureū cęlatū diuinūq; erat Ap̄ls. In illa igit; festinandū sacratiora vasa: & ibi cōtēplāda admirandaq; dei egregia opificia. Et ī cor nostrū diuino īfluēte redeūdū et ibi satiarī op; ab vbertate dom; dei: sinū ibi q̄tū hic donari potest capescim; Abrahę: & in superiores quasdā admittimur māfiones: & pro gradibus continenter purpureis siue aureis cōscēdimus. Ex quibus cōscēdētes diuinę affectiones / veluti fillę regum mire oblectauerunt regē in honore suo. Ibi quīdenos ter sāctorepetito quinario cernere poterimus. Pro qbus in diuinā cōscendimus trinitatem / tri sagion hymnum & miros illi concinentes hymenęos: & sanctum pro omni principis laude panegyricum. Hic & talis quicūq; pulcherrim; est ad cor reditus. Quid memorem diuinās illas p̄ciositates / vestes quoq; cū purpureas

coccineasve: tum virentes & aureas byssinos amict; / pallasve hyacinthi & vt pulchre quidam cecinit croceo velamen achātō quę mysteriis vndiq; non carent. Hęc sunt vestes a summo datore datę. Ibi thesaurum spiritalium sensuū iuente est / mire reconditū. Et noua & vetera in eo corde veluti fonte vberimo & capacissimo vase / dominus intulit. Ex quo veluti suo vberiore thesauro / noua profert & vetera & noua veterib; nectens: vtraq; donat. Quo possimus nos illi quodam in parentem reditu / noua & vetera conferre: ipso liberalius reposcente vt largiter donauit / & sua quę cōtulit placide repetente munera. Nec tam repetente q̄ illa magis ac magis confirmante: atq; illis meliora celsioraq; donante. Non cessat infinitudo suos radios continue meliores immittere. Non cessat illa clemens & benigna liberalitas continenter magis ac magis sese in omnia officia / in munera omnia / atq; omnem (vt sic dicam) exhibitionem exhibere. Et q̄q; propter se qui optimus maximus finis est omnia agat: ipse tamen (in id sua eum cogente liberalitate & munificētia) propter nos agere & tam pulchrum extruere opificium videtur. Omnia (inquit) subiecit sub pedibus eius. Eius quidē tam in cęli si velit & immortalis quandoq; futuri & in diuinam sortem venturi hominis. Oues (inquit) & boues: insuper & pecora campi. Propterea sanctus dicit propheta. Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam. Et pacem illam etiam dicet super sanctos suos: & in eos qui cōuertuntur ad cor: qui internas & cœlestes nouerunt agere actiones. & interiora velaminis perscrutari: & in foramine cum Mose sponsa & Hella / sanctum sanctorū conueri dominū. Cui est honor / & gloria in sęcula sęculorū. Amē. ¶ Hūc locū / & super factos suos & ī eos qui cōuertuntur ad cor: pleriq; de ludęis interpretantur: qui prius carnales sequebantur emortuum sensum legis. At tempore domini IHESV apostoli & quicunq; eum sequuti fuere / reuersi sunt ad cor / ad spiritum viuificantē. De quibus meminit Apostolus / dū ait. Littera occidit: spiritus autem viuificat. Et omnes leprę leges & zelotipię / spiritualiter intelligūt. Nec posse leprosum ingredi in synagogam nisi discissis per sacerdotem vestimentis. & aperta lepra sanguine / hysopo & aqua fuerit emundatus. per sanguinē / sanguinem noui testamenti intelligens: de quo magis scriptū esse videtur. Hic est sanguis testamenti quod mādauit ad vos deus. Aqua / p quā mūdatur leprosus / aqua baptismi est. Quicunq; in egypto & in hac ciuitate mundana sunt: saluari non

In psalmum LXXXIII

possunt: nisi ad fontem baptisimi veniant / & dominico sese ad-
moueat sanguini. Aspergendi sunt interni postes anime / de
sanguine agni: vt exterminator veniens nō possit perditurus
accedere. Merita nostra sunt vt pannus menstruatē, sed si de do-
mini sanguine illustrentur: multum profunt per omnem mo-
dum. Nisi sanguinem testamenti mādasset ad nos deus mortui
eramus ob delicta nostra: & quodcunq; nō erat ex fide peccatū
videbatur. Accessit domini IHESV fides. & de more veterū
patrum iustificati sumus: sed per gratiam in CHRISTO IHE-
SV domino nostro. Nisi crucis dominicę ligno / intictę fuissent
aquę amarę & mortiferę erant. Nisi vīrga illa percussum fuisset
hoc mundanum mare: insuperabile nobis vt Pharaoni erat.
Nec petra nisi percussa potuit in salutiferas vndas erumpere.
Hęc vna vīrga omnes demonicas infringit cōterit & vorat vit-
gas: & signa magna de cœlo facit. Et quenā hęc vīrga: nisi illa
de qua scriptum est: Vīrga tua & baculus tuus / ipsa me conso-
lata sunt. Hęc vīrga saluberrimis mersa est vndis: purissimo est
irrorata sanguine. Cuius mirā potuim⁹ sentire potestātē: & q̄ si
nos semel tetigerit spūales fecit & mirū in modū redeuntē ad
cor. Duos versus simul in explanatione iunxim⁹ quia aliter grę-
ci distīgūt / aliter nos. Gręci hoc pacto. ακούσομαι τὴ λαλή-
σει ἐν ἐμοὶ κύριος ὁ θεός. ibi finē vnius versus ponentes
ὅτι λαλήσει εἰρήνην ἐπὶ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. καὶ ἐπὶ
τοῦσ ὀσίουσ αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τοῦσ ἐπιστρέφοντασ καρ-
δίαν ἐπ' αὐτόν. i. audīā quid loquetur in me dñs deus. Quo-
niā loquet pacē in plebem suā & super sanctos suos & in cōuer-
tētes cor in ipsū. Et rectius q̄ nos habere vident: & secūd⁹ ver-
sus apud nos copula iungitur cū p̄cedēt. αὐτόν masculini ge-
neris est: & intelligendū ad deum: & hoc sane efficacius / q̄ sim-
pliciter conuertī ad cor: quod sapientes olim faciebant: secum
habítandum esse p̄cipiētes. Sed in deum conuertī diuinitor
est philosophia. Et in cōuertentes cor ad dominum: idem do-
minus dicit pacem: hinc fortasse tractū est vt pro mysteriis sur-
sum corda dīcatur cū ἐξομολογήσῃ & confessione: quod eadē
conuersa habemus. Simile domin⁹ in euāgelio ait. Si vis per-
fectus esse: vade / vende ónta q̄ habes / & da pauperibus. Et sub-
dit (ait facer Hieronymus) quod perfectum est: & sequere me.
primum philosophi: secundum tantum christiani qui vere do-
minum sequūtur absoluūt. Et interpretatio latina / non inele-
gantem continet assurrectionem. Qui enim vere cōuertuntur
ad cor in dominum quoq; qui vnice cor inhabitat conuertunt

Explanatio.

180

ipse magis nobis intimus est: q̄ nos ipsi nobis. & sui in se cōuer-
sione dominū imitantur: qui est sphaera in sese hoc est in pene-
tralibus suę eternitatis / bonitatis / essentię & imensitatis agēs /
se propagans. Et pater interne filiū generat cōmunicata imen-
sa substantia: & pater & filius super sanctū & consubstantialem
spirant amorē eadē ibi omnīū essentia. Viden circulū imēsum
in sese agentē: qui & ignis se cōsumens obeam forte rationem
dictus est. Ipsa quoq; quadā diuina & si remotiuscula imitatio-
ne / anima ignis propter diuinā reflectionem in se agēs: diuina
in diuinis occulūtur mysteria. Hieronym⁹ ex hebreo habet. Vt
nō cōuertantur ad stultitiā suam: qui sensus aperitusest. & iuxta
illud accipiendū est. Qui stat caueat ne cadat. Ac de his satis.

10 **V**eruntamen prope timentes eum salutare ipsi-
us: vt inhabitet gloria in terra nostra.

Salutare nostrū (vt sepe diximus) dñs noster est. Gloria etiā
nostra ipse est: in quo tantū (iuxta Apostolum) gloriari possu-
mus. De qua gloria meminit pater inquiring. Gloriā meā alteri
nō dabo. Et si oblectum respiciamus p̄positum bonū / gratia &
gloria etiam est: quā daturus est nobis / timentib⁹ nomen eius
dñs. Terrā hoc loco / spiritualē terram etiā intellige. Terra ante
me de qua paulo post dicit. Et terra nostra dabit fructū suum.
Et atea iuxta hebraicū placatus es dñe terrę tuę: vbi. lxx. legūt
benedixisti dñe terram tuā. Quid est qđ dicit / veruntamen p̄pe-
timentes eū salutare ipsi⁹? Salutaris p se est: sed tibi tū salutaris
efficitur / dum times eū. Si timore sancto / si timore casto / si iusto
illo timore quo patrē reueretur filius te illi veluti parenti iuxta-
ris: tū primū illo sancto timoris lauachro purgator dñm qui
gloria nostra est: tuę terrę incolā & habitatorē habere poteris.
Et bñdicta gloria dñi de loco sancto suo. suus enī tū locus: tua
terra est: tua electa aīa est: candida & albicās velut colūba / for-
mosa tanq̄ cœlestis Hierusalē. Sed vnde formosa: nisi ab illo q
graditur formosus in stola sua: & est speciosus forma p̄ filijs ho-
minū / In cuius labijs incōparabilis gratia diffusa est. vt oēs ad
se incōparabilib⁹ modis mire modulata voce trahat. Vide eū
sepe stantē ad ostiū & pulsantē / si quis aperuerit illi / mox i gres-
surū. Audi sepe cōmonentē. Venite ad me oēs qui laboratis &
onerati estis: & ego reficiā vos. Et. Discite a me: quia mitis sum
et humilis corde: & inuenietis requiē animabus vestris. Discite
timere & summum reuereri parentem. Discite immortalitatis vl-
tam posse pertingere. Vt tandē ad vos qui diutius sub hoc mun-
dano estu pseueraueritis / ad vos quidem o fili hoīm vox mea.

Venite benedicti in regnum patris mei: percipite regnum paratum vobis a constitutione mundi. Nec talibus hortari illi satis: nisi prope assit cum hoste pro vniuersis timentibus nomen suū/ egregie conferturus manū cum illo/ semper inuictus. Pulchre cum quocūq; etiam fortissimo manū conferre nouit: & tandem se triumphatorem & spolia ampla de hoste referentem exhibere: se pulchrum/ candidum/ immortalem/ se quoq; mentibus nostris inferere. Vt non solum ipse gloriosus: sed ipsa gloria/ habitet in terra nostra. At terra nostra latam amplitudinē habet. Est terra hęc inferior & citima: terra quoq; & cœlum quando uiuentes erimus terra nostra. Credo (inquit) videre bona domini in terra viuētium, quos uiuentes q̄tumuis corpore mortuos/ in euāgelio explicat. Si deus Abraham/ deus Isaac/ & deus Iacob est: uiuentes igitur Abraham/ Isaac/ & Iacob: et quicūq; tales sunt sancti. Nam deus uiuentium est/ non mortuorum alioqui quid commodi quid utilitatis esset illorum deum esse: si mortui mēte atq; animo essent: & perpetuo mortui. Spiritualis quippe mors si post hanc vitam exactam/ illam incurrerint: perpetua erit. De qua morte dictum est. Quoniam mors impiorum pessima: iustorū autem mors suavis & salubris. Nec eorū delicti vlla est amplius recordatio. Sunt & animæ quæcūq; immortales terra etiam domini: quas inhabitare dignatur dominus: quæ cœli etiam nuncupatione censentur. Vt in eo loco. Cœlū michi sedes est: & terra scabellum pedum meorum. Sed vna est p̄thagia & omnis sancta virgo precipua & vna domini mater & viuētium terra/ & tanti digna incolatu viri. Ibi hortus conclusus et vitēs/ oīs quoq; amenitas. Ibi fons signatus: hortus deliciarū, in quo sunt consita omnia florū genera/ & odora menta virtutum. Ibi ambrosia & pabulū cœlestē/ pro cœlestis regis cōuiuio. Ibi virtutum lata familia/ regia/ atq; insignis purpura et ostro. Et omnes mirabilem obseruant pro continenti domini famulatu ordinem. Non ibi certus virtutum aut ministrantium/ gratiarumve numerus: quando innumerabiles & tales & tantæ: quales et quātas recipere non possit humana mens. Deifica virtute et speciali admirandoq; priuilegio opus. Vt inhabitet gloria domini in terra nostra. Non dicit iustitia aut veritas: sed de vniuersa domini gloria loquitur: quæ omnium virtutū & perfectionis cumulus est: omnis totius consummationis decor & pulchritudo. Nec plenius nisi in tātē perfectionis gloria potest cōsistere aīa. At quomodo (inquies) super benedicta virgo & mater: et terra illa quæ dedit fructum suū/ terra nostra est: terra inq; nostra

est: quando tantus tāq; decorus illius fructus: totus in utilitate nostram cessit/ inq; honores nostros. Ipsa nobis terra/ in qua fecundius aptiusq; cōserere arbores nostras possumus. Ipsa nobis regnū in quo & regnare nobis concessum & quascūq; extruere ciuitates/ aureas illas quidē & purpureo marmore insignes: ciuitates quidem virtutū: quas plures esse alio loco meminimus/ ciuitatibus Babylonicis e regione respōdētes. Ipsa nobis ōne bonum post dominū Ihesum/ omnis laus: omnis virtus. Gratiam tantis suis meritis illa quidē nobis promeretur & gloriam. Hęc est igitur terra nostra/ cui benedixit dñs: atq; in illa ōnibus timentibus nomen eius/ benedixit. Vt in sanctitate illi regi sæculorum immortalī & timore obsequamur: ōnibus diebus nostris. Et pulchre dicit. Verūtamen prope timentes eum salutare ipsius. Nec enim illi/ qui tū(tēpore scilicet dominicæ visitationis) regnabāt: dñicā merebantur visitationē. Sed vt ancillæ suæ/ diuinæ quidē matris humilitatē respexit: haud aliter sanctum patrū timorem respexit. De quo in quodā loco meminit Apostolus: & pietissīma domini mater. Iusiurandū(ait) quod iurauit ad Abrahā patrem nostrū/ daturum se nobis. Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi. Prouocatus supplicibus patrū votis/ misit deus filium suū natum ex muliere/ factū sub lege: vt eos qui sub lege erāt redimeret: et tantū salutare mūdo intulit. Et quæ mundana machina antea erat regnante principe mundi diabolo in gloria/ tota regnāte Christo gloria plena efficeretur: habens de summa gloria gloriā: & de summo honore/ honorē: virtutem omnē/ de omnis fonte & origine virtutis. Illuminabat tum lux omnem hominē venientē in hūc mundū: et quod lux spūalis esset/ magis mentē animosq; illuminabat: et gloria totum interne externeve hominē gloria afficiebat: et cominus hūiliatū aīm respiciens/ incōparabili gloria tādē illustrauit: nec solum illustrauit: sed plenissima quadā voluptate in nobis habitauit. Et verbū(inquit Ioannes) caro factū est: & habitauit in nobis. Et vidimus gloriā eius(suę nimirum tātæ participes gloriæ) gloriā quasi vnigeniti a patre/ plenū gratiæ & veritatis. Si enim non pepercit filio suo(ait Apostolus) sed pro nobis omnibus tradidit illū: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit: omnem virtutem/ omnem gloriam/ omnem honorem. Propterea in quodā loco dicit. Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manū tuarum. Et dominus qui corona omnū virtutū est/ illum paribus seruis donauit: ipsa summa gloria sese ad mouēte capiti nostro, & virtute

In psalmum LXXXIII

et gratia/omni deniq; bono/beatitate & foelicitate. Et bene dicit. Verūtamen prope timentes eum salutare ipsius. Quia ppe est dominus omnibus inuocātibus eum: omnibus inuocātibus eū in veritate. Non potest non propinqua esse iustitia iustitiæ: veritas veritati/misericordia misericordiæ/ plenitudo plenitudini/ sanctitas sanctitati/æternum & verissimū exemplar/suis imaginibus & spectris. Homo iuxta scripturæ autoritatē imago dei est. Faciamus (ait dominus) hominē ad imaginē & similitudinē nostram. Et alio loco. Veruntamen in imagine pertrāsijt homo: cui attestatur in sua epistola Iacobus Apostolus. Timor autē si iunctus fuerit (vt debet) amor: diuini honoris/gloriæ/amoris & reuerentiæ signaculū est: immo diuini salutaris quædam etsi remotiuscula imago. Propterea dicit verūtamen prope timentes eum/salutare ipsius. et timoris ratio maxime salutarem exigit. Nisi enim salus timori adueniret/timor quicūq; semper anxius esset: & sollicitus de illius quem reueretur præsentia. Timor/dum prope est salutare: in amorem contendit: & illa beata spes/in perfruitionem. At præsentē saluari totus ille timor in amore abit. Et oīs metus in superditā securitatem /iam tū ibi incomparabili ex oppositis visis/exorta concinentia. et timor ibi amor est. spes vero beata perfructio. Via in amorem/timor. Via in sanctam perfruitionē/spes. At via fini admota/in spiritalibus finis efficitur. Via (vt iterū & iuxta propositum dicā) in salutare domini timor. Salutare vero domini amor est. Adueniente saluari/amor immo vero omnis virtus aduenit. Timor igitur amor admotus: amor inest: amor efficitur/isq; quoquo pacto salutaris amor. Et hoc est forte quod dicit Apostolus sumpto ex veteri testimonio. Prope est verbum in ore tuo & in corde tuo: hoc est (inquit Apostolus) verbū fidei quod prædicamus. Quia si confitearis in ore tuo dominū IHESVM: & in corde tuo credideris: quod deus suscitauit illum a mortuis: saluus eris. Viden vt fides saluari iungitur: & propinquitate in salutem abit. Omnis enim quicūq; inuocauerit nomen eius: saluus erit. Salus prope inuocantem: & timentē est. Ac si aperte diceret. Verūtamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra. Quia prope est salutare: habitabit etiam gloria/quæ cū saluari semper est: immo ipsum salutare est/in terra nostra: in hoc animæ agro quem excolere: & diuiniore semente ipsum foecundare/haud indignatur dominus: & diuinæ pulchritudinis/bonitatis/virtutis/& gratiæ/diuina semina in eo serere: immo illū agrum foecunditate & fructibus donare perpetuis. Cui est honor & glo-

Explanatio.

182

ria & Imperium maius in sæcula sæculorum Amen. In græco est. ΠΛΗΡ ἔγγυσ τῶν φοβουμένων αὐτὸν τὸ σωτήριον αὐτῶ τοῦ κατασκηνῶσαι Δόξαν ἐν τῇ γῆ ἡμῶν. et idē prætedit quod latina interpretatio: et κατασκηνῶσαι/εἰσῆλθουσαν vt inhabitet/ quod græce dicitur/inhabitare Δόξαν id est gloriā id quod frequens est apud eos: & proprie manere in tabernaculis illud verbū sonat. Et propria est q̄tum ad terram hanc sensibilem siue ecclesiam quæ adhuc militat/locutio. Nec enim (secundū quod dicit Apostolus) habemus hic manentē ciuitatem sed futuram inquirimus. et in epistola ad Hebræos dicit de patribus. Sed a longe eas aspiciētes & salutantes & confitentes/ quia peregrini & hospites sunt super terrā. Etsi quidem ipsius meminissent de qua exierūt/habebāt vtq; tēpus reuertendi/nunc autē meliorē appetūt id est coelestē. Ideo non confunditur deus vocari de⁹ eorū. Parauit enī illi scultatē. Et dauid. Accolaui in terra aliena. Heu me quia incolatus meus prolongatus est: multū incola fuit anima mea. Et patres nostri illa ratione in tabernaculis olim habitabant. Rectissime igitur orat vir sanctus quō in græco est: vt maneat gloria dñi p̄fectorie veluti in tabernaculis/in terra nostra. Nec enī op̄tat se diutius hic esse: sed de more Apostoli dissolui & esse cū CHRISTO & proinde efflagitat gloriam domini hic tantisper dū certamus haberi/vt perpetuo in vltamundana Hierusalē nobiscum agat/illuceat/resideatq; cum gloriam domini contēplātes transibimus a claritate in claritatē & iāiā ab hac in illam æuiteriorē & pleniorē transfuerimus. Et satlabimur a tāta vbertate ὄν iā ex parte sed facie ad faciem videntes & tum cognoscentes sicut & cogniti sumus. Sed ad reliqua interim descendamus.

11 **M**isericordia & veritas obuiauērent sibi: iustitia et pax osculatæ sunt.

CAeterna misericordia æternaq; veritas sibi mire occurrūt: sibi obuīā veniunt: in vnū pulchre coniungunt: sibi alternū Charisomena sibi mire gratificantes: sed in vnā salutē conspirant: in vnum redimendū genus humanū: in pulchrā inuehendā mundo salutē. Iustitia quæ præ se rigidi nō nichil & austeri ferre videbatur: & pax seu sancta cum hoībus recōsillatio/ osculatæ sunt: hoc est in sancta oscula/mutuosq; accurrere complexus. Diuini isti liquores in aureo domini vase permixti: sanctæ istæ parthenices æternaq; virgines sanctum diuæ matris & virginis inhabitauerunt tabernaculū. Quo tantum reparationis humanæ opus extruerent & tam ingens molirentur opificiū. Hos calices

In psalmum LXXXIII

permixtos ubiq; habet scriptura. Nec tanti opificij conseruatio est sine iustitia & mīa: et q̄tum eruditi existimāt. Veritas/iustitia est: & pax/quēdā mīa. S̄ ut quidē nomina plura: siue multiplices rationes/res eēdē: quidā ita interpretat: Iudæis p̄missus est dñs. iustitia fecit vt illis redderetur. Gētib⁹ nequaq; erat promissus: mīa quæ plena liberalitate insignis est: illum illis exhibuit. Vterq; populus in vnam festinauit salutē. Ipsi d̄iuis virtutibus visis semotis: in vnū tū pulchre conspirātibus. Sed eundē (si placet) hominem qui propter lapsum multiplex & peccator est/respiciam⁹. Iustitia de illo p̄nas exigebat infinitas: at misericordia misericorditer & benigne cum illo agendum propter eius fragilitatem & conditionem postulabat. Vtraq; in vnum accurrit. In vno domino IHESV nec in alio quoq; mire inuenta est. Hic vnus iustitiæ reddidit quæ sua erant: & misericordię sua. & tā equabilis quidē sorte: vt nemo melius reddere potuisset. Maior in immensum CHRISTI virtus: q̄ peccata siue nostra siue parentum. Reddidit ipse iustitię pro tātis malis maiores melioresq; virtutes/ & eas pene imensas/imēsitati cōferēs. Totum ātiquum deleuit ch̄nographum: quo diabolo deuincti obnoxiiq; eramus. mortui t̄m virtuti & deo/ viuentes peccato. Per ipsum igitur iustitię satisfactū est: & iuste regnum a diabolo ablatum est: quando in dominum IHESVM molitus: & summam voluit tenere velut peccato obnoxiam/innocētiam. Et qui iniuste capere mollebat/ iustissime captus est: & bene regnum perdidit: qui suum in regem regum extēdere volebat imperium. & mortem inferre ī eum: qui mortis & vitę habebat imperium. Hamus illi fuit diuinitas humanitati iuncta & vnitata/ & in tam puram/iunctam atq; innocentem molitus/ a diuinitate captus est. Id quod in Ezechiele explicatum est. Et extraham te in hamo meo: & extendam te super terram. Campi implebuntur de te: & constituam te super omnes volucres cœli: & saturabo ex te omnes bestias terre. Et David. Dedit eum in escam populis Aethyopum. Iob quoq; in persona domini. In oculis eius quasi hamo/capiet eum: & in sudib⁹ perforabit nares eius. An extrahere poteris leuiatham hamo: & funē ligabis linguam eius? Ruffinus legit. Aut adducis draconē in hamo: aut ponis capistrum circa nares eius. Iustissimā igitur in diabolum exercuit sententiā. Et idem dominus misericordiam fecit: siquidem oblatus est: quia ipse voluit. Volūtarie enim sacrificauit/ & sacrificium laudis domino reddidit. Nec enī peccatum fecerat: nec inuentus erat dolus in ore eius. Aequauit

Explanatio.

183

mire in se misericordię & iustitiæ imperia. Nec enim in alio magis q̄ in immenso/aquari immensa poterant: immensa misericordia/iustitia/etiā infinita. At in quo magis q̄ in immenso domino IHESV CHRISTO conuenire poterunt/ eorum in illo æquissimo/atq; vniuersi & dei & hominū mediatore equata sunt imperia: iuste simul collata. Nec ista modo sed quæcūq; videtur dissentanea/studiofa tamē sunt. Misericordia igitur quæ perpetuā videbatur habere cū iustitia discordiam/ in vno totius mundi nexu/ in vno lapide angulari mire conuenerūt: & arctissimo æternoq; nexu inuicem deuictæ sūt. Siquidē soluto medio discordiæ pariete/vtraq; fecit vnum dominus saluator noster: & in se veluti originali & plurimū exundanti fonte vnum. In alijs/etiā vnū æternū simplicissimūq; propter admirabilem efficiētiā/ & quam in ipsis operatus est salutem/ incomparabilē et mire fauorabilem connexionē. Ipsi iustitiæ & misericordię amnisbus ineffabiliter e tali & tanto fonte scaturientibus: & vniuersū solū mundanū irrigantibus. Nec spectes quicq; a misericordia consequi: sine iustitia. Nec a iustitia sine misericordia. Sibi enim machinam mundanā hęc veluti regnæ regendā desumpserunt. Ab his spectemus omnia posse consequi: ab vno nimirum domino/ qui omnia est: omnis virtus & gratia. Iustus est/ & iustitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius. Et si nequaq; ex te paria reddere potes: illi te admoueas oportet/ qui ipsa iustitia est. Et quam veluti formam tali applicatu ab ipso desumes. Sese enim omniformē omnibus pro vario applicatu prestat. Sese totum in vniuersum & in quæcūq; bona. Pulcherrime ab illo igitur iustitiam: ab illo misericordiam desumes: ab illo pacem & veritatem. Ipsi enim genus sumus: et nostri ad eum quicq; similitudini seest. Et quicq; illius tantæ diuinitatis cōsequi aut retinere possumus: qui ad eius imaginem & similitudinē conditi sumus. Iusti ergo ab ipso qui summa & generalis in omnes est iustitia: & misericordiam consequuti: sed ab illo qui optima maxima bonitas et misericordia etiā est. Et cum summa sit affirmatio: se negare nō potest. Veritas est: & omnes eius promissiones fideles. Sanctam salutarēq; pollicitus est redemptionem. Et redemptionem misit dominus populo suo: mandauit in æternum testamentum suum. Sed quam redemptionē? nimirū summā infinitamq; in omnes longe lateq; sufficiētē/ omnibus passim nisi recusantibus obuiam factam. Hęc tantæ suæ virtutes/ in vnum pulchre conspirantes/ ipsum in omnia & quæcūq; salutifera cogunt. Tātum humilitatem & confessionē a nobis exigit. Propterea dixit vir

In psalmum LXXXIII

Iustus. Dixi cōfitebor aduersum me iniustitiam meā: & tu remissi-
 sti impietatem peccati mei. Vt confestim confessione emissa / re-
 missio impietatis consequatur: et id prestet confessio cū modica
 attritiōe (vt verbis vtamur prestitutis) quod ipsa cōtritio ex sese
 prestare possit. Et hoc est qđ in alio loco etiā pollicetur. Vt quo-
 tienscūq; ingemuerit pctōr remittat ei. Et in euāgelio septuages-
 sies septies remittendum dominus dicit. Quotiens vt reuertamur
 ad eum / nos admonet? Quotiens stat ad ostium & pulsat
 vt patefacto aditu ipse cum aperiente cēnet: et aperiens secum
 Qui pulcherrimum ducit misericordiam in omnes facere: & pacem
 omnibus dicere: & pacem ijs qui in caelo & pacem ijs qui
 in terris sunt: pacem Iudæis & pacem gentibus: & fugata et
 propulsa omni falsitate / pulcherrimam mundo inuehere veritatem:
 & candidissimum mundo reddere iustitiæ solem. Ex sese /
 omnia hæc veluti e promptuario omnium bonorum vberissimo
 præstat. Ager ipse fœcundissimus / omni secretiore thesauro et
 omnium bonorū vbertate refertus. Fons est vberissimus multi-
 plices ex sese scaturiens vndas. fons misericordiæ / fons veritatis /
 fons iustitiæ / fons omnis pacis. Et nos omnes de tam salutari
 fonte potemus / simul omnes mox percepturi gratiam. Nec
 tantum vereamur iustitiæ rigorem: quin vehementem habeamus
 in misericordia fiduciam. Meminerimus non solum in caelo
 has sibi pulchre commiseri sorores: sed etiam in terris sibi
 obuiam venire. In caelo iustitia & pax osculata: in terris misericordia
 & veritas obuiauēunt sibi. Videamus quo pacto ex istis
 incomparabilis confurgat concōnētia: vt nec inferna pœnarū
 loca / isto penitus careant inenarrabili concentu. Diximus in
 quodam loco ex veterum sententia. Maiorem terminum deum
 esse: minorem / hominem: mentem angelicam / esse quādam veluti
 differentiam. Iterum maior terminus secundum analogiæ
 rationem mundus angelicus: minor / mundus elemētāris. Differentia /
 cœlestis. Maior item / supernus vbi iustitia & pax osculata
 sunt. Minor / infernus vbi iustitia perpetuo plectit discordiam.
 Differentia / hoc nostræ peregrinationis ornamentum. Vbi
 misericordia & veritas obuiauēunt sibi. Quæ in libro de harmoniæ
 elementis explicata sunt. Et si iustitia in inferno inferiori
 discordiam plectit: suis non prorsus caret functionibus misericordia.
 Moderatur ipsa iustitiæ rigorem: temperat illius ardentissimos
 a stus. Nec in peccatores / qui prorsus misericordia indigni sunt /
 nimium illam succensere sinit. Et qđ tota sit illa cœlestis:
 longe tamen lateq; se fundit: & penitus oia etiā iustitiæ sibi

Explanatio.

184

vendicat loca. Regnum igitur CHRISTI per omnia diffusum
 Eius pietate sese omnibus etiam vltimis pœnis admouente.
 Cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum Amen. In græcis
 exēplaribus. ἔλεος καὶ ἀλήθεια συνήντησαν Δίκαιος
 σύννη καὶ εἰρήνη κατεφίλησαν. Id est misericordia et veritas
 conosculatae sunt iustitia & pax osculatae sunt κινέω enim
 vnde συνήντησαν id ē osculor / oro. et φιλέω ὅτε μ. i. vnde
 κατεφίλησαν. Amo / consuecor / soleo / osculor. Quod ergo
 dicitur in interpretatione latina. Misericordia & veritas obuiauē-
 uerunt sibi: in mutua intellige oscula & super sanctos & ineffabiles
 atq; vltimundanos congressus: vt sancta quaedam paritas
 immo admirabilis æqualitas & vnitas in tantis et admirandis
 (quæ deus ipse sunt) virtutibus obseruetur. & ibi inenarrabilem
 pacem esse / vbi regnum pacis est: & omnia in pace sunt. In
 pace (inquit) in idipsum dormiam & requiescam. Osculum existimant
 eruditi officij esse: cum e longinquo redeuntes salutamus atq;
 osculamur. Id quod diuino & vltimundano more inter has
 virtutes & tantas diuinas rationes seruatum est. Videbantur
 olim ipso effectu ante aduentum domini IHESV seiunctæ /
 quando olim desiderabundi patres efflagitabant. Ostende nobis
 domine misericordiam tuam: & vtinam dirumperes caelos &
 descenderes. Et iterum. Veni ad liberandum nos domine
 deus virtutum. Antea enim vincti videbantur & tantum iustitiæ
 legibus subijci. At mundo / ex oriente clarissimo sole iustitiæ /
 officij & tam exuberantioris iustitiæ causa / misericordia veritas /
 iustitia & pax occurrerunt (vt sacer habet Hieronymus) &
 data vniuerso pace & exuberantiori gratia / deosculatae sunt. isto
 inenarrabili officio nobis parta salute tū maxie cōcōnētibus cœlestibus
 aīs. Gloria in altissimis deo: & in terra pax hoībus bonæ
 voluntatis. Concōnunt supercœlestes animæ / oscula tantarum
 virtutū nostra sunt pax / et amor / in dño IHESV exultatio / gaudium
 & tandem desideratissima salus.

12 **V**eritas de terra orta est: & iustitia de caelo prospexit.

CHRISTVS IHESVS dominus noster de pāthagia virginis terra /
 virginea / & simul fœcunda / terra benedicta / terra salutari
 & supsancta mūdo nasci & exoriri dignatus est. Nec ob eā
 quā æternū habet īfinitudinē / caelos deseruit: sed ipse qui sūma
 iustitia & pax est: bñfice de caelo pspexit. At quo pacto de caelo
 pspiceret: nisi in caelo esset? Hic nimirū est ille q de se dicit. Cælū
 michi sedes est: et terra scabellū pedū meorū. & quem vīr iustus

In psalmum LXXXIII

suspiciēs tanta amplitudine consistentē ait. Si ascendero in cœ-
 lum illic es: si descendero in infernum ades. Si sumpsero pēnas
 meas diluculo & habitauero in extremis maris: etenī illuc manū
 tua deducet me: & tenebit me dextera tua. Ipse est qui īfinitudīe
 sua replet oīa. Ipse veritas: ipse iustitia. Et orietur (inquit) timen-
 tibus nomen meum sol iustitiæ. Et quid est iustitiæ sol / nisi ipse iu-
 stitiæ splendor: ipsa iustitiæ incomparabilis lux: immo vero ipsa
 (vt diuini theologi aiūt) iustitia. Et rationes vtriusq; virtutis im-
 mo omnium virtutum inenarrabili & vltimundano modo illi
 conuentūt. Iustitiam finiunt. Qua iusta volumus facimusq;. Res
 rebus ipsa confert: & iustam in singulis proportionem seruare
 nouit: omnia contemperat. Et nō modo res inuicem proportio-
 nem suapte natura habentes æquat: sed res etiam longo inter-
 uallo inter se differētes. Spiritualia iungit humanis: atq; incor-
 poralia corporeis. et quod maius diuina humanis contēperat
 diuinis humana ī eandē hypostasim vt (in domino IHESV) ne-
 dit vnitq; sed ineffabiliter / sed supra omnem angelicū captū.
 Nec ea solum ratione necit / qua omnibus præsens est / diui-
 na substantia: sed quo in eandē hypostasim diuina cum huma-
 nis abeant: ipsa. i. iustitia / cum desumpta humanitate ipsa veri-
 tas / logos / sermo & sapiētia patris / cum mortali alioquin homi-
 ne: æqualē quoquo modo cū diuinitate hoc est in eandē hypo-
 stasim venientē: et proinde omnisapientē sacrosanctam huma-
 nitatem faciens. Ipsum quoq; dñm IHESVM / quātum ad hu-
 manitatem assumptā pertinet / sapiētissimū: vt ipsa diuina vir-
 tus sapiētissima: ex mortali / immortalē: & demū dedit illi iudici-
 um facere quia filius hoīs est: qui de se prædicat. Data est michi
 (inquit) potestas in cœlo et in terra: Caput / spōsū illū quoq; ec-
 clesie / regem regū & dñm dominātū & summū pastorem (pro-
 pter vnam cum immortalitate iuncturam) reddens: pulchrum
 et admirabile hoī cum diuinitate participiū donās. Nec in vno
 mō / sed in plerisq; & fere oībus tale quodplā cōmertū habēs /
 talē quādā singulis donās synaxī: quo pulchrē qua fas est: æqua-
 rē quoquo modo humana diuinis hoc est in eādē sortem ve-
 nirent. Et illud per omnia mirabile confurgeret cōmertium. Vt
 den ipsum dominū IHESVM iustitiam esse. Videamus si tenta-
 re poterimus ipsum veritatem quoquomodo demonstrare. Ver-
 itas verba reb9 æquat: quomodo iustitia res ipsas rebus æqua-
 re dignatur. Verbum vnum est / omnium verborū eminentis prin-
 cipium & causa. Vt vna salus totius salutis causa & ratio. Illud
 verbum omnis verbī rationes facile continet. Ipsum igitur infi-

Explanatio.

185

nitum / eternū / incōmensurable / sanctum / imortale / viuificum
 et viuificans verbum. Ipsum rebus sed ab ipso eodem cūcti pos-
 tente verbo equatum est. Omnis quippe creaturę noīe homo
 censetur. at ipsi quodā modo equatum est homini deo (quem
 θεὸς ἁπλοῦς vocāt) domino IHESV CHRISTO / eius quī-
 dem humanitati / verbū illud quod in sinu patris eternum & im-
 mortale etiā est. Per ipsam quidē synaxim siue cōmunicationē
 idiomatum (vt aiunt) quātum ad naturam humanam pertinet.
 Ipse igitur veritas & iustitia: imo eadem iustitia est quę & veri-
 tas. Nomina plura (vt antea diximus) res eadem. Atq; in vnū /
 propter mirabilē quā moluntur agūtq; cōmensurationē abeūt.
 Idem ergo dominus IHESVS qui summa est & eterna veri-
 tas: in plenitudine temporum de panthagia & super sancta vir-
 gine exortus est: & qui simul æterna atq; imēsa iustitia eternū
 consistens / de cœlo prospexit. Propter nos quidem quo nos om-
 nes admirabili donaret secundaretq; exultatione & gloria / ex-
 ortus est: & propter nos ipsos de cœlo prospexit / nobis prouide-
 dens: & diuas parthenices gratiam & virtutem donans. Eius
 quippe vna est prouidentia & diuina quędam prospicientia.
 Prospicit prouidetq; mortalibus rebus: quo imortales tandem
 efficiat. et suo tanto tamq; diuino participatu donet. Prospiciē-
 tia domini fauorabilis est. Prospicere vero est ante siue a longe
 videre / prouidere / curare / cauere. Tāta illius benignitas & cle-
 mentia in nos est: vt qui omni tempore / sua eternitate præsens
 est: tamen quādā quasi sollicitudinem de nobis gerere videat-
 tur. & proinde ante / & de longe nobis prouidere & nō solum sua
 misericordia: sed ipsa id facit iustitia: quę paulo antea rigidior vi-
 debatur. Et iustitia de cœlo prospexit: quasi in eum locum nos
 curaret inuehere / vnde & prospiceret: satagens nos in nostras
 pene cogere sedes: omnia nobis in tanto vnigeniti filii sui ex-
 ortu fauorabilia reddit: et quę aduersa erant / in vnuersum plausi-
 billa. Quomodo (inquit Apostolus) non cum illo omnia nobis
 donauit: Iustitiam ergo dominus indignationem / iram / furo-
 rem mitiora fecit: & in pulcherrimum iustitiam cum misericor-
 dia pene ad egit fœdus. Nō iniuria igitur vir sanctus se in iusti-
 tia diuina se exaudiri poscebat. vt in. cxlij. psalmo. In veritate
 tua exaudi me in tua iustitia: quā tum sentiebat ineffabiliter cū
 mīa conuenire. Et talia diuinæ veritatis aut iustitiæ præconia
 & reliquarum id genus diuinarum virtutū / nostri admirabiles
 sunt profectus: nostri in deum ascensus. Cui est gloria & impe-
 rium in æterna sæcula. Amen.

A. l.

ET enim dominus dabit benignitatem: et terra
nostra dabit fructum suum. 13

¶ Iuxta illud accipiendum est. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei: non ex operibus quae fecimus nos: sed secundum misericordiam saluos nos fecit. Veritati & iustitiae quam proxime collaudauerat: benignitatem connectit. siquidem & antea dixerat iustitia & pax osculatae sunt. Et quo modo pacem praecedit iustitia: haud aliter benignitatem antecedit. Et iustitia (inquit) de caelo prospexit. Et statim subdit. Etenim dominus dabit benignitatem. Esaias. Utinam attendisses mandata mea: facta fuisset quasi flumen pax tua. & iustitia tua sicut gurgites maris. Origo quedam iustitia est: flumen / pax: & proinde benignitas & humanitas. Pulchre ait Apostolus: iustificati ex fide pacem habeamus. Et in psal. lxxi. Orietur in diebus iustitia & abundantia pacis. Manifestum est in veteri testamento iustitiam: gratiam / & benignitatem noui testamenti praecessisse. Id quod manifeste explicat Ioannes cognomento baptista. Lex per Moysen data est: gratia & veritas per Iesum Christum. Possumus etiam ad iustitiam quam ex fide est intelligentiam retorquere. Quomodo dicit Apostolus. Iustificati ex fide: pacem habeamus. Sed satius est ad iustitiam siue quendam iustitiam in veteri testamento rigorem / totum referre. quasi dicat. Lex praecessit data per Moysen: dabitur benignitas per dominum Iesum Christum. Et qui aeterna benignitas est / benignitatem & sanctam sui similitudinem in omnes effundet. Promittebat olim iustitia: tamen illi misericordia comes esset. Promittentibus in hac plenitudine temporum benignitas siue gratia: quam illi iustitia semper coniuncta sit. Sunt enim (id quod frequenter ex Hieronymo diximus) hi calices in scripturis fere saepe mixti. Vtraque virtus pulcherrimo inter se occursum ad regnum orbis praecedit: ambe in meliores profectus nostros inuicem iunguntur. Aurea erunt haec secula & foelicia: ubi non bellum / non seueritas iustitiae regnabit: sed benignitatem dabit dominus. Sed quam aliam magis benignitatem nisi verbum suum qui suapte entelechia & essentia benignitas est: Loquetur tamen nobis in filio suo: per quem fecit & secula. Nichil terribile tunc videbitur ut olim: sed pacata omnia. Nec in filio modo dabit benignitatem: sed in hominibus. Concipientibus tum angelicis choris. Gloria in altissimis deo: & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Siue ut alia interpretatio habet hominibus bona voluntas. Bonae voluntatis Augustus Caesar ortus dominici tempore fuit in subditos: & vniuersitas magna in illum. Et exiit (inquit euangelista) edictum a Cesare Augusto ut describeretur

vniuersus orbis. Sed quo pacto vniuersus orbis describeretur: nisi vniuerso orbi pax esset: Hanc pacem / hanc inter omnes benignitatem admirandam / puero IHESU vniuersi & ipsorum animorum domino / mundo inferente. Seueritatem iustitiae / ipsa moderante benignitate / datis exuberantioribus quam vniquam praemereri possemus praemiis muneribusque: citra quam par esset habita actaque in peccatores censura. Etenim (inquit) dominus dabit benignitatem & terra nostra dabit fructum suum. Plenitudine & vbertate benignitati addit. Quo amplissima sunt vndique domini beneficia: & munus vnum alterum consequatur. imo vero vnum infinita consequantur. Et terra (inquit) nostra dabit fructum suum. Sed quoniam alia terra est: nisi illa de qua statim in primo lumine dixit: Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. Quam ab omni inimica maledictione consalutat angelus. Aue (inquit) gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Et Helisabet / Benedictam quoque inter mulieres dicit. Hoc est plusquam omnes mulieres: imo vero super omnem quae in caelo & in terra est creaturam. De qua concinit ecclesia. O benedicta inter omnes foeminas / quam angelos vincis puritate / & omnes sanctos superas pietate. Et terra nostra dabit fructum suum. illum nimium de quo dictum est. Et benedictus fructus ventris tui. Ille vni fructus salutem mundo & omnem foelicitatem restituit. ut mille annos secundum quod scriptum est: imo plusquam mille annos dominus cum suis mira benignitate / pace / & tranquillitate regnaret. ille nimium fructus qui & benignitas est. Obseruamus inter fructus benignitatem ab Apostolo in epistola ad Galathas connumerari. Fructus autem spiritus est / charitas / gaudium / pax / patientia / benignitas. Videntur inter priores fructus benignitatem connumerari. Et cum bonitas quaedam benignitas sit: inter fructus lucis etiam connumeratur. Id quod in epistola ad Ephesios dicit Apostolus. Fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate. Hic igitur vnus fructus qui vberimos fructus & lucis & spiritus & multo plurimos alios nobis condonauit: & citam & extimam et superbendam illam terram (de qua ad patrem est sermo) vndique secundam fecit. Benedicta tamen primum haec terra quam incolimus esse coepit: quae dominum presentem haberet: & foelices aetas in caelum ipso authore domino deducere posset. Benedicta illa terra videntibus: cuius iustas ob angelorum ruinam / tamen proxime repletur. Benedicti tamen omnes & corpore & anima: qui presentem dominum tum ferre poteramus / & dicere. Benedictus qui venit in nomine domini: deus dominus & illuxit nobis. Et obseruauit futurum per presentem nonnunquam imo frequenter in scripturis accipi. quam artem hic apertissime obseruauit. Antea dixerat ve
A. ij.

In psalmum LXXXIII

ritas de terra orta est: & iustitia de caelo prospexit. Hic vero, Etenim dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum. Quæ omnia in eundem dominum IHESVM referuntur / atq; in eadē eius tēpora. Nisi aliud hic forte intelligere velimus: & eam benignitatem accipiamus: quæ cum domino in finem vsq; sæculi nobiscū futura est, iuxta quod dixit ego vobiscum sum vsq; ad consummationem sæculi. Quo tempore terra nostra / hoc est coelestes homines / qui etiā terra & cinis sunt: suos hoc est diuinos & sanctarū virtutū & charismatū fructus / sunt daturi, siue ad ecclesiā referat: q̄ in terra adhuc militat: in extimis tamen aīo agens: & sicut luna pfecta testis est in caelo fidelis / quæ fructum suum hic datura: in caelum tandem illatura est. Sed per superbenedictum fructū dominum nostrū IHESVM CHRISTVM: qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorū. Amē. Ex primario enī intellectu / ceteri quadam analogia & pportione propter quandā imitationē / et admirabilem in rebus cum citis tum diuinis sympathiā similitudinem & analogiā mira arte deducuntur.

Iustitia ante eū ambulabit: & ponet in via gressus suos. 14

Manifeste omnia ad Ihesū verū messiah & promissū in lege referunt, & secundū illud accipiendū est qđ in. lxxxviiij. psal. scribit. Mīa & veritas pcedēt faciē tuā. Quid enī aliud mīa: q̄ benignitas? Vna alteri⁹ aut idiuīdua & pxima comes / aut eadē est. Dixerat alio loco. Firmet manus tua: & exaltet dextera tua: iustitia & iudiciū pparatio sedis tuę. Nō solū mīa & veritas pcedunt eius faciē: similia quēdā p vnīuersum cū pdicaturę tum disseminaturę: sed iustitia hoc loco añ eū ambulabit. In eo vero psalmo. lxxxviiij. iustitia & iudicium sunt tātæ suę sedis pparatio / siue correctio sedis eius vt in. xcvi. psalmo scribitur. Ne forte intelligant mīam sine iustitia vnq̄ regnaturam. ne nimium forte de mīa psumentes / negligent⁹ id qđ frequēter euenire solet aut remissius hoīes agerent. Cautela scripturarū est id qđ p̄cipue (authore Origenē) obseruat. Ap̄lus / placabilitati rigore quendā & seueritatē cōfestim admouere. Ne nimīū cōfidāt aut relaxent: ne cōtra etiā nimia seueritate desperēt hoīes. Hic calix dñi inebrians q̄ pclarus est. Nouit sapientia miscere vinum suū / tēperat singula / moderat omnia & iustitiā mīæ cōfert: hic benignitati iustitiā non tam comitem q̄ ducem addit. vt ante eum qui benignitas sit / iustitia ambulet. In psalmo. xliiij. Accingere gladio tuo (inquit) super femur tuum potentissime.

Explicatio.

187

Ille gladius insigne iustitiæ est / de eodem in secūdo psalmo dictum est. Reges eos in vitga ferrea: & tanq̄ vas figuli confringes eos. Et ne forte terrore gladij desperemus addit in psalmo xliiij. Specie tua & pulchritudine tua intende prospere procede & regna. Vbiq; diuinā aduertis artem. Et ponet in via gressus suos: secundū illud accipiendum est. De torrente in via bibit: p̄pterea exaltabit caput. Ad iustitiā quoq; referre possum⁹: vt quæ olim de caelo prospexerat nequaquā stas illas sedes ommittens / assumpta humanitate in via poneret gressus suos. Et qui vbiq; erat: propter humanitatem assumptam nouo incedēdi genere vteretur. Simpliciter quod dicit in via / accipiendum est. ac si diceret. Nouus mundi incola fiet / nostræ humanitatis particeps effectus est: quando verbū caro factum est: & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius / gloriam quasi vnigenitā a patre. Nō satis illi erat / de cęlo respicere: nisi nobiscū ageret. Et nō confunditur illos vocare fratres dicens. Nunciabo nomē tuum fratribus meis: quo tandem humiles / per omnem misericordiam & benignitatem proximo respiceret: qui alta de longe conspiciat: per ipsam fortasse iustitię seueritatem. Iuxta quod dicit. Iustitia de caelo prospexit. Magnus haud dubie nobis p̄uentus / & utilitas accessit: vnigenitum dei filium qui equalis & consubstantialis cum patre erat: & fratrem / & viatorem habere qui optimus maximus / iamā tota diuinitate perfruebatur: vere deus & homo ineffabilis & admiranda omnium foelicitas. Non poterat maiora aut meliora charitatis signa dare: q̄ (vt etiam alio loco dicit) animam suam poneret pro amicis suis. Et granum frumenti cadens in terram moreret. Cui est honor / & gloria in sæcula sæculorum. Amen. In gręco est. εἰς ὁδὸν τῆς Διαβήματα αὐτοῦ id est in viam gressus ipsius. & fortasse non sine emphasi in viam: quo modo in Gręcis est exemplaribus. quo iugis significetur huiuscę viæ cursus & maior progressus. Siquidem & dominus noster IHESVS CHRISTVS exultauit vt gigas / ad currendam viam: & a summo cęlo egressio eius. Fuit velox & felicissimus huius viæ suæ cursus: qui tam facile vnīuersum penetravit. Venerat enim ad dandam scientiam salutis plebi suæ: in remissionem peccatorum. Mira est (iuxta Origenem & Hieronymum) profectuum differentia. Isaac ambulans & progrediens maior fiebat: Paulus cursu velocissimo suprema capebat. Sequor (inquit) si quomodo comprehendam: & ad destinatum persequor brauium / supernę vocationis.

A. liij.

Et alio loco Sic curro nō quasi ī incertū: sic pugno nō quasi aerē verberās. Et in secūda ad Timotheū. Bonum certamē certauī: cursum consummaui. Dominus IHESVS non tam currens q̄ fallēs est. de quo sponsa in cātico. Ecce iste venit saliens in montibus transiens colles. Si cōsideras quomodo occupatū falsis superstitionibus / mundū ad agnitionem veræ fidei reuocauit: intelliges quo pacto fit super montes saliens & exiliens super colles. Pulchre igitur hæc iustitia in viam ponit gressus suos: quasi salutem nostram continenter operetur. Pater meus (inquit) vsq; modo operat̄ & ego operor. Actio est vnigenitus fili⁹ (ait Victorin⁹) vlt̄a & efficiētia. Dñs ipse est iustitia. Idē igit̄ qui præcedit & idē qui sequitur. Ipse via & ipse idē noster dux et antesignanus in tantis semitis iustitiæ: quo nos sua imitatione deducat in mōtem dñi & in tabernaculum dei iacob. Hūc nobis proponit Apostolus quem imitemur Et adolescētulæ. Trahe nos post te. Curremus in odorem vnguentorū tuorum. Curremus igitur & nos in odorem vnguentorum suorum. Curremus / si quomodo tandem compræhendamus: et ad propositum festinabimus brauium æternæ hæreditatis: Interea hos diuinos pro omni recreatione & tātis profectibus concinētes hymnos / in illo omnem salutem sperantes habentesq; qui in via pro nostris commodis posuit gressus suos: & tanta pro omnium salute perpeffus est. Cui supersācto & superamabili deo & dño nostro IHESV CHRISTO sit omnis honor et gloria Amen.

¶ Explanatiōis in psalmos. xv. liij. lxxxiiij. & lxxxiiij. finis / ad laudem gloriam & exaltationem sanctissimæ / cōsubstātiālisq; trinitatis patris filij et spiritus sancti & domini nostri Ihesu Christi dei & hominis atq; supersanctæ suæ matris intemeratæ semper virginis / absolutæ et perfectæ Anno salutis hūanæ Millesimo quingentesimo decimo quarto.

ALANVS VARENIVS MONTALBANVS THOMAE Colinerō Regio in senatu Burdegalensi aduocato integerrimo doctissimoq; eodem cognato amantissimo. S P D.



Dixeramus superioribus diebus doctissime vlt̄a nō nichil in laudes sacrosanctæ & intemeratæ θεοτόκου hoc est dei genitricis Mariæ: in quam veluti mediātricem / & nostrę salutis post vnigenitum filium suū causam / omnia vota nostra referenda erant: cū propter suam eius generalē specialemq; in omnes protectiōnem et prouidentiam / tum in nos. Potest vnusquisq; in sese facile experiri / a quātis nos illa dei mater & virgo toto huius momentaneę vitæ curriculo / eripiat malis: & famæ et vltæ melioris / discriminibus. Vt nichil certius habeamus q̄ illam vniā esse totius humani generis singularē seruatricē / omnium ad se venientū præsidium / asylū / matrem. Clemens est: & nichil placabilitate misericordia & pietate carius habet: vnicū & admirabile totius cœlestis gratiæ promytuariū & virtutū omnīū & sacratorū charismatū / cœlestiūq; fauorū incōparabilis thesaurus. Cui post vnigenitū filiū suū electū ex milib⁹ oīa nos debere fateamur necesse est. Nō finit illa / in qua veluti in miæ sollo vnigenit⁹ dei fili⁹ posuit solū suū / titubātes pror⁹ corruere. passim diuini amoris incēdia in oēs iniiciens. Præuenit nos illa nimirū in bñdictionib⁹ dulcedinis: oībus volēs insistit: præcipue ijs qui collectim vno cōsensu in eā / inq; ei⁹ vnigenitū filiū suū preces fundūt. Tātus illius in nos amor est / tanta charitas. Quid igitur non debemus illi / q̄ mater est salutis / mater verbī / vnico illo verbo suo / omnibus viā veritatis & iustitię prædicās: & plane aperiens salutis iter: quo ostēditur salutare dei: sese pro via qua dā & porta cœli / pro duce stella mirū in modū nobis gratificante / exhibens / In quam tantis obfistētibus peccatis nostris ne forte a dño recipiamur / vetante etiā ingēti discriminū serie / vnū habemus salutis remediū: vnū rei nostræ melius gerendæ misericordie / pietatis / benignitatis / clemētiæ sanctū & admirabile cōsistoriū: in quod a iustitia (decernēte patrū decreto) prouocatio est. Astat ī eo tā egregio & sublimi sollo regina a dextris filij: quo in omnē illū flectat (si tā immobilis & stata maiestas vlla ratione flecti potest) pietatē / miām / clementiā. Et quod magis mireris ipsa vnū fastigiū / thronus & sedes miæ / ipsa publicū illud in quo peccatores misericordiam consequantur & veniam / auditorium. Assurgit filius matri: ipsam decernentem veluti illustris

simam reginam & cui tanta data sit iudicandi potestas facit. Ista nos mouebat (fatemur) clarissime vir: quo vel tantillū munusculi in eam conferremus: quo vel minutissimos istos conatus nostros illi pietissimæ reginæ cœlorū dicaremus deuoueremusq; magis vero nos in vniuersum mentē/animūq; dederemus: abs qua tantā possumus sperare salutē. illā quidē αὐτῶν ἡμῶν ἡμῶν ἡμῶν ἡμῶν nāq; et quod oculus nō vidit/ nec auris audiuit/ nec in cor hoīs ascendit id nimirum qđ preparauit deus τοῖς ἀγαπῶσι αὐτόν id est diligētibus ipsum. Et qđ (vt facer ait Hieronymus) non sit speciosa laus in ore peccatoris: votis tamē omnibus non debet cessare a laude q̄tumcūq; peccator: quia inde habet vt mīam cōsequatur et gloriā: vnde & laudet. Vnde scriptura cū de peccatore ageret/ ait. Sacrificium laudis honorificauit me: & illic iter quo ostendā illi salutare det. Illic iter est laudis ad aternā laudē sine fine mansurā. Sed nemo ascendet illuc (inquit) nisi ego præmonstrauero. Misericors est & miserator dominus: diues in omnes (vt ait Apostolus) qui inuocāt nomen eius. Atq; vtinā nos miselli & peccatores/ illam quā pro dignitate laudare non possumus: votis omnibus prosequimur. Supremis numinibus vix similitudines auri cū distinctionib; tātillīs argētī offerre/ datur: quid nos qui nichil sumus: & tātis nos premētibus erratis omni re habemur & sumus inferiores/ offerre in sãcta dñi poterimus? quid largiri/ donare? Satis nobis datū iri putabimus: si hæc qualiacūq; vota illi omni sancte (qua fas est) matri obtulerim; si hoc vnū vtinā rectū purūq; desideriu. vtcūq; est nos istos conat; nostros tibi amatissime cognate post illā dedim; dicamusq; certiores redditi te ī eadē incredibiliter affici. Opus subitariū est & extemporalē/ non ea maturitate qua deceret cōpositū: & in occupationū milibus magis ipetu quodā q̄ altiore cogitatione pfectū. At ingēti labore & eximia puritate op; erat. Diuine sacer Gregori; Nazianzenus inquit ὑβρισ ἀπαργον ἐόρτα παρεδάμεναι θυεσσι. i. iniuria est impurum existente assistere sacrificijs. Idē tamen vir sanctus nos in diuinorū cognitionē & proinde quēdā quasi contactū in cōsequētibus hortat; imo ipsum verbū diuinū nos hortat. Δεῦτε δὲ πᾶσι θεοῦ βοᾷ λόγος ἀφθιτῶν ἡμῶν τισ σπεύσετε ἐπὶ τριάδος γρῶσιν ἐπουρανίης. Agite vero oibus dei clamat verbū incorrupti cōcilij: festinate ad trinitatis cognitionē supercœlestis. Dabis veniā nostrę nimietemeritati. Dabūt viri boni oēs. Maluimus quippe vel rudē telā ordiri: q̄ aut ocio torpescere/ aut nichil vel minimū aliquid per vitam agere. Sed res minor est q̄ vt præfatione egeat. Vale
amantissime vtr.

IN LAUDES ET PRECONIA ΠΑΝΘΑΓΙΑΣ
HOC EST OMNISANCTAE DEI GENITRICIS MARIAE LAVDATORIVS
SIVE PANEGYRICVS SERMO I.



Ogit nos diuinū quod reginæ cœlorum hyperagiae id est supsanctæ matri dei genitrici Mariæ/ grauisissimi patres debemus obsequiū: vt nihil sermonēq; in eam/ abs qua omne nobis defluxit post deum bonum/ conuertamus. Non quo ab alijs hæc qualiacūq; legēda audiēda ve sint (indigna quippe sunt) sed quo nobis diuinam exercitationem indicamus: ex nulla alia re vberiores fructus consequuturi. Ipsa nāq; quæ supra cœlorum vertices sublimata ad dexteram confidet filij/ nulli tam mortalitati subdita est: vt nullis antea fuerat legib; deuicta peccati: omnes benigne & fauorabiliter aspiciet/ aplectitur: vere augusta & sēpiterni regis filia/ soror/ spōsa & mater: eiusdē p̄cipis & regis æterni tātū de more viuēs/ soluta & libera: leges & diuina decreta quo salubriter viuant diuis animabus non tam indict q̄ interno quodam afflatu insinuat. Quis diffitebitur illi secundum post deū (si dicere par est hoc enī dñi et dei p̄p̄riū est) aut quēdam quasi illapsū debet: cui maior purgandi/ illuminandi & perficiendi ratio/ q̄ angelicis spiritibus inest. Cœlo & omni numine maior/ ea dem quæ illustrioribus luminibus donauit: perficit numina. Propter quod merito ab angelo gratia & deo plena salutatur. Vere plena (ait sacer Hieronym;) per quam largo sancti spiritus imbre superfusa est omnis creatura. Et ideo digne illa venerari debem; & supra omnū angelorū fastigia cōstitutā dignis et cœlestibus concelebrare preconijs: sacris sublimare honoribus/ quæ mater & virgo est: omnis misericordiæ & pietatis vnica & venerāda regina: tantarum olim rerū mysterijs et figuris/ nobis abunde præmonstrata. Cui enim illa magis conuenient q̄ ipsi eidē matri quæ omnia lōgo interuallo antecedit: singula complectitur: & eminētia vlttramundana stringit: diuinitis sanctior charismatibus: & incomparabili virtutum agmine præfulgens. In culus inenarrabiles laudes totus exurgit sponus/ atq; in vniuersum illa superbenedicta trinitas & tota proinde curia cœlestis. Tota pulchra es amica mea (inquit ineffabilis tritas) & macula non est in te. Vere tota pulchra: in quam nulla vnq; sibi locum vendicauit macula; nullum irrepit antiqui ser-

In laudes dei genitricis Mariæ

pentis vitus. Viderunt eam filie Sion & beatissimã predicauerunt: & reginẽ laudauerunt eã. Nec iniuria: siquidem aliis contracta labe infectis: ipsa vna immaculata permãsit. Nec indignit redemptore: quẽ tãto honorata est preseruatore. Maioris quippe virtutis est seruare ne cadas: quã post casũ / quẽcũq; lapsum / erigere. Vtrũq; autem diuini muneris est / nõ humani. Sed alterum altero maior. Alterum diuinẽ magis ascribendũ parenti: quẽ nulli potuit obnoxia esse odio / nulli sui filii indignationi: vt quam (nichil atiquus habens) & ante partũ & post partum incomparabili celsit honore. Nec tã infixã carni lex fuit: quin ab illa fuerit ppter venerandũ matris munus / liberatio. Quomõ enĩ talis & tanta virgo & mater tota pulchra est: si ab originali peccato nõ fuit immunis? aut quomodo dealbata innixa sup dilectũ suũ: si nõ penitus innixa? si vt ille purissimus & õni labe supior / nõ fuerit ipsa purissima? Viden vt in sacramentis & secretioribus symbolis / oĩa scriptura aperit. Hortus (ait) cõclusus fõs signatus. Conclusus vndiq; nullis diabolicis patẽs accessibus: diuinis tantũ nõ amplius humanis mactat obsequiis: totus trinitatis veluti fõs gratiẽ diuiniorib; / illae adẽ virgo cõsecrata est sigillis / maioris & sublimioris potẽtiẽ sacramẽtis. Per quã diuiniorẽ & abstrusiorẽ potẽtiã & virtutẽ (quã *Δύναμις* vocãt) õni astu & diabolicis machinationib; haud eẽt inferior: quã melloris sapientiẽ & ardentioris amoris fulta esset p̄sidis. Quibus circũuallata diuinis signis / facile atiqui serpẽtis obliſteret conatib; / ignib; tota itus cõcalecta diuinis / celestib; & vltimũ dantis. Quã miratus sp̄s factus ait. Quẽ est ista quã ascendit / sicut virgula fumĩ / ex aromatib; myrrhẽ & thuris & vniuersi pulueris pigmentariĩ / ex õni virtutũ genere grandẽ cõportans in celestia tabernacula a ceruũ: tñ ob insignẽ hũilitatẽ tãta charitate flãmata / adhuc virgula fumĩ: vtpote diuinis extenuata & cõcremata incẽditis. Vt alteri nõ sibi viuẽs / vix sibi virgula existeret: quã adeo vastissimũ quãdam & impenetrabile celũ esset: imensã diuinitatẽ cõtinẽs / ipsa eadem a diuinitate circũclusa. In cuius laudes canit ecclesia. Quia quẽ coeli capere nõ poterãt / tuo gremio / o admiranda p oĩa virgo / cõtulisti. Viden vt simul maxia et minima est: viden vt virgula / & vastissimũ quãdã abitus: pulchra vt luna: imo pulchrior luna: quã plenissima semp / illustriore et proinde exuberãtore illuminaẽ iustitiẽ sole: nec tenebras nouit: quã purissime luci iugi meditatione intẽta est: illã semp respiciens: tales fulgores cõtinẽ in sese admittens. Ineffabilis sibi & alternans vicissitudo est. Respicit filius matre: & suo lumine cla-

uirgo Maria
indignit redemptore
mysteriũ est
redemptio dñi
õni modo quam
nõ

Sermo primus.

190

rissimam facti. Et raliũ fulgorũ patiens cõspicit filium mater: sacratoris luminis effecta particeps: aureos venerabiliter suscipiens de diuinitate radios: illis supra captũ õnẽ inter suscipiẽdũ coagẽs: tãta sibi inuẽta sympathia & diuinitate cõcordia: vt nulli melior aut sonior fuerit vnq; cõperta. Vterq; speculũ sine macula / rosa sine spina & liliũ inter spinas dẽsissimas candidissimum. Vt quicquid venerationis in filio est: hoc totum in matrem referatur. De filio dictũ est. Et lux in tenebris lucet & tenebrẽ eam nõ cõprehenderũt. De matre. Quẽ est ista quã ascendit de deserto? in medio quippe deserto squalentis seculi & asperitatis cõuallibus antea posita: tamẽ cõtra naturã deserti amplissimã in dñica horrea cõportabat frugẽ. Et ppter ea subdit. Deltijs affluens. pulchre omniũ virtutũ genera ex diuinis p̄dibãt diuinẽ matris fulgoribus. Vere virga Aaron quẽ frõduerat: & multiplicem p̄duxerat fructũ. Lux dominus est: & ipsa / illa lux est: de qua loquitur scriptura. Fiat lux: & facta est lux. Si enim beatissimi angeli lumina sunt sp̄ualia / manẽtia / nunq; peritura: quomõ nõ talis quẽdã lux / imo õni ea luce longe superior dñi mater erit: quẽ solẽ peperit iustitiã: qui suis radiis vniuersum illustrauit mũdũ: & multiplici dissipato errore verã lucẽ iuexit: lucẽ quidẽ statã eternãq; nõ deciduã. Qualis & quanta hęc est quẽ inter mulieres imo plusq; omnes mulieres / benedicta est? Supra quã Eua benedicta: quã nulli Eue maledicto potuit / eẽ obnoxia. pulchrior / Rachel: fecũdior / Lia: magis ipsa Rebecca spiritum sanctũ referens: & verioris selectrix populĩ: tantẽ datẽ benedictionis mediatrix & melior quẽdam causa. Nõ hęc Moysi Aethiopiã propter quã dominus in Aaron & Mariam successe: quã candidior sole luna & omnibus syderibus est. Iudith Oloferni caput aputat. Abigail sua mansuetudine & humilitate promeretur Dauid amplexus. Bersabee interiore magis quã exteriore pulchritudine Salomonem paritura / in cubiculũ Dauid asciscitur. Hester eleuata in populis regio p̄tergresso edicto / regis sese offert / populum liberatura / conspectibus. Hęc vna omnibus fungitur muneribus / celsioribus dignata meritis. Omnes longe superans secretioribus incomparabilis / mysteriis. Serpẽtem vestigiis conterit: diuinis & pulchritudine & omni virtutũ excellentia spiritus sancti meretur amplexũ illius egregia spõsa / dñi mater & tantẽ trinitatis primogenita quẽdã filla. A diabolũ laq̄tis & pessima morte nõ tñ genũ liberat Iudascũ: sed genẽ vniuersã / diuinitate crucis arẽ filium vniuentũ / candidũ / & rubicundũ: electũ ex milib; offerẽs. Ipsa eadem terribilis est

In laudes dei genitricis Mariæ

veluti castrorum acies Tetagmeni id est ordinata. Tãto virtutum agmine illustris: tanta gratiarũ nũerositate conspicua & diuinis circũcincta charismatib⁹. Nec desunt de Ap̃lo galea salutis/ veritatis balthem⁹/ & calclamẽta multa varietate pulcherrima/ in preparationem euangelij pacis: diuini p̃ses magisterit⁹: euãgelicã/ p̃cipua magistra edocuit disciplinã: p̃fecta illi sancto apostolorum collegio, quasi in omnibus celestis curiæ senatoribus vnũuersum populũ sua institutione p̃ficeret: & tanq̃ omnĩ ore loquuta institueret. Veneranda omnĩũ pene in suo filio regeneratrix & mater: quẽ tanto armorum fulgore pulchre deuinceret hostẽ/ & vnũuersum illorũ agmen virtute q̃maxima funderet. Ad filium loquitur pater, Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua & pulchritudine tua intẽde: prospere procede & regna. Quid nõ ista pulcherimẽ & impotẽtissimẽ hoc est plurimum potenti cõuenient matri: quẽ formosa est tanq̃ Hierusalem: pulchrior luna: & cui⁹ species & immortalis candor super coelos exaltatus est. De qua verissime illud quoq; dici potest. Magnificentia eius super coelos. Et. Magnificẽtia & virtus eius in nubib⁹. Illa igitur specie tua & pulchritudine tua/ o domini mater intende: illo tanto virtutũ agmine p̃spere procede/ & regna. Quẽ iamã astitisti a dextris filij tui electi super filios hominũ: in cuius femore scriptum est: rex regum & domin⁹ dominantĩũ. Pulchrũ est ordinem virtutum et gratiarum in domini matre contemplari. Omnes vnã in illa conspicuã aspiciunt charitatẽ: quẽ incõparabiliter in tãta misericordiẽ matre/ ordinata est. Vt ipsa quoq; de se in cantico canticorum fatetur. Ordinauit in me charitatem: in me quidẽ introductam in cellam suam vinariam & diuinitatis immensẽ penetralia: vbi secretiores cum amores tum amplex⁹ sunt. Nã leua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabit me. Quã enim toto magis constringeret affectu: q̃ eam quẽ vnica sponsa & singularis electa est: De qua spiritus sanctus. Vnica est spõsa mea: vna est columba mea: vna est genitrici suæ hoc est celesti Hierusalem electa. Hanc dominus possedit in initio viarũ suarum: priusq̃ mõtes aut quicq̃ aliud faceret ab eterno ordinata fuit. Et mire quidem ordinata: vt per gratiam quã ceteris omnibus exuberantius suscepit inferiora consentirent superioribus: nulla ibi inuenta rebellione aut lapsu. quod minime illi aut cuiq̃ alteri esset concessũ per naturã. Quã quidem naturã prim⁹ magno sui & posterioritatis discrimine fecerat Adã. Nõ enim decebat/ eam quẽ nulli peccato fuerat obnoxia vlli etiã subiect

Sermo primus.

191

indignitati quæ supra omnem naturæ ordinẽ legemq; illius domina & iãã regina fuerat designata/ legum conditrix & sanctissimẽ formatrix (si dicere dignum) virtutis. Pulchrum est virtutum domini contra diabolica tentamenta cernere certamen/ videre victoriam & admirabiles de tam infesto hostium agmine reportatos triumphos. Hac vna duce vincimus/ ista imperatrice/ nullum nobis imminere potest periculũ aut mortis discrimen. Pulchre in eius laudes ait quidam. Tu mare tu terras tu sydera cuncta deumq; concillas: tu tuta salus/ tu pacis origo. tu commune bonum: generis tu gloria nostri. Quid non erit in ea laudis quæ super omnẽ laudem est: abs qua omnis laudis fons vere defluxit. Nobis cynosura & p̃fulgida stella maris: quæ in tantis æstibus sæculi fluctuantes pulcherrime in portum salutis dirigit: nec sinit mergi profundo: quibus misericordiam porrigit frequẽtius auxiliatricem. Ipsa eadem porta ciuitatis Hierusalem celestis est: porta cœli per quã nobis patet aditus in cœlum: ipsa murus/ pulcherrimis p̃sidijs & ingenti firmitate subnixus. Si murus est (ait spiritus sanctus) faciamus super eũ propugnacula. Si porta est: comp̃gamus eam tabulis cedrinis. ego mur⁹ (inquit) & vbera mea sicut turris: ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperies. Murus est circũcinctus pulcherrimis p̃pugnaculis: pro quibus/ munimẽtũ & defẽsio cõtra oẽs diaboli insidias nobis p̃statur. Hæc est illa porta clausa orientem respiciens: per quam dominus ingressus est nulli alteri patefacto aditu. Porta (inquit) sum cœli: ianua facta sum filio dei. Sed quẽ multiplex in virtute est/ multiplicis portæ nomine censetur: vt alia sit/ qua dominus ingressus est: alia per quam omnibus in cœlum inq; patrem est patefactus accessus. Nec mirum cum per eam vnã omnis diuinus sit nobis datus ascensus: quasi eadem p̃stet ascensum: quæ ingressum donat & omne munimẽtũ. Quid amplius? Ciuitas dei est: cuius portæ in sacramẽto duodecim sunt vnionibus & preciosis margaritis ornatae/ typo admirandẽ illi⁹ cœlestis hierusalẽ: cui⁹ platea in apocalypsi ex auro purissimo est. Quã Ioãnes in spũ vidẽs tabernaculũ dei vocat. Vidi (ait) tabernaculũ dei cũ hominibus: & nox nõ erat illuc. vbi eam p̃cipue illustrauerat sol iustitiæ: & lucerna ei⁹ est agnus. Nobis ciuitas/ nobis tabernaculum est: nec tabernaculũ vnum: sed pro diuersis eius laudib⁹ & p̃sidijs tabernacula multa. De qua dici põt. Qz dilecta tabernacula tua domine virtutum: ideo concupiscit & deficit anima mea in atria domini. In cuius etiã laudes dictum illud etiam intelligi potest. Domine quis habitas

In laudes super sanctæ deigenitricis Mariæ

bit in tabernaculo tuo: aut quis req̄scet in mōte factō tuo: Decebat enim vt vbi tabernaculū esset corporis domini: illuc aquilę omnes conuenirent: ibi etiā pro omni refrigerio & quietē meliore inuēto tabernaculo. Vna igit̄ & multiplex est ὕπερδύλα et super sancta v̄rgo Mariā: vna etiā porta/ vt innumera- biles/ p̄ tantis rationibus & virtutū insignibus. De quibus Pro- pheta sub vna iustitiæ nuncupatione ait. Ingređimini portas iustitiæ. Vno nanq; iustitiæ nomine omnes virtutes intelligun- tur. si quidem iustitia omnis virtus est/ vel euangelico testimo- nio. Sine modo (ait ad Ioannem domin⁹) sic necesse est impleri omnem iustitiam. Quasi charitas iustitia sit: & reliquæ in hunc modū virtutes. Et in alio loco de tam multiplicibus portis dici- tur. Eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. per por- tas quidē suę intemeratę & semper venerandę matris: nullis vsq; magis sibi peruljs: nullis ob ingētem eius puritatē/ gratioribus. Tanta enim amborū simul est gratia: & alterna congratulatio: vt in epithalamio cōfidentius dicat mater ad filiū. Ego dilecto meo: & ad me conuersio eius. Et dilectus meus michi: & ego il- li: qui pascitur inter lilla: donec aspiret dies & inclinentur um- bra. Et. Faciculus myrrhæ dilectus meus michi: iter vbera mea cōmorabitur. Nec mirū si tam pulchra inhabitatio grata illi est: quando illius fundamenta sancta sint: & portæ dilectæ: et tota ciuitas gloriosa. Fundamēta eius (dicit sp̄ritus sanctus) in mon- tibus sanctis: diligit dominus portas Sion/ super omnia taber- nacula Iacob. Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei. Et quid mi- rum? quando ibi oīa aurea & gemmis incomparabilibus radi- antia sint: omnia regalia & diuiniore ostro et purpura micantia. In ea ciuitate ciuium vnitas præcipua & singularis est. Hi cœlestes ciues non solum sua cuiusq; charitate nectuntur: sed supereminenti diuinæ matris amore: quę sibi omnes miris con- nectit incendijs: & incomparabilibus collustrat fulgoribus: ma- ter omnium gratiarum & vniuersorum charismatum & dono- rum admiranda regina: quæ omnia singulari priuilegio dona- re potest: & pro diuerso cuiusq; captu passim omnibus abunde largiri. Et quid mirum: cum vberissimū aplissimūq; sit dñi gazo- philiatum? In quo post eius filium sui tātū vni geniti imitatione/ sunt innumerabiles thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi: in- narrabiles prudētię/ probitatis incredibilis et quæ omnem præ- stringit oculorum aciem pulchritudinis/ sapientiæ & scientiæ di- uitiæ. Hortus nimirum (vt diximus) cōclusus dñi conclusus vir- tutum & gratiarum: et plusq; angelico presidio. Tota (veluti fir-

Sermo primus.

192

missimo promurali) circuncinctus (ne quicq; prophanum admit- tatur) diuinitate: circūuallatus infinito diuinarum rationū & di- gnitatū agmine. Hortus (vt sacer ait Hieronymus) in quo sunt consita omnia florū genera & odoramenta virtutū. Vbi can- dentia lilla & rubentes rosæ/ pulcherrimo distinguntur ordine. In quo incōparabilis pulchritudinis & venerandę proceritatis/ visuntur arbores: fructus omnis generis ad omnem sanitatem saluberrimos deferentes. Fons iterum signatus sed cuius signa- culis: nisi eius qui aperit & nemo claudit: claudit & nemo ape- rit: et solus habet clauē David: qui agnus est immaculatus: qui mortuus est/ & adhuc uiuit: solus beatā possidens & ijs qui apti sunt largitus immortalitatē? Fons hortorū/ quo vno vniuerse rigantur florentes ecclesiæ & irrorantur Engaddi vineę: hoc est sanctæ & catholicæ per vniuersum disperse congregatiōes. En- gaddi quippe fons Hedi vel oculus tentationis interpretatur: mystice significans ecclesiam. Qualis igitur & quanta est: tot et tantis laudibus insignis: tantis decorata fulgoribus: aut quis il- lam digne laudare queat: quæ super omnes cœlorū ordines/ et angelicos choros est sublimata/ virtutum meritis & omniū gra- tiarum & charismatū præconijs atq; ineffabiliū meritorū præro- gatiuis: quæ omnium bonarum rerum est promptuariū: & vni- uerse ordinatrix ecclesiasticæ disciplinæ Fons aquarū uiuentiū/ sola præcipuam habens/ & omnibus præstans immortalitatem/ in vitam cœlestem nos agens/ in lumina nos cogens quę nunq; pereunt: & in cœlestē deducūt Hierusalem ciuitatem. Nec aque uiuentis tantū fons est: sed aquarū uiuentiū: quādo multiplices sint immortalitatis aquæ & illę perēnes/ multiplices vitæ gra- dus: differentes charismatū ordines: plures sed uiuentis sed im- mortales omnes/ gratiæ. In hoc puteo nunq; inexhausto abun- de haurire potestis o mortales/ si modo velitis. Perq; benigna est/ facilisq; et omnes passim & tā incredibili ardore vt ad se ve- niāt hortatur. Si quis est paruulus (inquit) veniat ad me: et insi- pientibus locuta est. Venite comedite panem meū: & bibite vi- num quod miscui vobis. Qui me inuenerit inueniet vitā: & hau- riet salutem a domino. Quoscūq; fauorabiliter admittit: qui sue fortis esse moliantur. Sed quænam sua fors esse potest: nisi to- ta sincera & admiranda foelicitate donata? Foelicitatem conse- quemini tanta cōspecta matre: cui⁹ vultus clarior est septēplid sole. Si enim testimonio Danielis/ iusti & qui ad iustitiam erudi- unt multos: soli & firmamēto cōparātur. ipso quoq; attestāte do- mino. Iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. quanto fulgore illam putatis illustrem quæ omnium longo interuallo

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ

excedit merita sanctorum: & omnium virtutes & gratias continet
coelestium & angelicorum animorum: atque internos splendores
eminentius in se habet: de tota diuinitate de ineffabili & peni-
tus admiranda trinitate: Hanc quæso cõspicite mulierem ami-
ctam sole: vt quam vnice obumbrauit: foecundã & illustrem fecit
sol iustitiæ: stellis duodenis coronatam: claritate sanctorum cũ
primorum patriarcharum tum Apostolorum cõspiciam: quæ duo-
denarij sacramento insignis omnem superat immortalium nu-
minum claritatem: foelicitatem & tanta virtute omnem omni-
um virtutem & gloriam. Sed quænam in viuente matre erunt
stellæ: nisi viuentes cum rationaliter tum spiritualiter: Ipsa cla-
ritate & vita stellarum a domini matre in omnes post deum pro-
xime decurrente. Insignis est meritis & omnium sanctorum lau-
dibus. Corollas habet de martyribus: virginibus & ecclesiæ ma-
gistris aureas: sibi omnia quæ primi: secundi aut tertij gradus
sunt in centenarium prouentum adaugens. Quasi quæ minora
sunt: in domini matre maiora conspiciantur: & pro modo soli/
fatæ fruges vbertatem & ampliores prouentus suscipiant. Pro-
spicite quæso eam sub cuius pedibus luna hoc est vniuersa munda
& mutabilis instar lunæ machina est: siue iuxta altam in-
terpretationem: vniuersa sanctorum ecclesia. Quasi illius incõ-
parabili incessu sit illustrior: eius toto ornatu conspiciabilior &
fulgentior. Eius vestes ad imos defluxerunt pedes candorem habent
de immortalitate niueum: quas purpura tantum etiã regis insigniores
facit. Non disparibus: sed similibus cum filio vestibus donata
est. Toto enim corporis gestu habituque & vultus dignitate filium
refert: filium imitatur veneranda mater: suum sponsum spon-
sa: & fratrualem soror. Quam incomparabili claritate nitentem ad-
miratus spiritus sanctus ait. Quæ est ista quæ ascendit dealba-
ta innixa super dilectum suum: Tota quippe dealbata erat quæ
vnice splendor filij illustrauerat. Ascendebat de mortalitate et
squalenti eremo hulus sæculi: ad beata cœli palatia. Ascendebat
nimirum incõparabilis omnium sanctorum circunvallata agmini-
bus & coelestium virginum circundata choris: tota curia illi ob-
ulam veniente cœlesti: in sancta diuinæ matris pedum oscula
et amplexus toto cœlestium senatorum accurrente ordine. Ascen-
debat quidem proprijs meritorum suorum decorata insignibus
et diuinarum gratiarum fulsa presidij. Quam non cessant etiã
cum sancto spiritu admirari cœlestes animi. Quæ est ista (inquunt)
quæ tanto progreditur illustris ordine: tantis celebrata diuina-
rum laudum panegyricis: ascendit quidem quasi aurora confusa

Sermo primus.

193

gens iam proxime venturum solem iustitiæ monstrans: beatam
spem & immortalitatis desiderium in nobis faciens: in electas di-
uinos fulgores prope immittens animas: tam conspicuo lumine
et exoriente claritate: diuinos æstus & sancta incendia (quibus
incalescant sanctorum animi) conuehens. Consurgit enim & nos
consurgentes in cœlestia desideria: & diuinarum contemplan-
tionem facit: vera illa cedrus exaltata: tota heroicis & vltimada-
nis virtutibus conspicua: nullam habens mortiferorum vitio-
rum: aut vilius lapsus speciem: plusquam humanis & angelicis
predita virtutibus: fulsa charismatum & omnium gratiarum agmini-
bus: magnanimitate in omnium contemptu terrenorum & cœlesti-
um ardenti desiderio insignis: ineffabili magnificentia tantum
enixa puerum: qui est dominus iustus noster admirabilis: deus: fortis:
pater futuri sæculi: princeps pacis. Cuius imperium super hume-
rum eius: honoratior denique secretioribus luminibus: & penitus
diuinis: diuinarum formarum & clarioribus formis. In qua sese
spiritus sanctus pleniore infudit elapsu: & celsitudo diuinæ sapi-
entiæ & verbi a sæculis absconditi in eam se conclusit amplius:
et admitandis vberius eam locum tetrauit fastigijs: toto omnem
illam vnice & singulari privilegio prestringente paterno amo-
re. Vt totum diuinum non humanum sit: quod in ea esse sen-
titur aut creditur. Propter quod nimirum cedrus exaltata est:
vertice summum cœlorum contingens: & ad diuinitatem usque
perueniens: & in tantæ trinitatis sedes ineffabiliter & vltra om-
nem creatam siue cœlestium numinum: siue diuinarum anima-
rum perueniens dignitatem. Vt veritate de terra orta: iustitia
illam tam venerandam dominam de cœlo: hoc est de omnium
virtutum amplissimo ambitu singulariter prospiceret: & altiori-
bus sublimaret fastigijs: & omnium laudum ineffabilibus preconij
Quam continue respicit sol iustitiæ: irradiat: & meliore suo lu-
mine clarificat: reginam & dominam vniuersæ humanæ et ange-
licæ creaturæ. Verior quædam oliua speciosa quæ misericordiam
am intulit mundo: pacemque refudit: immo illam misericordiam
suo cum exortu & consensu inuenit: quam prius non habuit
totus mundus. Per hanc misericordiam superexaltavit iudicium:
et abs tam seuro & rigido iustitiæ throno: in misericordie le-
ges concessum est. Hac vna effetrice: misericordiam domini usque
ad cœli peruenit palatia: immo super omnes cœlorum cardines
exaltata est. Vt in. c. viij. psalmo. Misericordiam domini super cœ-
los exaltata est. Sed per quam magis quam per singularē & viuifican-
tem domini matrem: quæ tanquam lignum secus decursus aquarum

B. 4

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ

concelebrari potest. quod fructū suū dedit in tēpore suo. Et fo-
llum/hoc est super sancta eius protectio/adlumenta/fauor de-
fluent nunq̄: & ōnia quęcūq; faciet prosperabuntur. Et ipsa ea-
dem regina/virgo & mater fructū dedit salutis in suo tēpore/
hoc est/in temporis plenitudine: vt dicit Apostol⁹. Quādo ve-
nit ergo plenitudo temporis/misit deus filiū suum natū ex mu-
llere: factū sub lege: vt eos qui sub lege erant/redimeret. Talis
hic fructus vitæ est: longe illis fructibus melior quos arbor vitę
producebat. Illi vitā forte temporalem: hic vnus vitā repromit-
tit/ostendit/largiturq; cœlestē. vitam quidē manentem/perpe-
tuam/eternam. Penitentia (iquit Ioānes) agite: appropinqua-
bit regnum cœlorū. Et ad latronē certissima dominus pollicita-
tione ait. Hodie mecum eris in paradiso. Hęc est igitur illa vir-
go & mater quā multo pluribus dignat⁹ est spirit⁹ sanctus lau-
dibus. Hęc apis illa sapiētissima: q̄ ex omnibus passim floribus
mellora legens/in eterna cōportat tabernacula: illos fauos cō-
ficiens/de quibus loquitur spiritus sanct⁹ in persona spōsi. Fau-
uus distillans labia tua. & cerum. Comedi fauū meū cum melle
meo. Quę inter iudices sola prophetissa cōcinit canticū domi-
no de parva cōtra hostem victoria: i iudice filio (cul datū est om-
ne iudicium in cęlo & in terra) omnia mitifice iudicans: omnia
mira equitate discernēs/& misericordia quę duriora forte tum
essent/contēperās. Vna inuenta delbera & sapientissima apis:
quę inter omnes iudices/vel duodecim tribus Israel iudicātes
singularis & iudex & pphetissa esset/& totius ap̄ci senatus sin-
gularis magistra. Multa in hac parte illi concessa: q̄ præcipua
ratione mater & regina est misericordiæ. Vere incorrupta q̄ ne-
sciuit maculā: et eadem cōstantia atq; incredibili virtute & hu-
manitate manens domina. Fluuius quidam τοῦ ἐλεος &
misericordie: culus incōparabilis impetus letificat ciuitatē dei:
et quę tantis nominibus/virtutibus/præconijs/& altioribus pa-
negyricis/censetur. Aliud haud dubie vetustissimū ipsa quidē
tabernaculum est: quod sanctificauit dñs. Secundū quod dicit
ppheta. Sanctificauit tabernaculū suū altissimus. Quasi illud
synagoge tabernaculū vmbatile/nō verius istud tabernaculū
dñi esset: quod vmbra huius admirabilis tabernaculi p̄tēdebat:
se toto & partibus omnibus multiplici sacramentorum gene-
re tam multigena specie: tam multas istius mōstrans virtutes.
Ipsa lucerna ardens in conspectu domini septēplici spiritus sã-
cti munere coruscans: atq; eadem vtrūq; & sacrificiorū & incē-
si θυσιῶν ἱερῶν id est altare: i vtroq; pro cuiusq; p̄prietate

Sermo primus:

194

sacrificia & laudis et exultationis & secretiorum quorūdam my-
steriorum libamina offerens altissimo. Arca in qua reconditum
manna suauissimum omnis saporis & oblectamenti referens
speciē/multiformiter satiās/& (vt canit) omne delectamētum in
se habēs. In qua dominica & archetypa & singulari arca testimo-
nia & virga directionis virga regni sui recondita sunt:& totius
passionis dominicæ & cœlestium testimoniorum sacramentum.
Vbi enim magis hæc cōtinerentur q̄ in ea cuius animā/domini-
cæ passionis & tam ingentis doloris pertrāsiuit gladius:& in eā
domini passio simul cum omni virtute atq; dolore non tam im-
missa q̄ impressa fuit/particeps cęlestis domini armonię effectas-
fidibus doloris & miræ exultationis tali & tam incōparabili ple-
stro percussis: illis licet contrarijs/tamen in diuinam concinen-
tiam consurgentibus. Hęc est mensa propositionis/panē cęles-
stem qui de cęlo descendit in duodenario sacramēto non tā res-
ferens: q̄ meliore ratione continens. Hoc vno vetustiores & res-
centiores noui testamētī patres reficiens: nec minore sed incō-
parabili & penitus superexcellenti & fauorabili ratione. Si quis-
dem in duodenario excedenti numero hi panes distributi sunt.
Veneranda edocrix & singularis magistra non apostolorū tan-
tum sed patriarcharum & prophetarum et totius curiæ cęlestis
admirando priuilegio magisterium habens. Quid plura & co-
lorum multiples intertexto auro hoc est diuinitate/varietates/
hanc vnam varietate circūamictam & talibus redimitam tenijs
et sacris fulgoribus & omnibus felicitatis et gloriæ coruscantem
radijs/mire significant. Ipsa ornamentum Aaron et sacratiores
vestes & duodecim lapidib⁹ & duob⁹ onichitis/in quibus vtrūq;
testamentū significatur insignes: quorum omnium ipsa verissi-
mum & peculiare erat promptuarium. Nec solum nomina sed
occultas omnium veteris testamētī patrum incredibili ratione
habens & sortita dignitates/vere vna & multiplex: multiplex &
vna/in illa sua tam vniformi & sibi cōstanti aia singulorū virtu-
tes mire complexa summi sacerdotis singulare munus & pro
summo vertice insigne diuinum & archanum domini nomen
præferēs/vitta coarctatum cęlesti: & tanq̄ antesignana quędam
omnibus vel in summo sacerdote diuina prætendens mysteria
in vno omnes edocens: superiores quo minores illuminent
clarissime illustrans. Quid plura omnes actus vitæ & beatissimæ
virginis incrementa et mirabiles ex omni parte profectus non
modo euangelium nos edocet: sed diuina sparsim per vetus
instrumentum & symbola & sacramenta. A prophetis vt sacra-


B. ij.

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ

etissimus pater Hieronymus ait) prenunciata: a patriarchis figuris & enigmatibus prefigurata/ ab euangelistis exhibita & mōstrata/ ab angelis officiosissime salutata & a tota cęlesti curia oī reuerentia etiā cōsalutata & suscepta. Verior q̄dam medusa/ in admirationem & saxeam stuporem omnium conuertens animos: quā spūs sanctus etiā admirat: hoc est nos de tantis virtutibus admirantes facit. Quis satis digne illius admirabilē virtutes: q̄ pro modo filii quadā ratione imense sunt? Quis tātarum virtutū & gratiarū thesauros/ qui etiā innumerabiles sunt? Ipsa eadē incorrupta (id quod frequenter dicimus) et virgo quasi odoratissima cupressus est in monte sion: in mōte plantata diuine speculatiōis: q̄ dñs noster Ihesus Christus est: & q̄ mōsest supra verticē oīm mōtiū lōge eminetior/ incredibili sorte in oñtū fœlicē speculā exurgens, quippe qđ p̄ ipsum nō p̄ aliū patrē videre cōcedit. vt ipse idē de seipso p̄fiteretur dicēs. Philippe qui videt me: videt & patrē meum. Quē vnū diuinius clarificat hoc est clarissime monstrat filius, mōstrat secundo loco mater: tam recōdito trinitatis mysterio nobis plenē patefacto. In hoc mōte tā sublimi et excelso/ nos vti diuinæ etiā arbores cōplantari poterimus: vt in domini contultionē et perinde gloriam ipsa intercedente/ conscendam⁹: illud euangelicū ratum habentes. Hęc est vita æterna: vt cognoscant te deū verum et quē misisti Ihesum Christū. Cui est cum patre & sp̄ritu sancto/ omnis honor & gloria. Amen.

In eiusdem *παρθενίας* & purissimę virginis & semp venerandæ dei genitricis laudes.

Sermo secundus.



Onspiciamus pientissimi patres in talem & tantam matrē/ qualem & quantā solus nouit spiritus sanctus veluti palmam exaltatam in cades: hoc est in sancto siue sanctificatione. Si quidem mater omnis sanctificationis & salutaris est: victoriā de validissimo alioquī hoste reportans: nos sui imitatione cum victores tu m̄ triumphatores calcato in limine serpēte faciens. Mater quidem nostra/ mater dilectionis/ oīs agnitionis diuine approbationis & sanctę spei: i qua oīs est gratia vitę & veritatis omnis spes vitę & virtutis. Et vt liliū est conuallū & liliū inter spinas/ quēadmodū antea diximus: haud aliter plantatio rosę est in iericho: quo luna designatur. Ipsa igitur plantatio rosę omnis odoris: & suauitatis & perfecti & consummati candoris: sed in ecclesia quę sicut luna perfecta testis est in celo

Sermo primus.

195

fidells. Plantata illa quidē fuit/ sed a cęlesti agricolā/ i cęstima & quę adhuc in certamine est/ & vltamundana Hierusalem/ vtri usq; regina (vel cōcinentibus angelicis armis) & dñā: vtramq; ecclesiam odore suo/ in vitā non in mortem agens: & cęlesti & plusq; angelico candore illuminans. Vt post agnum imaculatū & filium suum electum ex milibus sit ipsa in cęlesti curia lucerna nō ociosa sed iugiter ardens/ incēdens & singulari in sacrosanctum domini amorē inflāmans incendio/ exurēs igne/ & ardentiore desiderio: admirabiles inducens cū incredibilibus refrigeriis estus: & diuinos cum ineffabilibus sacramētis honores/ cunq; euangelicis odiis fauorabiles charitates: omnis virtutis & fœlicitatis fœcundissimum seminariū. O gloriosa domina excelsa supra sydera/ quantis amoribus illū stringis: quē sacro vbere lactasti/ In tales amplexus sine inuidia quoscūq; passim qui tui magisterii audientes & sacratoris disciplinę patientes sunt admittens. Oīs arbor/ & speciali ratione/ pulcherrima iuxta aquas omnis gratię & exundantis glorię flumina/ Platanus: incredibilē redolens/ velut cinamomū aromatizans suauitatem: nullis q̄tum in te est mōtē: sed diuiniore vitam inducens. Vt meliore quadam sorte q̄ Apostoli/ odor sis vitę in vitā non (si dicere ausim) mortis in mortem. Tu myrrha electa imo plusq; electa/ dedisti (vt cōcinit ecclesia) suauitatē odoris. Quo tracti odore/ tui studiosa imitatione/ tui incredibili & estuantē desiderio/ post vni genitū filiū tuum curremus etiā in odore vnguentorum tuorū/ memores vberum tuorū/ tuę tam incomparabilis suauitatis & dulcedinis super vinum. Nēpe recti diligunt te/ & optima maxima illa equitas dilexit te (ita enī veteres legunt) quę rectissima & equissima es & omni clementia et dignitate insignis. & vltra dignitatem & diuiniorē formā qua te ab initio illustrauit dominus: etiā pulcherrimis sanciuē ornamentis/ & omnīū honorū & secretiorum gēmarum in fundamenta/ fulcimib⁹. Quo fit vt omnes in te vnā conspiciendā & sūmis cōcupiscendā desideris/ diuinis exaltādā/ sublimādāq; preconis/ ardentius amanti usq; accurrere debeamus. Vt deamus quid de gloria Hierusalem & splendore cęlesti dicat spiritus sanctus. In Ezechiele post multa enarrata subdit. Et vnixi te oleo/ & vestiui te discoloribus & calcaui te hyacintho & cinxi te bysso et indui te subtilib⁹ & ornaui te ornamento. i. me fortasse: toto qui totus ornamentū sum & pulcherrimum nō muliebre sed virile mundū (quę nō explicamus exactius nec enim de singulis disserere tempus est) Et dedi armillas in manibus

B. 111.

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ

tuis & torquem circa collum tuum & dedi in aurem super os tuum & circulos (diuine haud dubie intelligentiæ) auribus tuis: et coronam decoris in capite tuo: & ornata es auro & argento lege / scripturis / & mysticis earum sensibus & vestita es bysso & polynito & multis coloribus. Et decora facta es vehementer nimis. Si talibus dignatus est dominus Hierusalem ornamentis / celestia & recondita sacramenta in se continentibus: quid non talibus & longe melloribus insigniuerit reginam cælorum & singularem mundi / et angelorum dominam? Alloquor in quomodo legis præceptum impleuisse diceretur. Honora patrem tuum & matrem tuam? Patrem vel euangelico testimonio abunde honorauit: et matrem nimisrum honorauit: qui omnia adimpleuit. Amen amen (inquit) dico vobis: non præteribit vnum iota aut vnus apex de lege: donec omnia fiant. Cælum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Sed quomodo verba legis / non erunt domini verba? Quandoquidem locupletissimum est Pauli testimonium: datam esse legem per angelos in manu mediatoris. mediator autem dei & hominum vnus est IHESVS: qui singulari privilegio & omni dignitate / veneranda et ornandaque suam censuit matrem / filii iussionibus & præclaris institutionibus obsequentissimam. Et si sine poenitentia sint dona dei: multo magis in matrem domini absque vlla poenitudine / collata fuerint munera: ut nunquam hæc ab ea auferantur. vndeque ut sacer ait Nazianzenus bene ingrediens & grata deo *μαργαροσ ἐν λάεσσι, ἕωσφοροσ ἐν φάεσσι, ἐν ἐπτηνοῖσι πέλεια, ἐν ἄλσεσι ἐρνοσ ἐλαῖησ καὶ κρίνοσ ἐν πέλαιοσι, καὶ πέλαιεσσι γὰρ λήνη.* Id est Margarita in lapillis / lucifer in luminibus / in volatilibus columba / in nemoribus ramus oliuæ / & illud in campis / & in pelagis tranquillitas. Subdit in eandem sententiam. Virgo omnem ornatum et quæcumque iucunda vitæ repellens: prope CHRISTVM consistens splendentem: & manu manum capiens / tuum ages intra cubiculum bene spiratum / odoratum: ut tuum commisceas vnguentis celestibus vnguentum. vbi effusis ipsis indicibilibus desideris desideria / & formæ formam comparans / cœlatam cœlate / & splendenti lucidam / habeas formæ gloriose & incomparabilis amatorem. Quæ mire illi virgini & incomparabili matri quadrant. Sed ad institutum redeamus. De fornicatrice Hierusalem consequenter subdit propheta: & habens fiduciam in pulchritudine tua. Contra vero domini mater / nullam unquam habuit fiduciam in pulchritudine sua: sed omnia in fontem vnde manabant / referebat, omni pietate

Sermo primus.

196

obseruantia & cultu in super sanctam trinitatem & vngentum filium suum intenta. Ecce (inquit) ancilla domini: fiat michi secundum verbum tuum: nichil de se presumens nichil suæ virtuti aut meritis ascribens. Se vocat ancillam & reuerenter diuinum / pro singulari sua obedientia (nec enim reluctandum illi erat) suscipit munus. Munus omni munere superius / decus innumerabilibus preciosius ornamentis: & totius salutis nostræ mirabile pignus. Propterea de illa significantius dixit propheta. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato / circumdata varietate. Astat regina constans a dextris fili: in potioribus bonis filii quæ sunt immortalitas / eternitas / infinitas / bonitas / pulchritudo / & reliqua id genus. Secundum quod dicit propheta: longitudo dierum in dextera eius: diuitiæ et gloria in sinistra illius. Oblita est populi sui / in nulla re illorum prauitati consentiens: in qua nulla unquam potuit sibi vendicare locum macula. Et reliquit domum matris suæ. i. synagoga: quæ ad arborem crucis corrupta est: ut pulchram & manentem sui nece & interitu stabiliret ecclesiam / omni preciosiorem auro & lapide etiam precioso decoram. Mellora & puriora eadem virgo & mater accepit influitque in ecclesiam continenter sacramenta. Propterea audire meruit. Audi filia et vide: & inclina aurem tuam et obliuiscere populum tuum et domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est dominus deus tuus: et adorabunt eum: te simul eius tantæ adorationis particeps. Par namque est eam quæ ad dexteram filii ascripta est: eius etiam venerationis et gloriæ haud esse expertem: participem quoque fieri celestium sacrationum et incomparabilium honorum: diuinarum theurgiarum / incorrupti et nunquam cessabilis ardoris. Talis est tua sors o admirabilis et ineffabilis virgo / et benedicta super omnes feminas quæ (ut de te canitur) omnes angelos vincis puritate / & omnes sanctos superas pietate. Talis tuus diuinus participatus o veneranda mater. Videtur ut sollicitus in eius describenda forma spiritus sanctus immoratur: immo vero ipse sponsus / suam pulcherrime format spousam: ex corporeis linamentis in diuinas eandem transfuehens formas / sublimans effigies. Quid videtis in funamite (inquit) nisi choros castrorum? Castrorum quidem extimorum & celestium. Quam terribile in eodem canticum dixit / ut castrorum aciem ordinatam: & iterum. Pulchra es amica mea / suavis & decora / sicut Hierusalem: terribilis ut castrorum acies ordinata. Ut quæ diuinam matrem vnum celeste numen referre non potest: plurimi celestium talem & tantam animam expriment exercitus. Nec

B. III.

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ

illud quidem satis pro dignitate: quippe quæ virtute et gratia omnes antecellas cum humanos tum angelicos ordines / cunctis rebus conditis celsior / & pulchrior vniuersis animorum agminibus / superiore & sublimiore lumine gloriæ te supramodum / ultra omnem naturam euehente. Ut iam nullius ordinis illa esset: quæ omnium ordinum designata erat regina: & selectorum animorum selectissima domina. Dissonata / in consonantiam: & iordinata / in mirum ordinem redigens: pulcherrimi post deum dominatrix orbis: & totius humani generis reparatrix. Subdit. Quæ pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis / diuinis affectionibus & sacrosanctis meditationibus in patrem inque principium tuum recurrēs / ut chari genitoris ora conspicias. Abs quo auctoritate desumpta / illi etiam comes / descendis in hortum aromaticum: ut ibi pascaris in hortis & lilia colligas / lilia precipuis nobilitate muneribus. Ut summa solertia & ad mirabili prudentia / illi in tam splendido cultu cooperata / merearis audire. Pulchra es amica mea / suavis & decora sicut Hierusalem: terribilis / ut castrorum acies ordinata. Pascitur inter lilia sponsus / & tu inter pulcherrima pasceris lilia / eadem pene tu qua ille felicitate hoc est deiformi perfruēs. Iuncturæ feminum tuorum propter sanctum & superuenerandum partum / sicut monilia: nec passim quæcumque monilia aut ornamenta / sed quæ fabricata sunt manu artificis & artificis quidem illius qui momento non temporis latioribus spatiis operatur. Qui omnis artis facile princeps: meliore usus est in te exornanda artificio: ut pluribus propositis (habet enim quæ donet infinita) meliores tibi partes elegeris. Cui enim euangelicum illud magis conuenire potest: Maria optimam partem elegit: quæ non auferetur ab ea. Illa tam solida & perfecta parte omnes facile partes stringis: ut superiora numina paucioribus formis plura / pura mente concipiunt. Atque ut in vnum coagmentum diuinæ rationes: haud aliter in te diuina matre / vno & pulcherrimo stringuntur foedere: coguntur eminentia & diuina cum imitatione tum voluntate. in vnum facile in te abeunt: quam tanto vnitatis preconio & commendatione dominus dignatur. Porro (inquit) vnum est necessarium: vnum quidem non multa: vnum non multitudo. Vnitatis suapte natura clara splendidaque habetur. Subdit umbilicus tuus crater tornatilis nunquam indigens poculis. Ac si diceret quomodo mulier euangelica. Beatissimus veter qui te portauit: & vbera quæ suxisti. Aureus ille nimirum crater. Et vasa quoque domini in secretiore mysterio aurea erant: & receptilis & diuina pro tabernaculo arca domini / interius exteriusque deaurata: vetustiore

Sermo primus.

197

tantum circumlita bitumine / hac illa longe preciosiore arca. Tornatilis (inquit) obserua ut in artificem / dignitatem operis ut antea referat. Tornatilis enim .i. in rotundum spheramque / diuina imitatione actus. Ea enim figura capacissima est & diuinæ diffinitionis particula. est enim (ut volunt) deus sphaera infinita cuius centrum ubique est / circumferentia nusquam. Est enim capacissimus ob immensitatem quadam / fecundissimum capacissimumque gignens filium patri sibi coequali: & coimmensum. Et capacissimus virginis & matris vterus. Quia quæ celi capere non poterant o sanctissima virgo / tuo gremio contulisti: nec eget poculis tantus & talis crater / diuino plenus nectare & celesti rore & ambrosia. et qui diuinus vterus / plenius omnem præstaret sufficientiam si alterius non egeret poculo inferioris: totum illum nepe vterum adubrauerat / sed immenso lumine & sempiternis fulgoribus & sacratione nectare / spiritus sanctus / immo & altissimus qui pater verbum & spiritus sanctus est. Spiritus sanctus (inquit) superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ut iam deo plena & vere purpura regis electa / nullis esset amplius quam visibus mancipanda diuinis. Quid igitur carthesia aut poculum in eam conferrent: quam specialiter introduxerat dominus in cellam suam vinariam: in eam toto sese infundente diuinarum proprietatum choro: Illi ex vino secretiori et condito dederat poculum dominus & mustum malorum granatorum suorum / immensa atque incomparabili efferuens charitate. Eius media & celsitudines (nec enim infima in ea sunt / quam melioribus dignatur dominus) ingenti sunt charitate constrata. Non tantis eget poculis quæ vno egregio & diuino perfruit poculo. Subdit superiora confirmans. Venter tuus aceruus tritici vallatus liliis. Congregatio omnium sanctorum in sancto sanctorum domino nostro IHESU CHRISTO est: qui granum frumenti cadens in terram & mortuum (suo ipsius testimonio) multum fructum attulit: eius passione & morte / in omnium salutem abunde sufficiente. In fructum vberissimum & fecundissimum sua morte exurrexit: quando sanctus / sanctos fecit: granum vnum diuina attulit grana: & nunc tricesimum / nunc meliore prouentu sexagesimum / plerumque centesimum / immo vero millesimum & multo feliciorum fructum: quem omnem attulit beatissima & gloriosissima semper virgo Maria. Eadem profecto grana in vno domino IHESU inque suo fecundissimo vtero conluserat mater domini / tanta vbertate & felicitate insignis. Par erat enim ut quæ domini nostri vnigeniti dei filii / erat mater: omnium esset mater sanctorum. Ut suus tam felix vterus in aceruum tritici exurgeret felicissimum.

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ

Vndiq; hic aceruus vallat⁹ est lilij/illis nimirū: quæ tãto honore & euãgelica collaudatione dignat⁹ pater cęlestis: illis quidem lilij: q̄ omnē felicitatē & gloriã Salomōis/lōgo interuallo antecedūt. Sunt quidē lilia virgineo cãdore siue p̄ gratiã siue per naturã micãtia. Virginalis vter⁹ erat õniū cęlestiū aiorū & diuarū virginiū/circūdat⁹ agminib⁹. Decebat qppe virginē talib⁹ oppt gnerari muneribus/decebat virginitatis & ois puritatis circunvallari honoribus/q̄ virgo & mater oim virginiū merita antecel lebat: virginiū mater/virginiū incõparabilis & veneranda in cęlestes aulas/ducat⁹ & antesignana. In MARIA ois puritas/omnis veritas/omnis gratia fuit. candor incõparabilis/odor omni um superans odorum fragrantia/felicitas deniq; talis & tanta/ qualem & quãtam conijcere non possumus/ & perinde non satis dignis laudare p̄conijs: quæ tantum angelicis extollēda e sset laudibus diuinis quoq; celebranda panegyricis. Beat⁹ igitur venter o domine IHESV, qui te portauit. Vere beat⁹ quē nulla vnq̄ inuissit macula: vterus omnis sanctitatis: vterus puritatis: vterus innocentia: manens dei & hominis reclinatorium/spiritus sancti tabernaculum: totius beatæ trinitatis sacrariū: & omnium sanctorū & cęlestium numinū propiciatorium. Vterus clementia & singularis pietatis: vere aula cęlestis & templū dei ornatissimū: in quo iuge sacrificiū & supadmirãda libamina cõtinenter dño offeruntur. Ibi singulare laudis sacrificiū/lustitę sacrificiū et ois iubilatiõis & p̄conij hostiæ dño imolantur. Si testimonio Elizabeth bñdictus fructus talis ventris est: ergo & benedictus & superbenedictus venter erit. Nõ potest arbor mala fructus bonos facere: nec contra bona/malos. Bonus igitur fructus/bonus & venter: arbor quidem cęlestis: arbor vitæ in medio cõclusa paradisi/ arbor deifera: & quod magis mireris deipara: vere armariū legis & prophetarū: & omniū diuinorū mysteriorum reuelatio. vt quæ paucis olim in secretioribus probebatur: õnibus (talibus vteri meritis) sint patefacta poscētibus: lã referatis secretioribus sanctuarij penetralibus/ õnibus proditis mysterijs atq; patefactis aditib⁹/ verior quẽdã cabala & spiritalis scripturarū traditio. Vnus hic vter⁹ est ex quo flumina gratiarū et tanti riuuli sciētia & sapientie prodeunt. Ex quo abũde haurire potestis o felices animæ: si in tales aulas & secretiora tabernaculi paulū a mūdantibus solitudinibus & ipeditē turba vobis semotis factior patefact⁹ sit aditus. si in ea spaciari liceat latitudine/ quã dñs õniū author vnice concupuit: i illa totis expassis veluti in liberiore spatio volitat alis. Vberior haud dubie cherubin ob sapientia plenitudinē/ in cherubicis spaciat⁹ cãpis:

Sermo primus.

198

et seraphin diuinis estuans incēdijs/paribus incredibilis ardoris & admirãde charitatis oblectat⁹ spacijs. vt secretius sapiētia sapientia & felicitas felicitati cõferretur ex tali & tã ineffabili coalitu tota mūdana resonãte machina/ tali coagmētatione superiorū et inferiorū (haud p̄termisissis medijs) manente nexu. Duo vbera tua sicut duo hĩnuli gemelli caprea. Tua ope et toto spū factio op⁹ est diuina mater i tãtis exponēdis mysterijs: alioquin in grandes & insuperabiles incidimus scopulos. Huc adsis igitur o pia mater: et cęptos p̄sentis numine cursus dirige: et infirmã rege per vada cerula puppim. Non possum michi persuadere/ tam diligenter spiritū sanctū formã humanam et corporalia hĩnamēta descripsisse & laborios⁹ collaudasse: nisi propter vnã domini matrē quæ corpore & mēte gestauit dñm saluatorē. Vt totū esset sanctū quicquid in ea videret. et vbera et sinus/ vter & demū vnũuersa: quibus oibus in domini officia et facta obsequia sũma reuerētia vsa est. Et q̄q̄ corporalia cęlestiū plerūq; signorū sacramenta sunt: tamen hęc tã diligens corporis collaudatio/ non inepte suis contēta limitibus/ haudq̄ suos fines p̄tergressa in domini matrē usq; tam sanctã & venerandam humanitatē referetur/ ibi suã proprietatē seruãte hystoria: tanto ibi vno quidē et singulari in vtrūq; spiritalē & iacētē sensum et nusq̄ alibi/ iuento exēplari. Et genus rerū et nuncupatio et omnis differentia sensus/ illi (vt primū adēutibus visum est) quadrat. Lege vetustiores hebræos q̄ hoc gen⁹ expositiõis plurimū aplectuntur. Duo vbera (iquit) sicut duo hĩnuli gemelli caprea. Caprea (vt frequēter dixim⁹) maxie vidēs aial: habetq; interanea quib⁹ veluti collyrio optimo maximo/ quoscūq; passim vidētes faciat. Hĩnulos caprea (q̄ & huilitate & meliore agilitate p̄diti sũt) vtrāq; naturã i dño saluatore accipere possum⁹. Et q̄q̄ exultauerit vt gygas ad currēdã viã & a sũmo cęlo egressio ei⁹: tñ exinanituit semetipm formã serui accipiēs/ in similitudinē hoim fact⁹/ & habitu inuēt⁹ vt homo. Vtrāq; natura pulcherrimū habuit tabernaculū i supuenerãda dñi matre. Has nobis p vberib⁹/ quo lac dulcissimū & vtriusq; naturæ itelligētiã sugeremus/ nobis exhibuit/ obtulit & sua ingēti clemētia donauit. Quo ipso saluatore veluti supfacta istitutioe ipm eudē melius & pfectius itelligerem⁹ q̄ quocūq; alio interstite medio. Venerat ille quidem/ ad dandam scientiam salutis plebi suę in remissionem peccatorum: longe meliore & feliciore sorte q̄ Ioannes p̄curfor domini: qui nontanq̄ fidelis seruus sed vt filius coequalis & consubstantialis patri in domum paternam & suam venerat: vt pulcherrimam lucem tenebris & caliganti insereret mundo.

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ

Gemelli isti duo quidem hinc sunt. siquidē theotocos. i. dei para-
nedū christotocos & sūmo & ingenti miraculo virgo MARIA
facta est: vniuerso data orbī salute. Tanta quippe synaxis & cō-
munio vtriusq; naturæ facta est: vt quod vnus esset/ alteri incō-
parabili collatione in commune veniret. Possimus & vbera in
duo testamenta referre. Nā vtriusq; superdiuinā cum custodiā
tum magisterium habuit illa felix & super sancta virgo: & enig-
mata & sanctas difficultates velut lac purissimū dulcissimumq;
nobis in potum dedit: longe alia sorte & conditōne q̄ sphinx.
Nam & intelligentibus & non intelligentibus si absq; vitio ea
ignorantia fuerit/ salutē affert. Illa vero intellīgētibus salutem
contra nō intelligentibus presens intētabat exitū. Duo illa ve-
neranda quidē vbera / duo hinculi erant. siquidē doctrina & ma-
tris institutio: nō aliud q̄ humanitatem & diuinitatē domini sal-
uatoris resonabat. Quam imitatus Apostolus posthabitis va-
nīs genealogiis & q̄stionibus interminabilibus: nichil aliud se-
scire fatebatur nisi CHRISTVM IHESVM & eum crucifixū/
scandalum iudeis id quod libere profitebatur: stultitiā vero gē-
tibus. Credentibus vero dei virtutem & sapientiam. Sic vene-
randa mater tota erat in filio: illum amabat/ illum amplexabat
illum vberibus & diuiniore lacte exhibebat: tantos diuinitatis
& humanitatis thesauros omnibus patefaciens. Collum tuum
o pulcherrima domina sicut turris eburnea/ sicut turris David
cum propugnaculis ex qua mille clipei pendēt & omnis arma-
tura fortium. Tuum caput domin⁹ IHESVS CHRISTVS est
vniuentus tuus & dei filius: & caput illud aurū optimum: quo
ebur tuum & i coelesti corpore tuo mortificatio tali circumdata
auro habere p̄ciosior. Tales in te vniuentus fili⁹ tuus miro-
cādore & splendore refulgens/ afflarat honores. Illū/ veluti ca-
put & parentē suspiciebas: illū reuereris/ suā ei⁹ vitā/ passio-
nem/ & mortem in eboris sacramento tibi pro turri firmissima
et optimis propugnaculis formaueras seruauerasq; in eius iug
meditatione perseuerans. Et q̄q; nullo fulcimine egeret filius
qui & verbum/ siquidem omnū est sufficientia immo ipsa foeli-
citas & bonum infinitū: tamen te matre veluti quodā suo taber-
naculo & pedamento vsus est: quē mater & sedes vna esses in-
fericordiae/ omnium robur/ omnium turris/ omnū electorum &
sanctarum animarum receptaculum. Vnde vniuersam desume-
rent armaturā & mille clipeos. Et quicūq; imbecilles/ fortissimi
talibus armis te vna protectrice efficerentur: quē tutela/ ppu-
gnaculum & munimētum omnū es. Hęc tua turris/ turris pul-

Sermo secundus.

199

chritudinis est: turris bonitatis/ suauitatis/ virtutis/ honoris/ sa-
pientiae/ scientiae/ & prudentiae/ omnis demū foelicitatis. Hanc
ab omni iniuria procul posite coelestes & fortunatae incolunt
animae: ibi sunt loca fortunatorū nemorum sedesq; beatę. Porro
oculi tui sicut piscinæ in Efebon quæ sunt in porta filie multitu-
dinis. Quis tam recondita signati libri aperiet mysteria: nisi qui
habet clauem David: qui aperit & nemo claudit: claudit et ne-
mo aperit. Efebon singulum tristitiæ vel cogitationē mœroris
interpretantur. Piscinæ/ plerunq; in scripturis in bonam partem
accipiuntur. Vt in euangelio erat ea piscina celebris quam suo
descēsu dignabatur angelus: cuius aqua permota omnibus pri-
mū adeūtibus & dilutis sanitas præstabatur. Cisternas nunq̄ le-
gimus in partem affirmātem siue bonam susceptas. Sed quænā
sunt piscinæ q̄ in porta filie multitudinis visunt? Fortasse q̄tum
licet conijcere/ filia multitudinis: Hierusalem e st quæ a multi-
tudine gentiū cū edificata tum inhabitata fuit. Possimus eam
etiam filiam multitudinis dicere quæ relicto deo sese multorum
dæmoniorum principatū subdiderat. Vt in Ezechiele aperte
enarratur. Et post commemoratōnē idoli zeli: multorū dæmo-
niorum multiplicatio subnectitur. Ingredere (inquit dominus)
et vide abominationes pessimas/ quas isti faciunt hic. Et ingre-
sus vidi. Et ecce omnis similitudo reptilium: & animalū abomi-
natio & vniuersa idola domus Israel depicta erāt in pariete in-
circuito per totū: & septuaginta viri de seniorib⁹ domus Israel/
et Iechonias filius Saphan/ stabat in medio eorū stantium ante
picturas: & vnusquisque habebat thuribulum in manu sua. Et
consequenter subdit. Et introduxit me per ostium portæ dom⁹
domini: quod respiciebat ad aquilonem. Et ecce ibi mulieres se-
debant plangētes adonidē. Filia igitur multitudinis Hierusalē:
quæ in tot abominationes & multo plures se contulerat. Possu-
mus etiā q̄tum ad propositum attinet/ filiā multitudinis Idcirco
etiā dicere q̄ a multitudine credentiū cum apostolorū tum dis-
cipulorum regenerata & perinde recreata esset. De qua multi-
tudine dictum est. Multitudinis autem credentiū erat cor vnū/
et anima vna. Ad prædicationē Petri 5. milia in fidē recepta le-
gimus. Nec iniuria tali quodā sensu filia multitudinis: quæ relic-
cto diabolo ipsa ex magna parte multitudinem sanctorū in pa-
rentes/ & regeneratores suscepit: & relicta paterna domo/ in
pulcherrima sanctorū tabernacula et ædes secesserat. Id quod a
domino etiā prædictū est. Nunc princeps mūdi huius elicietur
foras. Oculi tui igitur o p̄tētissima regina coelorum/ o venerāda

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ


dña angelorū & repatrix totius hūani generis sicut piscinæ in Ezebon: sicut piscinæ saluberrimis scaturiētes vndis: sed i Ezebō qđ circūcincta salubri & diuina cū filio fueris tristitia | illi quomō coagens & cōpassa. Paulus Aplica auctoritate / Electos coopatores Christi esse ptulit. At tu lōge altior & eminētior cooperatrix o virgo / & haud dubie cogitationē mēoris habēs: si quidē tuā ipsi9 aīam p̄rāsuit gladius / vel ipso venerādi Symeonis testimonio: talib9 lachrymis oculos suffusa nitētes & dulces per illos incōparabilis virtutis amorisq; stillās lachrymas. Singularem mouebatis mēore secretiore mīa & pietate propter filiā multitudinis: cui9 miserādā calamitatē contuebari tantorū facinorū idignitatē nō ferēs: nō tā illorū cā succēsa q̄ cōpatiēs: et admodū fauciata. Tales igit̄ tātiq; tui mēores erāt i porta siue sup portā filiæ multitudis Hierusalē hui9 qđē citiæ & peccatrici / tui filij vnigeniti imitatione q̄ p portis Hierusalē illa visa illius infelicissime & tātæ .i. futuræ cladis miser9 collachrymat9 est. Et Pauli testimonio in ara crucis suspēsus magna voce cū lachrymis emissa exaudit9 est p reuerentia sua / siue vt alij habent p illius pietate illa qđē ingēti9 p̄i magna. Tales lachrymæ te / vultū tuū et speciē tuā venustiorē o spōia spūs sancti reddebāt alioquin tuapte forma egregia & liberali venustissimam. Talibus lachrymis cunctipotentē ciere poteras et alioquin imobile mouere: illam iustitiā in mīam si dicere dīgnū conuertere: potiores partes misericordiæ facere: atq; vt misericordia superexcellet iudicium sed volente & decernente deo / totos conatus tuos intendere. Altera Hester quæ lachrymis veniā populo impetravit / regis mitiora verba promerita: et decreti abolitionem: quo cruci suffixo / tale nocēs chirographū penitus dñs & deus tuus / rex etiā noster deleuit. Hi sunt tui fōtes mīæ / pietatis et illustris nimirū clemētiæ: fontes salutis & benedictiōis & oīs incolumitatis nostræ. Quibus exūdantib9 nostri misereri dignatur misericors & miserator dñs. Hæc est illa piscina quinq; porticibus diuinis & mysticis fontib9 meliorē sanguinē exūdantibus / insignis: cui9 aquas mouere dignat̄ angelus. Sed quis alius āgelus tantum & tā egregiū in domini matre attētare facinus: nisi ille magni cōsiliij angelus ille quidē admirabilis / deus / fortis / pater futuri sæculi / princeps pacis: tantū suo non alterius cuiu suis cōtactu illā honorabat. Quippe quæ tota diuina non āplius humana aut āgelica esset: veluti (vt sacer ait Hieronym9) purpura regis in vīus tā excellē maiestat̄is suscepta vnigeniti siquē filij / nō iā cōchilli aut muricis p̄ciosissimo sanguine supra ōnem creatā substantiā honoratior nullis alterius vsib9 debebat / ipsius filij sui

Sermo tertius.

200

spōsi & regis dītata atq; exaltata mūeribus & singularib9 spūs sc̄ti donis. Quicquid enī i ea matre erat: totū gratia / totū veritas totū puritas & s̄ctitas fuit. Quicquid etiā hūanis potest dici laudibus: min9 est a laudib9 et gl̄a illius π̄αυθαρίασ et sup̄s̄ctē & itemeratē dei matris. Cui sup̄s̄ctē & sup̄benedictē post vni genitum filium suū omnis honor & claritas. Amen.

In laudes & p̄conia π̄αυθαρίασ & oīs sanctæ dei genitricis MARIAE pane gyricus. Sermo tertius.



Asus tu9 sicut turris libani: q̄ respicit contra damascū. Damasc9 sanguis sacci ē / vel sanguineus saccus. Sed q̄nā cōparatio nasi ad turri: Ineptā illā qđā fortasse existimarēt: nisi difficillima loca spūali sēsul mire cōuenire exprimēto in scripturis plusq; cōpertū haberēt. Existimāt eruditi ea arte & verborū serie scripturas a sc̄tis v̄tris traditas esse: vt spūalē sensū facile mōstrarent: & a littera in sensū spūalē ire secedere atq; assurgere cōpellerēt. Quæ si sc̄dm tacētē sēsū accipent̄ / nichil vtilitatis p̄ se ferrent: nisi rudē quādā & i fra vulgare significationē itelligēt: id qđ p̄sus ab spū sc̄to tāto effectore artis alienū est. Sanguis sacci vel tāguine9 saccus / diabol9 est. de quo scriptū est. Viri sanguinū et dolosi nō dimidiabūt dies suos. & ille est q̄ in euāgelio inimicus hō dicit̄. ille sacce9 (vt sic dicā) crudelis: & tenebro9 est. malignus quoq; ē: vt i psal. cxvij. scribit̄. Declinate a me maligni: & scrutabor mādata dei mei. Cōtra hūc respicit turris libani / turris cādor̄is & pulchritud̄is: hoc ē mirabili sua discretiōe & prudētia / virgo dei genitrix turris fortissima & cōtra oēs hostiles ipetus iūctissima / habēs oīm virtutū & celestū aīorū dītinatū quoq; dignitatū admirāda p̄sidia. Illa qđē virgo p̄ quā reges regnāt: & legū cōditores iusta decernūt: p̄ quā principes imperāt: & potētes decernūt iustitiam. In qua exercēda / fortitudinis / pulchritudinis & oīs cādor̄is turri & ingens robur / diabolo p̄cipi tenebrarū obicit. Pulchre igit̄ nas9 tu9 sicut turris libani / q̄ respicit cōtra damascū: q̄ cōtra atiqui serpētis īsidias respicit. Ad quē dictū ē. Inimicitias ponā iter te & mulierē: & semē tuū et semē illi9. Ipsa cōteret caput tuū: & tu insidiaberis calcaneo ei9. Cōtruit caput diaboli b̄ndicta & sēp virgo maria. tū cū p̄tē ei9 destruxit dñs Ihes9 Christ9 eiusdē matris vnigeniti9 filius. Quēadmodū ait Ioā. in Apoca. Et apphensa est bestia: & cū ea pseudo ppheta: et q̄ fecit signa corā ipsa. q̄bus seduxit eos qui acceperunt characterem bestię et qui adorauerūt imaginē eius.

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ

Et iterum. Et proiectus est draco ille serpens antiquus: qui vocatur diabolus & sathanas: qui seducit vniuersum orbem & proiectus est in terram. Et angeli eius cum illo missi sunt. Et in consequentibus. Bestia quam vidisti / fuit & non est: et ascensura est de abyssu & ibit in interitum & mirabuntur inhabitantes terram: quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ a constitutione mundi / videtes bestiam que erat & non est. Et apertius adhuc. Et vidi angelum descendentem de celo: habentem clauem abyssi / et catenam magnam in manu sua: & apprehendit drachonem serpentem antiquum / qui est diabolus & sathanas: et ligauit eum per annos mille & misit eum in abyssum et clausit & signauit super illum: vt nichil seducat amplius gentes. In quo tempore nos esse facer affirmat Augustinus. Chiliade & milleno / pro numero infinitiore de more scripturarum suscepto. In pace igitur et tanta quiete (vincto diabolo & proinde forte angelis suis hoc est minuta eorum potestate ne vsq; eo seulant) sed per dñi matrem fauorabiliter agimus. Et obserua diabolū insidiatē mulieris calcaneo & semini ei⁹: nec preualentem. Et misit (ait Iohannes) serpens ex ore suo post mulierem aquā tanq̄ flumē: vt eā faceret trahi a flumine: & adiuuit terra mulierem et aperuit os suum: & absorbuit flumen: quod misit dracho de ore suo. Insidiatur sed non praualeat. Nam respicit turris libani candidissima / & cuius vniuersa extructura ex mundo lapide est / contra faciē damasci: contra faciem diaboli: quo illum funditus exterminet. Turris eius & munimentum & fortitudo in libano: in quo diuinas eius & superexcelsas habuisse contemplationes refertur. Tanta si quidem gratia & diuinis theorematibus plena fuit vt eius mens ineffabilibus medijs iuncta esset & vnita spiritui sancto: immortalis & sempiterno amoris: adeo vt pleriq; eā nichil ignorasse nichil nescisse affirmēt. Sed melius est totū deo comittere q̄ temere astruere / quæ nescias. Cæterū illā sponsus candidus et rubicundus ad se de libano & tanto candore venire iubet. Veni (inquit) de libano sponsa mea / veni de libano / veni coronaberis. Veni de candore & singulari illuminatione. Veni vna illuminans & perfecta talium tenebrarū vnica & singularis victrix. Veni (inquit) veni: vt parta victoria & pulcherrimum referēs de tot fufis fugatisq; hostib⁹ triūphū / coroneris. Coronaberis (inquit) de capite amana / hoc est de iniquo vel coangustate / siue de capite iniqui aut coangustantis: de vertice sanis / id est eleuantis aut attollentis nouitatem. Nam & inimicus homo in euangelio supereminavit zizania: & hermon id est anathematis mœ-

Sermo tertius.

201

roris vel tristitię. Quorū vtrūq; ad refugas spiritus & eorū mēbra refertur. Subdit apertius de cubilibus leonū / de montibus pardorum. Cogebatur dñs IHESVS illam ad se reuocare: quē ipsum vulnerauerat in vno oculorum suorū / & in vno crine colli sui. Dextro ille quidem oculo / diuinitatē semper contuente: et illo charitatis crine / in quo veluti in Sāpson / totius corporis et animę robur & mirabilis virtus consisteret. Caput tuū (inquit) vt carmelus. Formosa erat & corpore & aīo / vt mōs eleuator: & sancta pphetarū habitatio. Mollis quidem & tenella / in vsum & plasmationem manuum dñi tota habilis aptissima: et mirē vtrāq; circuncisionem cognoscens: & gratias sanctissimos ex alta in altā faciens: vt secūdo loco verę & secūdo circuncisionis / & totius diuini magisterii veneranda esset institutio: & sanctæ seruatrix disciplinæ. p̄ igit̄ illo p̄murali omnīū virtutū cōsistēs: in sede illa solidissima & firmissima / omnīū gratiarū cōfidens: omnes & singulos adeuntes suauissima verborū lenitate / i se inq; diuinos sin⁹ & recessus amoenissimos reuocās. Caput iterū eius vt carmelus / omnīū virtutū: & multiplicium donorū odore fragrantissimū / inq; omnē laudē & gratiam vernās. Molle & tenerū in sacramento eius caput: & totū de diuino calore & spiritalibus incendiis liquefcens. Caput etiā huius tam incomparabilis virginis est dñs Ihesus Christus: qui et eius filius delicatus & tener / roseo cādore & cādido rubore nitescēs. Siquidem ill⁹ p̄ctosissima humanitas est etiā purissima / sanctissima mundissimaq;. Tenerissimus & lenis secundū interiorē exteriorēq; hominem. Discite (inquit) a me: quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Flexibilis quoq; (si dicere par est) in patris reuerendos honores & voluntatem. Caput igitur vt carmelus florentissimus & vbertate & singulari fecunditate / illustre / decorū / plenissimūq;. Decebat nāq; caput insigne & tam fecundū esse: vt a quo in omnia mēbra / im mensa decurreret virtus & ex superiore & eminenti irriguo / oriretur irriguū inferius & benediceret illā terrā dñs. de qua i psal. lxxxliij. Benedixisti dñe terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob. Et comę capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus. Purpura regū indumentū est nec in alios vsus q̄ in regios vel principali cōstituto asseruatū. Tales comę virtutes & gratiæ matris dñi nostri Ihesu Christi sui eius filii sanguine / i purpurā verse: quarum in dñicos cōtactus & purissima ornamenta om̄is esset vsus. Id quod illi maxime post partū euenit: vt totū esset diuinum: qđ in ea conspiceret. Ante hoc ipsum sane ipsa virgo q̄q

C.1.

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ

pura quæ immaculata tamē adhuc humilitate humanitatis indultur: ac si lana candidissima esset / sui natiui candoris puritate insignis. At cum ad ipsam spiritus sanctus accessit: quasi ipsa eadē lana cū inficitur sanguine conchilij aut muricis / vertitur in purpurā: versa ē & ipsa (vt facer ait Hieronym⁹) sine seīe in matrē Vt nō sit iam ipsa quæ fuerat sed purpura verissima ad indumētū et gloriam summi regis diuinitus aptissime dedicata. Viden vt comæ tantæ matris non inepte purpuræ / regali & raro indumētō cōparantur: vt eadem quæ mater domini est: sit sponsa spiritus sancti: & filia sanctissimæ trinitatis / tota per omnia regia: regalia prorsus in ea charismata & sacrationa munera. Vt imitatione verbi nō solū purpura / sed aurū esset optimū: & de tabernaculi egregia supellectile totum solidissimū: quandoquidē interius exteri⁹q; verioris arca tabernaculi esset / deaurata & supercœlesti auro vndiq; plenissima / tātis diuitior muneribus: totiusq; sapientiæ & sacre intelligentiæ thesauris. Vt in qua nichil vacuū nichil deficientes esset. In alio loco / ferculi & pulcherrimi Salomonis gestaminis ascēsus purpureus est. Sed quis nobis ali⁹ ascēsus ad filium / nisi per matrē? Quis nobis alius aditus in dominica tēpla & palatia: nisi pro gradibus purpureis / Infinitarū virginis immaculatæ / virtutū / dignitatū / proprietatumq; et pro gradib⁹ etiānum eburneis de humanitate domini IHESU tātē virginis desumpta vtero. Nobis ascensus per eandem dominū reuerendā matrē & mirabiles assurrectiones in cœlestes parātur sedes & fastigia. Quæ pulchra es (inquit) & quæ decora charissima atq; amantissima mea in delicijs: statura tua assimilata est palmæ propter admirabilis victoriæ præstantiā et *Δύναμις* id est virtutem & potestatem: et vbera tua botris: de quibus vinum diuini amoris & cœlestiū incēdiorum profertur. In quam palmā conscendit dominus: quando dimissis (si dicere dignū) cœli fastigijs in virginis non tam descendit quæ conscendit vterum: in cœlestes diuæ parentis penetrauit angustias: concessis nimirū vniverso mundo melioribus profectibus admirandisq; incrementis. Diuina nempe hoc virtutis est: posse hominem coniungere deo: idq; vel maxime si ineffabilis & in eandē hypostasim abiēs / illa vnio fit. & quæ mūdus aut mūdi innumerabiles capere non poterant vn⁹ virgīs vtero cōcludere. Om̄ certe mirabilium hoc excedit admiratiōem: & ob eā causā vnigenit⁹ dei fili⁹ igeminat. Quæ pulchra es amica mea: quæ pulchra es. Odorib⁹ vndiq; spōsi delibuta es o virgo: id quæ ipse dñs et de⁹ tu⁹ in epithalamio nō tacet: et

Sermo tertius

202

odor oris tui sicut odor malorū: quo odore oēs trahis in vitā: in tuas virtutes & admiranda tuæ p̄grare dignitatis mysteria. Prodidit ex illo ore cunctorum mysteriorū principiū: omnium sacramentorum summa & virtus: quādo angelo nunciātū respondendum duxisti. Ecce ancilla dñi: fiat michi secundum verbum tuū. perinde ac si diceret: ego dilecto meo & ad me cōuersio et⁹. Veni dilecte mi tam grādem rem effecturus: vt hoc mane miæ surgamus ad vineas: & in dominicum agrum magis ac magis excolendum trāseamus. Commoremur in villis: diuina sparsuri semina verbi. Videamus si floruerit vinea si flores fructus parturiant si floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea. Quibus emissis verbis / salus mūdo parta est: & lux tenebris illuxit: & quæ tenebræ nō cōpræhēderint lucem: non fuerunt idcirco prorsus / lucis illius immensę expertes. Seditibus enim in tenebris et in regione vmbre mortis: lux orta est eis. hoc idem significat ecclesia. Dum medium (inquit) silentium tenerent omnia / et nox in suo cursu medium iter perageret: omnipotēs sermo tuus domine a regalibus sedibus venit. Id quod in libro qui sapientia Salomonis inscribitur etiam ferme ad verbū legitur. Cum enim (ait) quietum silentium cōtinerēt omnia: & nox in suo cursu medium iter haberet: omnipotens sermo tuus domine / exiliens de cœlo / a regalibus sedibus / durus debellator / in mediā exterminij terram profiliuit: gladius acutus / in simulatū imperiū tuum portans: & stans. repleuit omnia morte / incredulos scilicet detestatore morte. bonos vero meliore & fauorabili. Subdit. et vsq; ad cœlū attingebat: stās in terra. i quo pulchre describit verbū dei carnē factū. Cui semper admirabili sancto sanctorū & pontificū pontifici vnigenito dei filio & tantæ virginis etiam filio / est omnis honor & gloria Amen. Guttur tuū suauissimū illud quod sicut vinū optimū: diuina sapiētia miscet: & quæ diuinis manās torcularibus: letificat deum et homines. et præcipue tantillum cor hominis vt totum in diuinas accendatur laudes. Dignum (inquit) dilecto meo ad potandū & dentibus illius ad ruminandum. Amat amoris incendia & sanctissimos et diuinorum penetrabiles æstus: amat amatorias sed quæ non degenerant nec vllā indignitatem habent / suadelas: in huiuscemodi frequētius meditatur et tota in illis est. Ego (ait) diligentes me diligo: & delitiæ meæ esse cum filijs hominum. Ego te elegi vineam meam electā: quomodo conuersa es in amaritudinem vitis aliena? Ne permittas virgo regina a fili tui tā amabilis tā benigni vlla nos ratione separari cōgressibus / ne sinas illius vini esse expertes nō

C. ij.

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ

quod rechabite refugerat: sed quo sebrari haud indignat dñs: quo mero replet calix dñi/ ppter amorē miam et clementiā in bonos: plenus tñ mixto: ne quicq̄ mali ei⁹ etiā refugiat p̄prietates/ei⁹ insignē iustitiā: his duab⁹ fēlicib⁹ sororib⁹/in cōsonatiā vniverso cōsurgente mūdo. Nō potest spiritus sanctus/nō potest sponsus nō totus efferri/in panegyricos & laudes hui⁹ admirandę v̄rginis & reginæ: quę incōparabilis omnibus virtutibus est/celsior cęlis facta & vniversa creatura maior: regina mundi & domina singularis. Totus exilit/totus in eius miram pulchritudinem describendā erūpit: nec semel id fecisse satis: iuuat vsq; morari. Illam nāq; p̄imum laudabat q̄ foret ab oib⁹ post hac laudanda & diuini extollenda p̄conis magnificis cō celebrāda a culusuls etatis & grad⁹ choris. Viden vt frequēter in tales & siles laudes exurgit. Qz pulchra es amica mea q̄ pulchra es. Oculi tui ob insignem clemētiā/amorē/inditā benignitatem & humilitatē columbarū/de verbo & spiritu sancto clarissime videntes: pulchritudinē habentes/absq; eo qđ intrinsecus latet. In te enim arca gratiarū & oim virtutū singulare reposito riū ē. Interna atq; externa oēs maior pulchritudie. Capilli tui diuinos afflantes honores sicut greges caprarū/q̄ ascenderunt de Galaad. Omnium quippe sanctorum merita: qui p̄clari dñi martyres fuere & tātus aceruus testimonii abs te veluti ex fonte & capite p̄dlerē. Fons tu⁹ fons vberissimus est: vnde possint innumerabiles defluere riuuli. Ordo/dispositio/& mirabilis pulchritudo in his capillis nō sine discriminalibus & admirandis distinctiōibus est. Dētes tui/sicut greges tonsarū q̄ ascēderūt de lauachro oēs gemellis fœtibus & sterilis nō est in eis. Vbiq; reginę cœlorū designat charitatis & fecunditatis p̄pe quędā imensitas & fruct⁹ simul cū tātis virtutib⁹ inde p̄creatus. Sed mirū est quod dicit tonsarū: nisi intelligamus ad eas fieri cōparationem q̄ abiectis seculi supfluis/nudę & expeditę soli vacant dño & ob incredibilē verbi dñi ardorē/secus dñi pedes cōtiner ter sedēt: p̄petuū candorē ab illo suscipiunt. Ascendūt nimirū de lauachro nō descendūt: quod in via dñi proficientes nunq̄ deficiunt. Volabūt(inquit)& nō deficient: assiduo volatu in extima & vltimundana festinantēs: multiplici conatu in domini et spōsi amplexus accurrētes. Nouerāt hominē oportera renasci denuo: vt arboris vitę ramos cōtingeret/& sup̄mas ptes. Quo fructus vitę ide suscipere et esse posset. Sicut vitta coccinea labia tua: q̄si de assidua dñicę passiōis & imēse ei⁹ charitatis & mirabilis testiōii meditatiōe & cōtēplatione rubricata sint: ac ob

Sermo tertius.

203

gemnam charitatem / cocco bis tincto diuini infecta. Et eloquium tuum dulce. dominū & deum tuum assidue magnificās: iubilos & miros cantus proferens. Eloquium illud haud dubie dulce: quod p̄tētissimū & mitissimū sup filios hoim assidue resonabat: totum in illo erat: ex illo omnia deducens/atq; in eum singula referens: abs quo / in quo / & per quē omnia subsistunt Quoniam (inquit Apostolus) ex ipso & per ipsum & in ipso sūt omnia. Et in prima ad Corinthios. Nobis tamen vnus deus pater/ex quo omnia: & nos in illo: & vnus dominus IHESVS CHRISTVS: per quē omnia: & nos per ipsum. Qui vno tanto suo amore omnia fecundat: idēq; amor est purissimus: haud ille quidem velamen in oculis habens & cecitatem p̄tendens/atq; in incertum iacula lactens: sed videntissimus prouidentissimusq; & iusta ratione verissimos suos amores και τὰς χάριτας pro culusq; capacitate in oēs distribuēs: decētia omnia & quęcūq; sua secretiora munera facile donans in illa cœlestia nō solū festa / sed festa festorū / festiuos tum omneis / introducens. Omnia sunt in illa purissima & sanctissimo amore vt pote a sancto sanctorum manantia. Et maiores laudes matris dñi prosecut⁹. Sicut fragmen mali punici (inquit) ita genę tuę: absq; eo quod intrinsecus latet. Incredibili atq; ineffabili modestia insignis est virgo ista & mater. Sanctum diuinū ac heroicum ruborem simul cum admiranda pulchritudine interius exteriusq; p̄æfert. Erat enim imitatione filii formosa sup filias hominum. Sicut in xlviij. psalmo legitur. Et concupiscet rex decorem tuū: qui omnis in vultu & facie potissimū exprimit. quasi illa vna sit q̄ p̄claros oēs affectus animi facillime ostendat. Sicut fragmen mali punici genę tuę: illud quidem fragmen/qđ orientē & assiduū solem respicit: vnde pulchritudinē & fecunditatē & vniversum ordinem charitatis habeat. Propterea illam venustissimā faciem plerumq; laudat spōsus: cuius videndę incredill estuat desiderio. Ostende (inquit) faciem tuā: sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis: & facies tua decora. Pulchra es (ingeminās inquit) amica mea suavis & decora sicut Hierusalem: nō vnā pulchritudinis speciem habens: sed multiplicē & singularem eandem p̄tendens. Absq; eo (inquit) quod intrinsecus latet. Tota plena diuitijs: sanctitate & decore incōparabilis: vndiq; redundans spiritualibus muneribus / gratis / fauoribus: diuinitis fecundissima charismatibus: multiplici armorum apparatu terribilis vt castrorum acies ordinata: & quo se omnesq; tueatur: murū fortissimum pro domo domini sese opponēs / omni gratissima

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ

pulchritudine: fulgentibus armis conspicua / egregia laude & decore insignis: & tot tantisque illustris virtutibus: ut satis illa una sit regi seculorum immortalis: pro omnibus qui aut in seculo aut in domo domini sunt. Una post deum via / vnus nobis ob tam insignes virtutis gradus in paradysum accessus / ostium sacratoris illius tabernaculi & ianua regni celestis / vnum diuinum promontorium nobis in hoc saeculo factantis seculi laborantibus atque aestuantibus: et celestis specula paradisi / vnde insidias omnes antiqui conciliamus hostis: qui veluti leo rugiens circuit querens quem deuoret. Contra vero ipsa que vna & multimoda est & iustissima & sanctissima regina: celestis imperatrix exercitus: tanquam leo confidens absque terrore erit. Nullis quidem illa tam rara & celestis virgo subici potest principis tenebrarum venenatis iaculis: non vllis mortiferis telis. Et quemadmodum non est sapientia / non est prudentia / non est concilium contra dominum: haud aliter / non est vlla prudentie aut sapientie siue concilii cogitatio contra dominam angelorum & vniuersæ parentem ecclesie. Sicut de illa canitur. Que neque serpentis per sua signa decepta / neque elus venenosis afflatibus est infecta. Decuit enim talem & tantam virginem / tanta puritate & celesti candore nitescere: qua maior ne in celo quidem nequeat intelligi. Claritas enim dei tota illuminauit eam ut nichil esset admirandæ illius lucis / & ineffabilium radiorum quod in ea non resplenderet. In illam impingentes / magis vero in currentes non quasi in tenebras: sed ut in admirabilem quandam lucem: neque velut mortui in caliginosis: quin potius superiori & stupenda prorsus quadam luce illustrabimur vndeque & aureis quibusdam fulgoribus penitus colucebimus. Erat nimirum in eo celestis virginis pectore fulgentissima & inenarrabilis lux per quam omnibus superior peregrinantibus siue viatoribus esset: celestium vna particeps & lumen & numinum: que tamen non plenus hic agens videret: tamen fide superior ad diuinam sapientiam pertingeret: & hauriret abunde de fontibus saluatoris / mediatricis dei & hominum / mediatricis dei & angelorum / nec paradisi solum sed totius trinitatis & tantæ vnitatis reuerenda medioxima: & (si dicere par est) ob ingentem munerum & officiorum præstantiam nequaquam vilitatem / mediatissima: quod in medio stans de more eius virginis filii / omnibus nullum reuerentia munus ministrat. O virgo incomparabilis & omni luce venerabilior que angelos superas puritate: & omnes sanctos antecellis pietate. O MARIA tu mare quoddam omnium virtutum: omnium verius exemplar gratiarum: cui in celestibus oculis nullam equa-

Sermo tertius

204

lem inuenire conceditur nec in terris tibi omniplenissime gratia vlla est conferenda. Aquæ multæ illius antiqui serpentis tuam non potuerunt extinguere charitatem: nec diluuium inundans tam celestem (siquidem celesti vtrinque delibutam bitumine) obruere poterunt virginem. Quid aliud in tanta videmus sumamite: nisi choros castrorum: nisi celeste & penitus admirabile tripudium. Tu gloria Hierusalem / tu letitia Israel / tu sanctissima virgo / honor / decus & gloria populi dominici: super omnes in summo (ut dicitur) gradu in summa laude & gloria. Vnde illam vitam & sempiternam promerebaris: & iam celestis particeps hereditatis deficere non poteras: eorum qui sunt in celesti Hierusalem etiam hic agens / sortem nata. Super diuinisungebaris honoribus / summos gradus nedum heroicis virtutum / pertingens. Tota eras in filio: & filius in te: illius celestis mansionis imo superuenerandæ trinitatis patris filii & spiritus sancti / iam pleniore quadam sorte particeps. Qua filius in patre est: & contra pater in filio. et si nulla possit esse ad tantam celsitudinem digna comparatio: tu veluti regina & antesignana potissima ratione in illo es arca dei / celestem Noe continens: eleuata in sublime / ad summum videlicet celorum verticem / superioribus et que super celos sunt: non tam infimis dignata vndis: in illis tam incomparabilibus pulcherrimum ducens traicere & celestem tuam deducere cymbam: illa longe superiorē nauis in cuius laudes ait Valerius Flaccus.

Fatidicamque ratem scithici que phasidis oras

Ausa sequi: medioque inter iuga concita cursus

Rumpere / flammifero tandem consedit olympo.

Tuum quoque lumen in lumine filii. ut in tanto lumine tuo o plenissima virgo viderem lumen eternum / ineffabile / incomprehensibile / imensum / vnum / vnum illud: quod super omne vnum est: illam catholicam formam ante omnem formam existentem: qua (ut doctus ait Victorinus) formatur omnia / & principiorum (ut idem ait) principium / omnium intelligentiarum intelligentia: que omni motione celerior / omni statu stabilior / ut motione sed ineffabili status sit: ipso vero statu incomparabilis & supereminens motio / vniuersa distantia altior: etiam omni substantia & tota mundana machina / definitior: omni magnitudine illud tam reuerendum nomen maius / omni re purior / omni intelligentia penetrabilior / omni denique perfectione absolutius / tale tamque ineffabile deum in lumine admirabilis virginis cernimus alioqui incomprehensibilem & tenebras ponentem latibulum suum. Per diem (inquit psalmographus) sol non vret te neque luna per noctem. de qua sacer Cyprianus ait. O virgo iusta / et omni iustitia plenissima cuius conceptio & partus

C. iiii.

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ

et diuina incrementa singularia sunt: domus saltus libani duas insignis distinctionibus: quibus diuinitas et domini humanitas significaretur: immo vero diuinitus concluderentur. Domus dñi atrio duabusq; alijs sectionibus in trinitatē/nō sine magnifico & ingēti mysterio confurgens. Domus quippe ob tam egregiam posteritatē David fuit. Ad quam cum cæteræ comparentur: ipsa celsiorib⁹ domini ædib⁹ cōfertur vt in Zacharia quoq; legimus. Porro verius quodpiā venerāda regina q̄ celeste firmamentum est quæ aquas ab aquis diuideret: superiores continēs: superiorum admirabilis alueus & singularis receptio in qua cohibitus & fauorabilis conuiescerent omnes cælestes animi & itelligētes vndæ. Et p̄ diuersitate sua ī ea inuētis proprijs cuiusq; signaculis. Erat quippe talis et tanta virgo et domini mater superadmirabile domini signaculū: super cor et brachium domini extentum. Alterum ex vestimentis sanctissimi Iacob/cuius fragrantia amantissimū & venerandum Isaac suauissime recrearet: cū alterū ob sanctissimā et quādam cū incomparabili matre sua synaxi humanitati domini IHESV ascribatur. Domin⁹ IHESVS CHRISTVS & sanctissima Maria mater mitū in modū inter se conferuntur in symbolis in signis & tantis imaginib⁹ & spectris. Viden vt David pro domus domini ædificatione/ante mortem suam omnia præparauit: & domin⁹ ante mortē suam/immo ante ortum & conceptum suum domum suam gloriosissimam virginem Mariam præseruauit. sua ipsius morte desumēs quod p̄seruata: vt alijs dedit qd̄ redēpti essent. Sed de his veluti per excessum tantum dixisse sufficiat/in eius laudes quæ omnifācta & superbenedicta est: cui post vnigenitū filium suū sit oīs honor & veneratio in sæcula sæculorū Amen.

In eiusdē super sanctæ & purissime virginis et sepep venerāda dei genitricis Mariæ laudes Sermo III.



Icut turris David collum tuum quæ ædificata est cū ppugnaculis. In alio dramate dixerat. Sicut turris eburnea collum tuū. Habet dominus noster IHESVS CHRISTVS (quāq; bonorum nostrorum non indigeat) virginē matrem suam veluti pro quodam fulcramento et sustentaculo: vt sponsa/cæteras inferiores virgines pro pedamēto & sacratorib⁹ fulcris. Fulcite (iquit) me floribus/stipate me malis: quia amore langueo. Languor quidā in spōso etiam est: lāguores quidē amoris/mirabiles æstus/incre-

Sermo quartus

205

dibilia incendia. Ob quæ pene deficiens sustentacula quærit. Sed quæ mellora aut optabiliora q̄ & fulmina et pedamēta matris. Ipse caput: illa collum est/cum caput sustentans/tum omnē virtutem ab illo suscipiens: atq; proinde in totum corpus diffundēs Iuncta nimirum canalibus in alio dramate purpura regis erat: per quā sanguinis & purpuræ riuli & verius ingentia flumina sanguinis domini nostri Ihesu Christi/vniuersos ecclesię tractus liquentesq; campos rigarēt fœcundaretq;. Pulchritudo et robur in collo est. Pulcherrima erat etiam turris David et fortissima: quæ vt presidij esset aptior: ædificata erat cum propugnaculis et mille clipei diuino nomine et ingenti eius caractere insigniti/pendebāt ex ea: oīs quoq; armatura fortiū et omnia trophea pro reportata victoria & tam immanib⁹ fugatis hostibus vitorū insigniū. Vniuersa ibi stēmata & sãctorū imagies sacrorūq; reuerenda sacramēta & mysteria: q̄ lucidissim⁹ ille sol et immaculatus agnus vnice & diuini⁹ illustrabāt. Pulchrū erat cernere varia in varijs & multiplicibus clipeis insignia: quæ vna turri illa quidem præclara continerentur: & multo pulcherrimū videre omnium sanctorū præclara exēplaria pro tam celestis virginis collo/nedū virgine tota contineri: quod (vt quidā dixit) mille habebat varios aduerso sole colores. Altera chameleon/altera domini mitissima & suavis columba: immo columbæ pulcherrime quæ lacte sunt lotæ: & resident iuxta fluentia plenissima. Iuxta fluentia: & aquas domini seruatoris perq̄ salubres. Qualis & quanta virtus & gloria matris dñi esse potest: q̄ vnica sua pprietate tantas cōplectitur virtutes: quid non faciet plurib⁹ & rãtis alijs de diuino fonte in eam redundãtib⁹? Subdit. Et omnis armatura fortiū. Fortes sunt qui in præclaro agmine/fortissimo nectuntur capiti. Fortes etiã illi/ qui in maximo vtriusq; vitæ & celestis fidei discrimine sūt iperterriti. Tales martyres & deiseri confessores: tales insignes & per omnia admirabiles virgines: omnes demū veteris & noui testamenti patres. Quorū gradus/ distinctiones et dignitatum ordines/nō sine veneratione ecclesia cōcelebrat: et summopere veneratur. Quasi in ea enarratione non parū ad celestem impetrandū fauorē sit momenti. Sed qualis & quāta/ insignis sit hæc armatura fortiū: puto quod nemo intelligat nisi celesti donatus reuelatione: nemo præsumat: nisi quæ quāta sunt illa optima maxima penitus ignorat. Cōmemorauit nonnulla Paulus/ vt galeam salutis/scutum fidei: veritatis baltham et diuinę prædicationis & sacrarum in diuina affectionum pedalia: lorica deniq; iustitiæ & gladium spiritus quod est verbum

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ

del. Sed puto aliam esse longe numerosiorem armaturam / quæ in ornamento & defensionem aliarum cedat partium. Dextrarum meminit in quodam loco scriptura & aliorum plurium ornamentorum: quæ in usum etiam pro spiritualibus munimentis ipsius etiam armaturæ veniunt. Coniurant illa quidem in scripturis: et pulchre consentiunt. Par est enim in epithalamio armaturam in ornamenta nuptialia venire: ut in adventu dominico gladius in vomeres & lanceæ in falces abeunt. Et conlabunt (ait Esaias) gladios suos in vomeres: & lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium: nec exercebuntur ultra ad prælium. Detrahuntur ab impia Hierusalém innumerabilia ornamenta: quo vultu Mariam & coelestem Hierusalém insigniant. In die illa (ait Propheta) auferet dominus ornamentum calciamentorum & lunulas et torques & monilia et armillas & mitras / discriminalia & perichelides & murenulas et olfactoriola & Inaures et annulos et gemmas in fronte pendentes / & mutatoria et palliola & lintheamina & acro et specula & sindones et vittas & thestris. Hæc sunt coelestia virginis Mariæ insignia quæ ab impia (ut diximus) auferuntur Hierusalém: & super sanctæ virgini donata æternum faciuntur confirmanturque. Sed qualia & quanta sint: existimo coelestis potius esse intelligentiæ quam humanæ. Credibile namque est multo plurima sacramenta coelestia in his contineri: et quæ (secundum quod dicit scriptura) oculus non vidit nec auris audivit: nec in cor hominis ascendit quæ præparavit deus diligentibus se. Ad sponsam vero huiusmodi armaturam / mundumque pertinere: coniecturam habemus in cantico. Vbi sodales sponsæ pollicentur: se murenulas aureas facturos vermiculatas argento. Et paulo antea / sponsus collum monilibus comparauerat: nunc exercitui propter insignem armaturam illam confert / nunc equitatu suo in curribus pharaonis. Equitatu meo (inquit) in curribus pharaonis / assimilavi te amica mea: quæ ascensus in maioribus ac maioribus laudibus semper est. Talis namque et tanta est: qualem et quantam multiformis describit spiritus sanctus innumerabiles (pro infinitis suis muneribus se quoque multiplici) donans virtutes / gratias / fauores & charismata prope immensa. Et quæ solum exercitui olim comparabatur: nunc equitatu pharaonis / maiore laude & gloria confertur. Equitatus divinus ex angelicis constat numinibus quemadmodum currus igneus quo vectus est Heliseus. De quo Heliseus. Pater mi pater mi / currus Israel et auriga eius. Et paulo ante dixerat scriptura Cumque pergerent et fermocinarentur: ecce currus igneus & equi

Sermo quartus.

206

ignei diuiserunt utrumque. Sed unde igneus nisi de illo aut sanctis suis numinibus qui ignis consumens est. & thronus eius in Daniele flammæ ignis / rotæ eius ignis accensus est: & ascendit per turbine in cælum. Igneus erat ille currus: ignei quoque sunt celestes spiritus præcipue seraphici: pulcherrimo & diuino turbine / deducentes in cælum. Propterea in ps. 103. dicitur. Qui facit angelos suos spiritus & ministros suos flammam ignis. Amor ignis quid est: sed ignis exurens: quo incredibile est quantum probentur virtutes / omnibus absumptis vitiorum & nocentis eruginis fecibus. Apertius quoque in scripturis / hic currus rationalis describitur. Currus inquit dei / decem milibus multiplex / milia lætantium dominus in Sinai in sancto. Hi sunt currus quos cernit Heliseus: & puerum videtem facit. Et aperuit dominus oculos pueri & vidit: et ecce mons plenus equorum & currum igneorum in circuitu Helisei. Talibus curribus comparatur sponsa: quæ una præsentem / si præsentem fauorabiliter existat: plures sunt nobiscum quam cum aduersariis. Pluribus circummurmur fulgentibus armis: ne locum nostrum sibi vendicet inimicus homo / vel secum assumptis septem spiritibus nequioribus se. Quæcumque igitur pulchra / quæcumque fortia / quæcumque sancta & diuina sunt: ad hæc unam pertinent / in cuius laudes canit sponsus: nec concelebrare cessat. Tota pulchra es amica mea: & macula non est in te. ob cuius insignem puritatem / & incontaminatum sponsi cubile. pulchre sunt genæ tuæ (ait) sicut turturis: quæ secundas nescit nuptias. Tu desponsata in fide / in iustitia / in veritate / regi regum et domino dominantium. Haud quidem tui ignara / alium nescis vitium. Nec enim alius quisquam pulchrior / candidior / sanctior aut melior isto esse potest. Quoniam (ait spiritus sanctus) ipse est dominus deus tuus: & adorabunt eum. Omnes quidem angeli reges & principes terræ. De quo in Esaiâ dicit dominus. Ecce intelliget seruus meus: exaltabitur & eleuabitur et sublimis erit. Exaltabitur (ut omnes existimant) supra omnem angelicam dignitatem. Ergo dominus & deus noster / quem adorabunt omnes reges terræ: omnes gentes seruiet ei. Tu illum primum venerata es o virgo: sed qua benignitate / qua puritate / quanta gratia / aut charitate? Tum primum vulnerasti eum in vno oculo rum tuorum / & in vno crine colli tui: tamen primum auolare illum in omnem salutem fecisti o virgo. Nam vox tua non hominem sonabat: & tui vultus splendor / immortalitatem tibi et alijs datum iri prætebat. Poterat dicere puer ille qui natus nobis erat & tanto tui amore

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ

flagrabit. Auerte oculos tuos o sponsa mea/o electa mea/o purissima inter omnes columba: o *παρθενία* omnis sancta & iustissima per bona mater mea: quia ipsi me auolare fecerunt. Tum adimplebatur quod antea cecinerat propheta: quia quibus non est enarratum de eo: viderunt & qui non audierunt contemplati sunt. Ascendit enim sicut virgultum coram domino & sicut radix de terra sitiens. Ex qua radice prodeunt rami in vniuersum diffusi sunt: & sensere tantum gemitum fecunditatem omnes/repulsam passa & magis fugata fallitate. Tunc profus exulante mædatio: & pulchra mundo introducta veritate. Abscissus ille quidem est de terra viuendum: ut nos diuinitate cõpage vitæ infereret: & propter scelus populi sui percussit eum dominus. Talem et tantum in signum portentum & immensum prope sacramentum positum venerari/adorari/cõsalutari o virgo sancta & admirabilis parens enixa puerpera regem: qui cœlum terramq; regit in secula seculorum. Virgo dei genitrix (ut sancta concinit ecclesia) quem totus non capit orbis/in tua se clausit viscera factus homo. O admirabile & supra modum stupendum sacramentum. O profundum & impenetrabile diuinitatis arcanum. O incõparabilis virgo: in qua tanta peracta sunt mysteria: tam recondita & abstrusa sacramenta. omnibus propterea excelsior & supra quod dici potest in admiranda sublimata fastigia. Sed persequamur. Nec enim laudum vllus esse posset finis/ eius quidem quam non satis laudare possunt angelici spiritus: non vlla rationalis creatura: tantum hoc diuinitati reseruatum/ tantum hoc vnigeniti filii sui singulare munus. Laudat ut filiam pater. Ut sororem/ ut matrem/ ut dilectam/ ut electam suam verbum & vnigenitus dei filius. Ut sponsam spiritus sanctus nedum filius. Ut reginam & dominam angelorum: ut tantorum effectricem mysteriorum & misericordiam reginam/ & vnice salutis vnice inuentricem humanæ mentes. Quid plura? Immensa quoquo pacto est imensitas filii cõtinens: infinita prope est eiusdem filii mira receptrix infinita: Aeoniam æternamq; siquidem toti æternitati (si dicere licet) coexistens. Quando illam iure quodam singulari in tam sancto conclusit vtero & fecunda admodum ratione in capacissima sua mente. Gyrum tum cœli circuitabat sola & in omni gente & in omni populo primatum iam iam tenebat: iam iam quartæ & supremæ ille sedes non sine mysterio & summa fastigia illi debebantur quo esset diuinitatis sedibus admotior: sola precipue soror ut ipse dominus illi singularis fratruelis. Duo vbera tua: sicut duo hinculi capræ gemelli: qui pascuntur in liliis: donec aspiret dies & inclinentur

umbra. Diximus autem de his sacramentis: quare repetere eadem superuacaneum esset: nisi forte alio quodam sensu/ duos populos ex diuina parente/intercedente filii passione & sanguine/prodixisse dicamus: quod & verum est. Electa quidem fuit ut sol: ut vnigenitus dei atq; suus eiusdem matris filius: qui mediator dei atq; hominum fuit: & destructo pariete medio fecit utraq; vnum: utrumq; populum vnum: ut esset quemadmodum ipse dicit/ vnum ouile et vnus pastor. Alias (ait) ioues habeo quæ non sunt ex hoc ouili: quas opus est me adducere. Sanctissima igitur virgo Maria cooperata filio/ similem nata agendi sortem/ sua id efflicite charitate/ fecit utraq; vnum: medio inimicitiarum dissoluto pariete: quadam haud dubie & si remotiore vnigeniti filii sui imitatione medium parietem macerie soluens/ inimicitias in carne vnigeniti filii sui/ legem mandatorum decretis euacuans. Ut duos condat in semetipsa in vno nouo homine faciens pacem/ ut reconciliaret omnes in vno corpore/ deo per crucem filii sui/ interficiens inimicitias in domino IHESV et quadam ratione in semetipsa altera conredemptrice (ut volunt) euangelizans in vno verbo vnigenito filio suo pacem iis qui longe/ & pacem iis qui prope. Quoniam per ipsam secundo loco habemus accessum omnes in vno spiritu ad patrem. Contriuit enim caput serpentis: nec ipsam tetigit Abimelech: sed ipsa conteret immo contriuit (ut de illa canitur) caput eius. Sicut enim in prima foemina abundauit iniquitas: ita in teo sacratissima virgo abundauit omnis plenitudo gratiæ: ingens charitatis fornax: qua mire dissentientes populos in vnum coegit. Pulchre dixit illustris poeta.

Ac veluti magno in populo cum sæpe cohorta est

Seditio: sæuitq; animis ignobile vulgus

Iamq; faces & saxa volant: furor arma ministrat.

Tum pietate grauem ac meritis si forte virum quem

Conspexere: silent arrectisq; auribus astant.


Ille regit dictis animos et pectora mulcet.

Haud aliter uterq; iantum furēs hanc viraginem tam diuam tam prudentem sapientemq; suspexit populus. Hæc vna omnes sedauit inimicitias: temperauit iras: serenitatem simul cum vnanimi consensu inuexit. Olim tantum flos quicumq; sanctæ in matrimonio castitatis/ damnata sterilitate conspiciebatur: nunc hi gemelli hinculi pascuntur inter virginis & omnis sanctimoniam illia: donec aspiret æternus ille dies/ qui nescit tenebras: illa vltimam dana claritas nesciens finem: & inclinetur huius sæculi umbra. Erunt enim perpetuo virgines: & sequetur agnum quocumq; ierit.

In laudes super sanctae dei genitricis Mariae

Quacūq; trahet voluntas amanti: ducetur virginum chorus:
diuinum epithalamium pro virginalibus nuptiis concinētium.
Lilium dominus noster IHESVS Christus est: gloria & hono-
re coronatus: omnium virtutū & gratiarū; polymito vestimen-
to & purpureo circumamictus. Qui plusq; Salomon est. vt a quo
sapiētiam & intelligentiā desumpserit vetustior ille Salomon.
Lilium & virgo est: lilia & purissime virgines/ virginē sequente
parentem. Hę humilitate insignes & clara/ velut hınuli capree
vssione/decore: pascuntur inter lilia/ donec a spiret dies: & in-
clinentur vmbre. & nimirū/ lilia enim sunt candore & incredi-
bili puritate micantia. Virginitas antea incognita in vna virgi-
ne matre insignis/ sanctificata & proinde in omnes effusa fuit.
In quam sententiā ait sacer Gregorius Nazianzenus. *αὐτὰρ
ἐπεὶ καὶ Χριστὸς ἀγνήσ διὰ μητρὸς ὁ θεὸς παρθεν-
ικῆσ ἀδέτοιο, θεοῦ θεός ἀχράντοιο νόσφι γάμου καὶ
πατρὸσ.* Subdit. *Δήτοτε παρθενίη εἰσάψερ μερόπρεσι
Φαεινῆ.* Id est verū postq; & CHRISTVS purā per matrem
profectus virgineā/ nō ligatā deiformem/ immaculatā/ sine nu-
ptis & patre: tunc igitur virginitas fuit hominibus splēdida.
Hinnuli etiā sunt gemelli/ ingētī charitate/ pulchritudine/ & hu-
militate insignes: qui pasci possint inter optima niueę puritatis
lilia: qui & similitudine & diuiniore proprietate inter se necū-
tur. Hinnulus dñs noster Ihesus Christ⁹. Cui supsancto & onī
mentis prostratione reuerendo & plentissime sue eius matri sit
onīs bñdictio & claritas/ sapiētia. & gratiarū actio/ honor/ vir-
tus: & fortitudo in secula seculorum. Amen.

In eiusdē super sancte & purissime virginis/ et semp
veneradæ dei genitricis Mariae laudes Sermo. V.



Adam ad montē mirrhę & ad collē thuris.
Post tot tātaq; virtutū merita/ post tātas gra-
tiarum & virtutū dignitates/ inarrabiliū lau-
dum pconia/ illa ex onī pulchritudinis & ho-
nestatis decore collaudata ex oibus liniamē-
tis & mēbrorū cōtinenti admodū proporti-
one & armonice cōpaginis diuiniore splen-
dore/ subnectit. In hūc ego montē tantę pfectionis & virtutis
cōscendā: in montē myrrhę/ in montē icorruptionis & tāte im-
mortalitatis/ puritatis/ cādoris/ pfectionis. Est iugis i illa quidē
mortis & passionis mee meditatio: in vnā incorruptionē meā
intēdit: me supplicibus votis assiduæ pcuratur. Vt oēs tali donem
imortalitate: quo in tales incorruptionis mōtes cōscendāt: in

Sermo quintus.

208

eum p̄cipue montē qui eleuatus est mea quadā pxima imita-
tione/ sup verticem omnīū montiū: multiplex pro aduentiū &
incolarum diuersitate mons/ q̄q; maxime vnus. Talis est mons
immaculata mea: quē ego vnice conscendi: tum cū adūbrante
spū sancto/ & talem fecundante vterū: ego diuiniore p̄stito
consensu cōceptus sum: virgineā aulā virgo ipse inhabitās: in-
corruptum montē incorrupt⁹ simul & immortalis cōscendens.
Collē tū thuris & incōparabilis fragrantie adui: quo diuiniore
cōscēsu meo/ nardus mea daret odorē suū: imo vero sua ipsi⁹
marris nard⁹ meo cōtactu/ nō tā suū q̄ meū daret odorē. Quo
tāto & incredibili odore celestes traherent animi. Et propter
ea in eundē mōtem miro ardore cōscendere niterent vt sensus
eorum & tanti animi magis refocillarent: in meliores accēderē-
tur amores: in plura tali incolatu raperent incendia. Vt in eam
conuersi quē admodū in spōsum simul cōcinentes dicerēt. Cur-
reinus in odorē vnguentorū tuorū/ memores vberū tuorū sup
vnum: recti diligit te o virgo: o sapientissima a multa lauda-
tione tua polymnia/ nō vna illa ex nouē/ sed longe supra onem
sublimata & euecta creaturā: super onēs angelicos ordines. mi-
re & icōparabiliter exaltata. Hac dilectiōe veluti aureo hamo
trahuntur passim oēs. Collis thuris est mea mater & virgo (in-
quit) in qua vna omnis celestis fragrantia congesta est: omnīū
charismatū & clemētie diuine admirabilis odor. Ibi qes mea/
& habitabo in ea: quoniam elegi eā. Mons ego quidē montiū: ip-
se ego quoq; in monte dignū duxi facere habitatiōē meā: me-
ditus enī montium sum/ in montiū vertice confidens. Sed q̄s
altus est hic vertex: nisi regina celorū & mundi dña omnīū cō-
plicans & mire sibi admouēs sanctorū & talium mōtiū merita/
charismata/ honores/ In hoc vertice vnus ego cōsedī veluti in
sede τῆσ ἀρετῆσ. i. virtutis/ sumi eterniq; moderator olympi.
Hāc michi ego delegi sedē: hunc thronū/ & tā celestia fastigia
in quibus etiā sedes & oīm sanctorū throni collocarent: miæ &
pietatis simul & equitatis oīs sedes/ nisi i hac cōquiescerint sede
gratiā & pietatē minime cōsequētur. Legimus pleriq; cōcessā
esse veniā/ hac vna suppliciter intercedēte matre/ q̄q; supplicū
& dānationē meriti essent. Legimus neminē passum vnq; fuisse
a tali & tāta matre repulsam. Quo pacto enī nō onē refugū es-
set in ea: q̄ singulare et sanctū vmbraclū est mię cōfessōis/ de-
coris/ magnificentie/ quā TIPHERETH vocāt) sapientie/ in-
telligēte/ victorie/ pconii/ pulchritudinis/ sapie/ laudis & illi⁹
ineffabilis & regie potentie: omnis deniq; honoris & virtutis.

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ

Sed obserua quo pacto mons eadem & collis. Mons quidē eleuatus ob magnificentiam/magnanimitatem/heroicasq; virtutes. Collis propter insignē suā humilitatē ob quā plurimū in euāgelio collaudatur/ex qua vna censi voluit. eadē quippe cedrus exaltata quæ & nardus humilis gracilis & delicata. Ignis quippe/ar detissimū quoq; ad summū vsq; pertingēs incēdiū est: q̄ et virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & vniuersi pulueris pigmentarij diuinis flammata incēdijs: vt alteri nō sibi viuetet/sibi parua/deo magna: nichil in se nisi paruū & humile relinquens: & in deo optimo maximo meliora incrementa suscipiens vt dicere posset cum Apostolo. Gratia dei sum: id quod sum/ sed gratia eius in me vacua non fuit. Cōspiciamus igitur & tota cordis intentione cōtemplemur hanc superuenerandā virginem: quę ob altitudinem & sublimitatē meritorū suorum mons est super quē saliens sit dominus & totius gratiæ suæ et ardētioris amoris volitans alis. Insuper collis est/ ppter internā suā ipsi⁹ reginę existimationē abiectiōnēq; quā (ei⁹ fortasse hūilitate) trāsire dicebat altissim⁹. Quippe quæ se indignā tantorū meritorum prærogatiuis existimabat & incomparabilū laudum in filij dei susceptiōne præconijs. propterea dicit. Ecce ancilla domini. et in Centurione immo in seipsa plerumq; repetens dicebat. Domine non sum digna vt intres sub tectū meū. Et quā pluq; hūanis et angelicis esset ditata virtutibus & vltamundanis decorata insignijs tamē hūilitas illi grata erat/ itra illi⁹ fines se cōtinebat: omni virtute superior/ omni admirabilior sãctitate / atq; honore icōparabilis. Nempe diuinitatis admixtione perfusa/ suo ipsius excessu quæ c̄tima & extima sunt honoribus virtute & decore replens in sinus patris singulari prærogatiua suscipitur/ tota diuinitate repletur: illa inficitur/ vt preciositate & amplitudine omnium excedat merita/ potestates/ amplitudines & honores sãctorū. Arbor vitę effecta/ omnibus præsens/ latissimos suos vndiq; ramos extendens & vsq; ad cœlestia ptingens palatia. quo gradū suū faciat in paternos sinus aduentibus. Talis quippe & tanta virgo hæc est: tam sublimis virtute & sanctitate/ & plenitudine venerabilis. vt hãc assequitis/ nullis amplius opus sit ad diuinitatis fontes pertingēdos adminiculis. O virgo sancta & omni sanctitate plenissima quis te satis pro dignitate laudibus prosequi poterit/ cuius gratiarum & virtutū flumina nunq; laudando exhauriri poterunt: cuius conceptio & quicquid in te conspicitur est singulare. Quam in persona sponsæ post vniuersam eius commemoratam pulchritudinem & incontaminatam decoris et

Sermo quintus.

209

totius venustatis honores dicit spiritus sanctus. Quæ pulchrę sūt mammæ tuæ soror mea/ sponsa: pulchriora sunt vbera tua vino & odor vnguentorū tuorum super omnia aromata. Collaudatę plerūq; sunt māmę ab spiritu sancto ob eam nimirū rationē: quod illis et fecunditas gratiarū & lacteę misericordie exuberantia designetur. Pulchritudo/ robur/ & venustas in virginalibus vberibus est: cū ceterarum sint laxę māmę mulierum. Istis adhuc ipsi⁹ παρθένου μητρος .i. virginis & matris dñi superueneradę virginali robore tumētib⁹. Corporeis externis necdū internis ablactatus est dominus vberibus. Sed plurima est illi voluptas in internis. Dulcissimū illas sugēdas esse ducit. Internis virginalibus vberibus/ vniuersa est educata ecclesia. Ex illis quippe in omnē sufficientiā/ manabat lac diuinæ & incōparabilis dulcedinis: quo hausto supramodū declarabatur cœlestis patriæ amenitas/ candor/ immortalitas/ pulchritudo/ venustas. Vt diuino veluti furore affectæ cœlestes animę: mirabilibus mentis excessibus in diuina raperētur: nec sibi amplius viuētes deo viuerent: & derelictis terrenorū amoribus/ cœlestia tantum amarent: in illis penit⁹ essent. ab hinc in cœlestes edes/ suorumq; egregia virtute egregiā coloniā deducerent: magis vero eo loci incolatū agerēt quā in mortali adhuc & caduco agētes corpore. Nō quo vllus ab illinc reuertendi sit anim⁹ vbi tāta sc̄licitas & honorū cumulus est. Datū tum sibi intellectu gaudebant: quolibet considerare mirabilia de lege dñi: & diuina possent scrutari mandata: & illa admiranda testimonia: in quibus altius pscrutādis deficit sc̄llex quicunq; aīa sanctā beata/ rerū magnarum cū excessu tum desiderio. Hoc lacte & inenarrabili ambrosia cœlestes pascent animi. His geminis fontibus interstitibus fatiantur spirituales animæ ab vbertate domus dei. His iuncta canalibus cōmendabili sancti sanctorum & ineffabili purpura: ineffabili quidē nobis. Nec nisi per matrē eiusdem dñi & dei nostri: in eam patet aditus gloriā: quę est sine fine māsura. Caput tuū (inquit) vt carmelus et comę capitis tul: sicut purpura regis iuncta canalibus. ipsa eadē sanctissima virgo erat purpura: quę vniuenti filij sui purpurę conferebat. Vtraq; prorsus admirabilis/ vtraq; ineffabilis: nec vllō vel angelico satis digne explicanda sermone. Quia meliora (inquit) sunt vbera tua vino. Melior gratia veteri asperiore & duriore lege. Gratia fauorabilis/ plausibilis/ et benigna. Tu sacrosancta et diuina parthenos. i. virgo mater es τοῦ ἐλέεος .i. miæ: mater honestatis της χάριτος .i. gratiæ: mater puritatis. Meliora igitur vbera tua vino:

D. i.

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ

siquidem non legem & tam dura præcepta: sed gratiam nobis exhibeant/omnemq; delicti/καὶ τῶν ἀμαρτημάτων. i. peccatorum abolitionē. oleum vbera tua sacratius vndiq; exundant. Nec mirum istud quidem cum mel et lac sub lingua tua et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris: quæ nos plenissima donēt dulcedine & suauitatis odore. Vt non interius solū sed exterius suauissimas/de tanto virginali fauo & lacte/resonemus domino laudes/cantantes & psallentes in cordibus nostris et gratias agentes deo. Lac vt oleum lenire physici autumant: oleum Samaritano & populo gentili multis vulneribus faucio datum esse ex euangelio plenius didicim⁹: quid superest nisi vt pari etiam ratione lac ad leniendum exhibitum esse ex sacris scripturis cum veteris tum noui testamenti esse monstremus. colūbas lacte lotas quarū oculis/sponsæ cōferātur oculi: in epithalamio legim⁹. In hoc quoq; loco vbera spōsæ suauissimo lacte redūdantia: propter quod meliora sint vino/ referūtur. Apostolus. Lac (inquit) potū dedi vobis. quo lacte leniantur moderētq; ferociētes animi. Prius enī leniri oportebat & tantos tēperari æstus: quos tu supramodū mitigas/temperas/moderaris/ o diuina & admirabilis virgo: dulcedinem infers mentibus: quæ dulcissima es et mater oīs pietatis & clementiæ. Calix dñi vini meri/ plen⁹ mixto: vino quidē furoris & iustitię & reuerēde executiōis. Fius fex nō est exinanita & bibēt oēs pctōres terrę: quo potatī calice aut emēdent: aut legib⁹ subiiciantur (si istud ita explicādū nō absurdū videbit) iustitię. Tu tua o incōparabilis virgo/exhibes vbera nato: quo tātus ardor mitescat: tēperent incēdia et æstus. Profers in mediū enātion. i. cōtrariū calicem lacteo dulcore plenū: et bibent oēs electæ & venerāde animæ: et in gaudio quidē bibēt/tātā iātā cōsequutæ misericordiā. Bibent peccatores & iustificabūtur: bibēt iustissimi & sanctissimi/ & in perfectū cōscendētes: & conseruabūtur. Quas gratias/quas laudes tibi referre poterimus pro tam immensis tuis in nos misellos peccatores beneficijs o diuina mater: qui per te misericordiā sum⁹ consequuti & gratiam: per te nobis aperta est ianua paradisi: et tabernaculū effecti sum⁹ filio dei: aula & dom⁹ regia illi: qui est rex regum & dominus dominantū. Per te nobis sol illuxit iustitiæ. Et qui olīm ambulabamus in tenebris: & in regione vmbre mortis pessundabamur: nūc in luce degim⁹ clarissima: tuā cōsequuti sum⁹ gratiā/per quā tua sectemur vestigia: & sentire mereamur tuorum vnguentorum fragrantia. Nam odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Omnia nēpe odoratissima

Sermo quintus

210

In tua venere vnguenta: in tuas comminuta sunt virtutes. Legamus scripturas inungebantur sacerdotes/prophete: & reges: inuncta est virgo Maria veluti regina/prophetissa/ & longe posteriori gradu q̄ sacerdotio/resulgens. Mater quippe domini erat: quo gradu insignis omnium cū veterū tum recentiorū patrum supauit dignitates/ & eminentiā. Erat quippe ius illud maternū quod virtute oēs inferiores cōtineret superaretq; gradus. Nefas erat illā a quoq; heroum superari: quę dominū in suo vtero cōtinuisset: quę mater dei & hominis esset/vnigeniti dei filij: ipsius quoq; dei viui & veri incōparabilis/inenarrabilis/prorsus admirabilis mater. In cuius laudes pulchre concinit quidam.

Arcano stupuit compleri viscera partu:
Auctorem paritura suum, mortalia corda
Artificem texere poli: mundi q; repertor/
Pars fuit humani generis latuitq; sub imo
Pectore: qui totum late complectitur orbem.
Et qui non spacijs terre: non equorū vnda:
Nec capitur cœlo/paruos confluit in artus.
Merito ante omnes dignitate/gradu/ordine/efferenda erat: quę talem tantumq; dominum/in tam sancto vtero suo conclusisset. Multoties iunctū fuisse Dauid legimus. Id qđ de sacrosanta et intemerata virgine sentiendū est. vt instar magni Dauid IHESV Christi filij sui fuerit delibura oleo exultatiōis/oleo spū sãcti oleo sãcti & recōditi a sæculis sacramēti/ p̄ participib⁹ suis. Vncta in cōceptu suo: vncta dū vnigenitū filiū conciper. & tū quidē exuberantioris gratiæ & oīs cōsumatæ p̄fectiōis & deificatiōis oleo. Tū primū myrrhā electā cōsequuta ī quinquagenarij hoc est plenæ remissiōis/libertatis & datę legis & toti⁹ spūs sãcti emissiōis in eā pleniore & abstrusiore sacramento. Tū primū singulare adepta cinamomū illud quidē aromatizās cū sãctō & meliore calamo/In quigētos siclos vtriusq; iuncti exurgēte mēsurā. Quasi mascula esset p̄pter quariū & oī rōne ip̄o p̄fecta cētenario: quę ouis p̄dita ī hūeros dñi suscepta et nonagita nouē q̄ remāserāt reddita/absoluit. Hic, ccl. ide ducēta quiquagita: ī qua re quigenarij rō habet explicatior & p̄ide quarij masculi & circularis/ipsi⁹ quoq; quigenarij. Iū gī duplex p̄p̄us in remissiōis & iubilei mysterio: nec id semel sed gemiate: qđ dñi p̄rio ī mūdū īgressu vita demū sua tolerātia & morte redēptiōis tā īgēs facin⁹ absoluerit: & in dño cōpticeps cœlestiū mysteriorū beatissima & venerāda sēp virgo Maria oīs clemētiæ & verioris remissiōis mater. Omnia quippe in illa/purissima matre mysteria & sacramenta. Subnec sit scriptura. Cassię autē quigētos siclos in pondere sanctuarij.

D. ij.

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ

Omnia in pōdere sūt & mēsurā diuina / et mēsurā qdē sanctuarij
in illa / quæ sancta sanctorū post dominū IHESVM est / obseruā
tur. Tali oleo in reuerēda & mystica sacramenta fuit sanctificata
purissima virgo. Ipsa nāq; verius erat tabernaculū testimoni; &
arca testamēti / & mensa cum vasis suis. Erat etiam & ipsa / vas
spiritus sancti in vsus diuinos singulariter & ante omnem huma
nam sortem / accōmodatum. Candelabrum aureum & lucerna
ardens et passim omnes illuminās in domo domini: templū dei
ornatissimum & vas in quo est manna / omne delectamentum in
se p̄bens. Ipsa altaria / ipsa vniuersa supellex & quæcūq; ad diu
num cultū pertinet: demū omnia in ea sacramenta & mysteria
legis / sacerdotia / sacrificia / tabernaculū siue arca / omnia in illa
cōpleta cernim⁹: & in nobis eius cellis / interueniētibus me
ritis completum iri quādoq; sentiemus. Quasi vna illa purissi
ma v̄rgo verissime omnia testimonia domini in se cōtineret. Fa
cies (inquit scriptura) v̄ctionis oleum sanctū: vnguētum com
positum opere vnguentarij; & vnges ex eo tabernaculum testi
monij; & arcam testamenti / mensam quoq; cū vasis suis: can
delabrū & v̄tesilla eius: altari; thymiamatis: & olocasti & vni
uersam supellectilē: quæ ad cultum eorum pertinent. Sanctifica
bisq; omnia: & erūt s̄cta sanctorū. Sola domini mater singula
riter sancta sanctorum / quæ sanctū sanctorum in suo supersan
cto cōtinuit vtero. Longū esset omnia mysteria percurrere quæ
in hanc vnā conueniūt *παραρταρ παρθενον* id est omni
sanctam virginem. Est quippe post dominū IHESVM alius la
pis angularis: quem reprobauerunt ædificantes / et factus est in
caput anguli: omnia mirifice connectēs: & firmissima compage
diuini amoris & illustrioris virtutis stringēs. Speculum sine ma
cula: in qua veluti in omniū vniuersali idea / omnia videre claris
sime possumus: quæ ad salutem / quæ ad dignitatē / quæ ad vir
tutem / quæ ad fœlicitatē & gloriā pertinent: nubecula nulla aut
adumbrāte macula impediēte. Ibi mirabilia opera / ingentia mi
racula & reuerēda illa operū opera: & quod amplius est / dñi vir
tutes veluti in expressiori & veriori imagine cōtueri possumus:
in ea quidē quæ proxime referat fillum: vt sol nitidissimus cla
rissimū iustitiæ solem: vt puritas puritatē: sanctitas sanctitatem.
Transitus a gloria in gloriā est: transitus a Maria in dominum
Ihesum Christū. Ipsa haud dubie gloria est / ipsa gratia quæ pro
ximū accessum in gloriam filij præstat. Ipsa miris incredibilibus
atq; ineffabilibus elata honoribus: sanctū pastoris æterni taber
naculū. At sumus / illius imitatione / oēs pastores custodiā nostri

Sermo quintus.

211

tantarūq; passionū & tentamentorū habētes. Illa diuina mater
et virgo contra omnem iniuriam nostrū tabernaculum est / quo
protegemur: quo vno contra exurētis solis iniurias / defendimur.
Vt tali / cuiq; p̄fecto / defēsoq; in Propheta dicat spūs sanctus.
Per diē sol nō vret te neq; luna per noctē. Tali tabernaculo hic
peregrinātes sumus protecti: tali (si dicere audemus) nos conue
hi decet: in quo totus trinitatis conciliū completum est. Facia
mus (inquit scriptura) hominē ad imaginem & similitudinē no
stram. Hæc illa sublimis & supra omnia exaltata mater et virgo
quæ post dominū IHESVM Christū splendor quidā gloriæ di
uinæ & similitudo v̄tūq; proxima sup̄sanctæ & *παραρταρ* .i.
oīsanctæ trinitatis est / portans oīa verbo virtutis diuinæ / hoc est
v̄nigenito filio suo: atq; eodē icōparabili verbo purgationē pec
catorum faciens. Est virgo Maria mater domini / splendor illius
reuerendæ gloriæ & cœlestis pulchritudinis et bonitatis / omniū
deniq; diuinarū virtutū seminariū / omnia tanta sua virtute por
tās & ingēti sua charitate purgationē peccatorū apud omnipo
tentem deū impetrans. Ad eam igitur accedētes exoremus ve
niā peccatorū: ipsa / in opē omnē & auxiliū præclare sese exhibē
te. Pari enim ferme aut simili cenletur gloria q̄tumquidem fieri
potest cum filio. Propter quod omnia subiecit sub pedibus eius:
in eo enim (vt dicit Apostol⁹) quod omnia subiecit: nihil dimi
sit non subiectū. Porro in hūc modū clauis diuinę remissionis /
venię / sanctificationis & salutis habebit. Hodie igitur si vocem
illius audierimus / ne obdurem⁹ obsecro corda nostra. Clamat
nāq; ingeminās Si quis est paruulus / nondū in mensuram æta
tis plenitudinis CHRISTI prouectus: veniat ad me. Et insipi
entibus loquuta est. Venite comedite panem meū: panē quidem
super substantialē: in cuius sacramento ego prudētissima illa mu
lier euāgelica / tria sata in meo sacratiore vtero cōmiscuit: et bibi
te (inquit) vinum quod miscui vobis. Relinquire infantia: & ve
nite & ambulate per vias prudētia. Beatus homo qui audit me
et vigilat ad fores meas quotidie: qui me inuenerit / iuueniet vi
tam: & hauriet salutē a domino. Qui autem in me peccauerit /
ledet animā suam. Oēs qui me oderūt diligūt mortē. Hæc & ta
lia sunt diuinę parētis monita. Adeamus ergo cum fiducia ad
thronū gratiæ eius / vt misericordiā cōsequamur & gratiā inue
niamus in auxilio oportuno. Nec enī adhuc cōsumata est nobis
requies. Itaq; relinquatur sabbatismus populo dei. Nos autē po
pulus eius: & oues pascuæ eius. Sis ergo fœlix o virgo benedi
cta super omnes fœminas: da nobis optatā & assidue concupitā
D. iij.

In laudes super sanctæ dei genitricis Mariæ

requirere nostris leues quecumque labore. Nec enim te pro dignitate cognoscere potestas est. Vt cumque igitur possumus nostram erga te intendimus aciem ad te inquam superuenerandam exaltandam & utcumque tam miselli & peccatores possumus efferendam dignitatemque tuam. Nec enim qui in te sunt o dea & regina omni mundo maior potest cognoscere nisi spiritus dei: quemadmodum qui sunt hominis non cognoscit homine inferior. Illam igitur admirandam reuerendamque virginem & matrem omnes laudare & precipue admirari debemus: quam laudat et precipuam eius pulchritudinem mirari non desinit dominus noster IHESVS CHRISTVS: vnigenitus dei filius/eiusdemque reuerendæ matris etiam filius. Pulchre sacer Gregorius Nazianzenus in rem nostram & in hæc verba inquit Χριστός Δὲ ἀρέωξε καλύπτρην καὶ θάμβησεν ἰδὼν κεδρὴν περικαλλέα ρύμφην ἐθλήρ μαργαρίεσσαρ ἐύθρορον ὑψικάρην καὶ σὲ καλήν περέουσαρ ἐτι χαρίεσσαρ ἔτηκε. id est CHRISTVS vero aperuit tegmentum: & admiratus est videns illustrem pulcherrimam sponfam/bonam/margaritis ornatam/bonæ sedis siue (vt quidam dixit) bonis sedam & celsicapitem/ seu celsi capitis & te o virgo licet pulchram exstantem/ in super gratiosam reddidit: id est pietissimam & clementissimam. et magis ac magis coronabit gratis semper virginitatis caput. Vt idem sanctus & incomparabilis vir diuinus cecinit. καὶ ἰσέψει χαρίτεσσιν ἀειθαλέεσσι καρπῶσιν. coronabit gratis semper virginitatis caput. In illa igitur omnibus gratis plenissima/ omnia vota nostra post dominum Ihesum Christum intendamur. Tu vero o super sancta trinitas sis propicia nobis: cui super admirabili & omni tremore reuerendæ/ sit omnis honor et gloria/benedictio/claritas & gratiarum actio in secula seculorum.

A M E N

Quindecim in canticum canticorum: octo et quadraginta in psalmos aliquot Dauidicos Homiliarum: et in laudes & præconia super sanctæ atque semper exaltandæ θεοτόκου hoc est dei genitricis Mariæ panegyricorum sermonum quinque/ finis. Absoluta fuere in Parisiorum libertate/ad laudem et gloriam sanctissimæ & semper reuerendæ trinitatis/patris/filij & spiritus sancti/et sacrosanctæ dei genitricis Mariæ/sanctorumque omnium. Anno reparationis & salutis humanæ. 1515. 12. Calendas Iunij

Recognita

212

Recognita ex officina.



Olto .i. magnificentiam/magnificentiam, fo. 3. efficebant incendijs. lege afficebant. fo. vi. vt si dicam/legendum/vt sic dicam. 7. byssinas/byssinas: & sicubi ita legatur hoc pacto emendandum. 7. hiacinthinas/hyacinthinas: & sicubi ita legatur. 7. endelechia entelechia. Greci cum t scribunt/sed d pronunciant sequente p. vtroque modo impressum inuenies sed satius cum t. 8. exaltatio exaltatio. 9. explanatio requirant/explanatio requiratur. 10. est illi cufus/est illa eius. 15 carne metent/carne metent. 15 Harmonicum consurgant/consurgunt. 16 omnium patefacta/patefacta 25. pa. i iactura quid/iacturam quid. quod facile quod facill. Eo. pagina 2. nec vota/nec sacra. 28. syon Sion: ita enim grece scribitur licet aliter cum y perperam scribatur: & sicubi syon/ emendandum. 28. Sinceritatem/potest secundum eruditos sinceritatem scribitur iuxta variam deductionem. 27 in sinay/in sina siue final: grece enim ἐν σιναι. 27 duodecatondias: legendum/xii chiltadum .i. xii. milium. 27 chrystallum/crystallum: & sicubi ita inuenit. 28 concessu/Concessa. 28 peminens/ominens siue preeminens. 29 archetipa/archetypa. 20 per fidem: propiciatorem per fidem. 30 saphyrum/sapphirum eruditi scribendum volunt. Et si alibi/ ita emendandum. 32 & bonam: & bonam famam. 32 nudata/nudata. 33 Hierusalem contestatur/contestetur. 33 compressas quidam forte dicerent impressas sed vtrumque perinde est & compressas. id est valde pressas/siue cohibitas. 34 panegyricos, panegyricos. & ita alibi fere semper impressum. 34 seminata/stemata. 36 epyphanium/epiphanium. 76 chrystallum/crystallum habet enim grecam deductionem. 41 sollicitior sollicitior. 42 in labijs eius/in labijs suis: quia reciprocatio est. 44 qua dominus/in qua dominus. 44 & tenebre eius sicut/sicut tenebre eius ita. byssus/byssus. 45 chyrographum/chirographum. 47 ppalma/palma. 49 tante eius/tantæ suæ eius. epythalamio/epithalamio. 51 facies/sua facies. 51 vestimenta eius/sua eius forte legendum/sed hoc non seruant plerumque interpretes. 51 describuntur/aliter describuntur. 52 excelsi cernis/ceruis. 53 sese sentiens/sese superfluit. 54 et est intelligentem/est superfluit/mantes/amantes. 50 oleatandi oblectandi. mansuetudine/ & mansuetudine. Chrystallum crystallum. 58 in re nostra/potes legere/e re nostra. 58 confidet/confidet existimant eruditi: dicendum tamen in epistola ad Ephesios: confedere fecit/legimus. 61 prominebatque: refertur ad sequentia. 62 quasi verbum/legendum: vt verbum. 63 mirrhæ myrrhæ/ & si alibi inue

D. liij.

Recognita

nias hoc pacto emendandum. 65 styllault/ stillault. Incorrupti-
 nem/ incorruptionem. 68 velabant eius referabant/ volabāt
 77 maxime or est/ or superfluit. Externis curentur/ satius legē
 dum procurentur. 78 immens nocti/ immensa noctis. sub pe-
 dibus/ sub pedibus eius: siue suis/ satius tñ eius. nec sacrę interp-
 rationes vidētur Immutandę. 79 speciosissimus/ speciosissim⁹
 84 follum immo/ nec folium immo. 85 alio habitu/ alio habi-
 tu est. 87. ΣΚΙΑΣΜΑΤΕΙ/ ΣΚΙΑΣΜΑΤΙ. gręci nō habent sextum
 casum & vtuntur genitiuo & nonnūq̄ datiuo pro sexto casu. 92
 id est fermentatus/ id est infermentatus. 94 augelico/ angelis-
 co. 97 tanta nocti/ tantam nocti. 99 Hymnon hinnon/ IHE-
 SV institutione/ lege sine institutione/ aut/ licet domini IHE-
 SV institutio esset. erat enim omnis apostolorum p̄dicatio
 domini institutio. 105 incredibili erectio. incredibilis/ & incre-
 dibilis id est admiranda siue efficax ingens aut quid simile/ vt
 eruditi intelligunt. 106 Inter ipsa opera/ inter ipsa opera & o-
 perum opera. Sed omnis/ Sed omnis vt ad priora redeamus.
 107 inducentes/ induentes. 109 ΨΥΧΗΝ ΨΥΧΗΝ. III. 7 li-
 nea/ hęc corruptio/ hęc incorruptio. 114 ἀργείαν quā/ quam
 ἀργείαν. 115. nobis vnā/ nobis vnū. 116 tēpli dñici fundamētū
 celestis Hierusalem fundamentum. 117. quasi florantes/ flo-
 rentes. complexibus suscepturi suscipiendi/ & in plerisq; emē-
 datum est. 118 iuncta est/ iuncta est/ saluum me fac. 119 vsq; im-
 milibus/ immittibus. 126 fulgoris pronunciat/ adde/ quoniam
 ex omni tribulatione eripuisti me. 127 simulacrum/ simula-
 chrum. 130 deficere cogitur/ cogatur. 132 totius/ totiusve. & a-
 mantium/ & perpetuo amantium. 134 arato in phinomenis
 Arato in phenomenis. 136 elatat/ elati. 137 comneantes et-
 am/ comneantes/ hymeneū/ hymeneum & vbiq; ita legēdū
 fo. 185 se in iustitia/ lege sine se. eod. nō ex opibus/ qui non ex.
 189 benedicti tūc/ lege sine tunc. 187 & dñi nostri/ et eiusdem
 dñi nostri: vt referatur ad filium. Vsi sumus nōnunq̄ extimo lo-
 co intelligibilis & citimo. i. sensibili vel sublunari: quib⁹ maxi-
 me vtitur Macrobius. 291 in sacramento eius/ suum eius. 103
 more ei⁹/ suo. obruere poterūt/ lege sine poterūt. 204 pparat⁹
 apparatus. sicubi tromēta/ tormēta. 105 q̄ in vsū etiā/ le. sine
 etiā. 216 quoq; q̄n genarū lege quinquagenarū siue quinquas-
 genū. 138 ait in euangelio/ ne toties repetatur in euangelio
 Lege tantum dominus ait. 138 & in sæculorum & si sæcu-
 lorum ΚΛΑΥΜΩΝΟΣ / ΚΛΑΥΜΩΝΟΣ. 139 illo perdem/ les-
 gēdum illo quidem. ætina/ æterna. Centesimo quadagesimo.

Recognita

213

differ gradibus/ differētibus gradibus. virtutem/ virtutem 144.
 infinitum sit igitur/ lege sine sit. 145. numinum omnium/ adde
 exaudi orationem meam 146 conditione/ conditionem. 148.
 ὑπερασπιστὶς ὑπερασπιστῆς 150 κρείτορ κρείττορ
 152. i. dei ordo/ lege per parentesim (id est dei ordo) 153. domi-
 ni matrem. domini etiam matrem. 153 nostę nostrę. 157 dei
 quotiens facit/ dei facit quotiens. quodam loco dicit/ antea di-
 xit. 158 habet cōmertium/ habet tum commertium. ille interi-
 or/ ille exterior. Δυνάμειωρ Δυνάμειωρ. 159 collabi/ seu
 collabi/ eiusdem perpetuitatis/ clarus eiusdemq; sunt tamen
 qui velint nullam illi dictioni adliciendam conjunctionem.
 166. prodrens dominus/ prodiret dominus. 164 futuri Iacob/
 futuros Iacob μητροσ μητρός. Nōnunq̄ in gręcis dictioni-
 bus accentus desunt: quia deerant characteres. 166 tropologi-
 cus tropologicus. 168 magno impedio. potes legere sine ma-
 gno. alicubi maris pro matris scriptum inuenies sed ex p̄ces-
 dentibus & sequentibus recta habetur intelligentia. 177 Δε-
 κακοιο τεορ πόδα μάλλον ἐρείδειρ. legendum ἀνώ-
 λισθορ ἔχειρ βίορ ὄν μάλλον λαφρόρ quod ferme i on-
 bus exemplaribus (vt pleraq; alia) emendatū est. 183 aperiens
 secum/ satius cum eo/ legendum/ nisi intelligamus aperientē
 tum maxime secum esse aut cenare: quando cum domino ce-
 nat. neglecto interiore legēdum exteriore. 183 simul omnes si-
 mul omnē. 184 corporeis corporeis/ sicubi agios/ Hagios nā
 et gręce aspiratur. Fo. cxci fasciculus/ fasciculus. 197 patri sibi
 sibi patri/ tāa/ tāta. Vberior haud dubie/ satius. verior haud du-
 bie sicubi tropicos. gręci hoc pacto aduerbia expr̄munt & tro-
 pice siue allegorice intellige. Iterum recognita
 Fo. 4. pa. ii. illi qui longe. nos autem in imensum/ non in imen-
 sum. Folio 8 pa. i. ii. ob vnā/ ob vnā domini Inuocationem
 rapitur/ legendum. quia cum deo ambulauit. Ambulauit (Ingt
 scriptura) cum deo & nō apparuit. quia tulit eum deus. Eodem
 aditibus potes etiam legere adytis & sunt loca secretiora tem-
 pli. Eodem/ pagina. ii. dinami græcum est. id est potentia si-
 ue virtute & græce scribendum erat vt pleraq; alia quæ græce
 pronunciauimus. fo. xli. perantea/ antea. 14. omni eo quod co-
 gitari potest multo præstātissimum/ multo præstantius propter
 ablatiuum. 14. pa. ii. Intuamur/ Intueamur. 15. & perinde im-
 perfecta potes legere proinde. perinde etiam simpliciter positū
 ita vel æque significat. 18. multo plurima q̄/ lege multipura
 propter q̄ sequens. Eodem. pluriora/ lege plura: licet quidam

Recognita

pluriora vsurpent. 20. intelligentes cōferas. satius forte Intelli-
gibiles. 22. pa. i. li. rum. quas in dño / satius / a domino. 29. cata
analogiā / cata. i. scđm / græcū enī est. quo genere loquēdi vsus
est Cyprianus Victorin⁹ / & quidam vetustiores. 32. vel summe /
vel summe. 33. pa. 2. li. quidem / pulcherrimos & clarissimos / le-
ge pulchiores & clariores. 34. pa. 2. li. immo / lucidissimus / lucidior.
35. pa. 1. endelechias / vsi sumus in græcis / nōnunq̄ geniti-
uo græco. loco latini / & potes legere endelechię siue entelechię
Eodem / pa. 2. li. nes / primor / potes legere prior. eruditi / vt Su-
etonius / primores dicunt pluratiue; & secundum analogiā for-
tasse dici posset primor. 36. pa. 1. in perficiēte / lege haud pfecta
siue haud perficiente. 38. infinitiore / infinita. 43. excellentissi-
ma q̄ / excellentior q̄. 45. supluminari / supluminari. Eodem / pa.
2. potens suscitare filios Israel / Abrahę. folio. 51. pa. 2. metapho-
ricos aduerbium græcum. i. metaphorice. 52. analogos. i. analo-
gice. in græcis illum morē pro consuetudine quorundā obserua-
uimus / si qui forte recipiant. 53. pa. 1. cœli formati / lege firmati
55. pa. 2. li. no / coęquales & substātales / consubstātiales. 58. &
p̄inde voluptatē. i. eque voluptatē / siue & ita voluptatē / potes
etiā proinde dicere. 62. pa. 1. quicquid vadit / quisquā. Eodem / li.
Ap̄s expromittētis. i. emineti⁹ quo vocabulo vsus est Hermo-
la⁹ vt plerisq̄ aliis quib⁹ vsi sumus. eo. diuā trinitatē / sunt qui
velint magis diuinā dici debere / ne ethnicorū vocabulis in sa-
cris vtamur / nec diuū / in sacris voluminib⁹ inuenti existimāt
64. pa. 2. ergo iudicium meū. ergo / superfluit. quō / quia. peda-
la pro ornamento pedum accepimus / pedale enī quod est pe-
dis / vt eruditi existimant. ex his poterit haberi cōiectura ad re-
liqua si quę emendanda super sunt. 206. ignis accensus est / le-
ge sine est. 204. p̄ intelligentiā / videremus intellige. 89. tot⁹
tota / omelia & homilia / compressa sunt / homilia ex græca phra-
si scribendum volunt eruditi. δμιλῶτα enī græce id est collo-
quium conuersatio homilia & aspiratur. Abraam / communiter
scribunt / tamen Abraham doctissimi scribi subent. quod vnum
ex quatuor / nominis Tetragrāmaton / elemētū he sc̄3 ob singu-
larem suam obedientiam a domino nactus sit Abraham. 128.
quandoq; ascendit / quando ascendit. fo. 129. nōnunq̄ domini
quandoq; domini. 130. eocedēti / excedenti / nimium differatur
nimium ve differatur. 83. cōtinenter maris / matris. 91. admixta
cœlos / lege domos. 92. Nec quicq̄ in illo / quicq̄ superfluit. 93.
dulce est igitur / lege (igitur) per parentesim quia respicit sentē-
tiam non carmen; & est illatiua cōsequentię. syncerum siue sin-

Recognita

214

cerum scribendum. Nomina hebræa quę adieci mus maiusculis
scripta sūt / quo signo facile cognoscētur. 109. ΨΥΧΗΡ ΨΥΧΗΡ
116. templi dominici / lege hierusalem cœlestis. 105. vnā vnum
67. vt nichil hiet & nichil perturbet se / si vis alludere ad carmē
Virgilianum / ita legendum est. ne quid hiet ne quis proturbet
angulus / nos magis allusimus ad sententiam q̄ ad verba vt in
plerisq; aliis. 68. Omnia quippe est / lege per parentesim (ōnia
quippe est). 89. & totus ineffabili sua / & tota / quia refertur ad
diuinitatem nisi subintelligas deus. 130. cum mærentibus / lege
mœrentibus. 160. pa. 2. vaspasianum / lege Vespasianū. græce
enī οὐεστρασιανός. 151. tu terras / lege. tu ventos. & si in ali-
quibus exēplarib⁹ est / tu nobis cynosura / lege sine tu. sed hæc
castigata in plerisq;

Ⓞ Reliqua diligens lector ex præcedētibus & sequentibus facili-
le assequetur; nec a recta intelligentia aberrabit vnq̄.

